Universidad de Deusto
Biblioteca

TITULORUM
OMNIUM
IURIS

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

# TITVLORVM OMNIVM IVRIS TAM CIVILIS, QVAM CANONICI DOCTISSIMAE EXPLICATIONES,

A D. Sebaſtiano Brant. I.V. Doctore celeberrimo in tyronum gratiam euigilatæ.

QVIBVS ACCESSIT

Tractatus aureus de modo ſtudendi in vtroque iure, per eximium Iuriſconſultum D. Ioannem Baptiſtam Caccialupum concinnatus.

*Omnia ad manuſcriptorum exemplarium fidem nunc primùm diligentiſsimè repurgata.*




BILBAO
10086

LVGDVNI,
Apud Iacobum Boyerium.
M. D. LIX.

## SEBAST. GRYPHIVS STVdioſis Iuriſprudentiæ candidatis S.

CVm aliquot iam annos pro ſuſcepta ab ineũte ætatæ vitæ meę ratione, in recognoſcendis veterum ſcriptis, ſumma fide, diligentiáque ſim verſatus, non alienũ ab inſtituto meo facturus videbar, ſi meliuſculè iam habentibus humanitatis ſtudiis, veſtra cauſa paululum à conſuetudinis meę curriculo deflecterem, primiſq; etiã Iuriſprudẽtiæ progymnaſmatibus aliquid opis afferre conarer. Neque ẽnim ſatis fideliter veſtris ſtudiis conſuluiſſem, ſi, quos in triuialibus adhuc gymnaſiis verſantes, cõmodis ſemper armis inſtruxiſſem*, eoſdem nũc grauioribus diſciplinis mancipatos, deſtituiſſemus inermes. Porrò quemadmodũ non ita multum intereſſe putamus, inermis ne miles in aciem prodeat, an eiuſmodi armis inſtructus, quibus, cùm res exigat, ſalutem tueri non poſsit: ita non magnopere referri putamus, omni ne prorſus librorum ſupelectile deſtituamini, an corruptiſsimis iſtis editionibus, hoc eſt meris ingeniorum crucibus, prodeatis inſtructi. Proinde cum non ità pridem in haſce Titulorũ Iuris enucleationes incidiſſem, vtiliſsimas quidem illas, cæterum multis mendorum milibus indigniſsime conſpurcatas, rem vobis non integratam me facturum arbitrabar, ſi omnes ingenij neruos in hoc vnum intẽderem, vt opus hoc veſtris ſtudiis aqua & igni magis neceſſarium, quàm exactiſſimè reſtitu[illegible]ſsimiſque typis excuſum, in publicum [illegible]uidem in re ſi noſtram vobis op[illegible]atam fuiſſe intellexeri[illegible]ar in poſterum quid[illegible]oc genere diutius [illegible]is deſiderari,

Valete.



## IN TITVLORVM IVRIS INTERPRETATIONEM, AD doctorem Andręam Helmut, Sebaſtiani Brant. Præfatio.

FORET admiratione dignum, ornatiſsime vir, totiúſq; eloquentiæ & facundiæ columen, ac longè princeps, cur ego adoleſcens nullius peritiæ, aut artis bonę gnarus, hãc mihi vſurpem prouinciam, vt auſim non modò de iuris principiis, ſed & maximè ad te virum omnium acutiſsimum ſcribere, cuius domi iura naſcuntur, Noctuas profectò Athenas fero. Et vt apertius loquar, balbutiẽs ego, iudicari potius abs te, quàm videri volui. Quamobrẽ cùm te nouiſſem virum humanum, ac perdoctũ, mihiq; fauentiſsimũ: ſumpſi animũ, liberiúſq; meas ad te luſi pueriles ineptias. Cùm enim nuper inter auditorũ gregẽ, velut alter Tityrus (vt ſoleo) hoc mercenarius, legum Titulos, ſeu mauis rubricas, totius iuris & legitimæ ſcientiæ prim[illegible]dia & elementa, interpretarer: factum eſt, vt [illegible]lto ex mea lectione (ceu Tages ex glebu[illegible]eratum & fortè ſuo non indignũ autor[illegible] Quod cũ ego planius elimare, ſeu fort[illegible] perperam poſita interlinire proper[illegible]ſſorũ importunitas (quibus nihil ſatis feſt[illegible] meam interuertit diligentiam. Quid multa? continere non potui equum Lydum ad currendum accinctũ: acta res eſt vti vides. Tibi tamen viro celeberrimo, quẽ haud ab re Aurum Caſſelium, vel Meſſalam, aut, ſi

Universidad de Deusto Biblioteca

patenis, Q. Sceuolam appellauero: tibi inquam, hoc
opusquantuluncunq; ſit, dedicare ſtatui: vt & tibi
pars curæ & limæ labor incumberet: téq; participẽ
latratus (quem nobis minimè defuturũ ſcio) effice
rẽt. Latret igitur Criticus quiſquis volet, modo nũ
quam latrare deſinat: noſtra enim ad euentũ feſti-
nat, & in medium res. Tibi nominatim hoc opuſcu
lum dicatũ emittere placuit. In qua interpretatio-
ne multis quidẽ omnia, & pluribus cognita: grata
tamẽ & vtilia iuuenibus reperies: nonnulla tamen
quæ vel altius repetenda, vel copioſius diſſerenda
fuerũt, ſtrictim enarrauimus: ne magnitudo princi
pij plus quàm par eſt excreſceret. Et ne epiſtolę mo
dum excedã, iam finẽ loquendi facturus, paululum
quippiã de legaliũ titulorũ laudibus annectã, quæ
quidem ſunt prima cunabula, & ciuilis prudentiæ
præexercitamenta, à ſacratiſsimis legumlatoribus
deriuata, ac imperiali ſplendore illuminata. Et eſt
nobilis illa rerũ domina, per quam regũtur omnia
& ſine qua factum eſt nihil. in auth. vt om. obe. iud.
prouin. in prin. col. v. Ipſa eſt quæ neminem in pau
pertate viuer[illegible] neq; in anxietate mori. in auth
de hæ. & fa[illegible] & ex qua cautè agẽs nihil po-
terit dãn[illegible] ipſa eſt ſanctiſsima ciuilis ſa
pientia, [illegible]mario non eſt ęſtimanda. l. j.
ff. de va[illegible]. cog. Et eſt firmiſsima quo ad
mundũ: [illegible]ui. §. ſanctę. & ſine ea orbis diu
perſiſtere [illegible]ſet. in auth. habita. C. ne fi. pro pa.
per quã nõ minus prouidetur humano generi, quã
ſi patria armis defenderetur. l. aduo. C. de aduo. di-
uer. iudi. ipſa eſt quæ nobilitat addiſcentes. l. proui
dẽdũ. C. de poſtu. exhibet magiſtratus, in ꝓœ. Inſti.

circa



circa fin. & honores conduplicat. c. venerabilis. de
præb. & c. de multa. Et vt vera per omnia fatear
ſuos profeſſores per orbem terrarũ facit glorioſè
principari eóſq; immortali gloria poſt exutũ homi
nem cæleſtibus afficit. Atq; vt vno omnia cõcluda
mus verbo, Satiꝰ, & ſanctius perecaſtor foret, omni
no reticere, quàm parũ de eius laudibus loqui: vt
Seruius noſter Honoratus de Charthagine inquit.
Tu tamen vir Iureconſultiſsime, qui totius patriæ
noſtræ oraculum exiſtis, ſi quid minus quàm opor
teat, ampliúſve quàm deceat dixerimus, tua pręſen
tia, & reperita lectione illuſtrabis.

Viue, Vale, & ſuperes longæui Neſtoris annos:
Eloquij princeps Scæuola docte vale.

Baſileæ ex ædibus noſtris Calend. Maiis.
Anno M. CCCCC. V.

# EXPOSITIONES
## TIT. VTRIVSQVE IVRIS,
Per Sebaſtianum [illegible]ant.

CVm difficile, [illegible]le ſit, vt bono
peragãtur ex[illegible]unt inchoata
prin. j. q. j. pri[illegible]uſcuiuſque
rei potiſsima [illegible]ũ. l. j. ff. de
ori. iu. Magnũ [illegible] & ſaluatorẽ
noſtrũ Ieſum Chr[illegible]s auxiliũ in-
uocantes in auth. de[illegible] princi. oportet
iuri operam daturos prius erudire animam quàm corpus in
proœ. ff. §. illud. Et iſtud ſibi ponere principium, ſine quo to-
tum corruet ædificium. j. q. j. cum Paulus. Ac dicere cum Ma-
rone Verg. Ab Ioue principiũ. gl. in c. ſedes. de reſcrip. Aliàs
enim prępoſterus diceretur ordo: deficiẽte humano ſubſidio

Universidad de Deusto Biblioteca

conuocare ad auxilium diuinum de con. diſt.j. omnis Chriſtianus.in fi. Quia igitur ardua prima via eſt, vt dicit gloſſ.in l.ij.ff.de verb.ſign.ideo à facilioribus & leuioribus ſtudium quodq; præcipuè tamen iuris inchoādum eſt: Ne in deſperationē, quæ plerunq; iuuenes auertit, iuris ſtudioſos inducat. Inſti.de iuſt.& iur.§.his ergo.

Legum itaq; imperialium facturus interpretationem, ab explanatione Titulorū exordiri ſtatui,& id quidē quàm breuiſsimè: poſt vbi paululum quippiam de libris legum, ac eorum cognitione & differentia in medium afferemus.

Libri legum principaliter tres reperiuntur. Digeſtorum ſiue Pandectarum primus appellatus, eo quia digerit omnes diſputationes legum,& in ſe, quaſi in ſuo aluo cōtinet. C. de
Pādectæ ve.iur.enu.l.ij.§.cum omnia. Pandectæ dicuntur à pan, quod eſt totum,& decten doctrina: quia totius iuris doctrinā continent: vt dicit glo.in proœ.Inſti.§.igitur. vel potius à παν quod omne ſignificat,& δέχομαι, id eſt, capio: dicūtur enim libri aliquid vniuerſaliter cōprehendentes. hinc Pandectæ legum, theologiæ, vel medicinę denominātur. Et continet hic liber Digeſtorum tres partes principales: quæ deinceps in quinquaginta particulares diſtributæ ſunt libros: qui cōpre-
Digeſtū Vetus. henduntur in Digeſto Veteri, Infortiato, & Nouo. Vetus Digeſtum tractat principaliter de his, quæ vetuſtiori iure, puta à naturali originem ſumpſerunt: quemadmodum ſunt quaſi omnes contractus & placitandi vſus, qui ſunt à iure naturali, ſaltem ſecūdario, hoc eſt, iure gentium introducti. Inſti. de iur.nat.[illegible]tem gentium. Propter iſtam puritatem & ſimpl[illegible]teris iuris quale in Digeſto veteri continetur, [illegible]is Digeſti ſolet alba pelle, purόque cooper[illegible]

Infortia Secunda [illegible]m eſt Digeſtum Infortiati, appellata eo voca[illegible]rtes leges circa hæreditates diſponentes, vt [illegible]ubro Infortiati: vel eſt vocabulum magiſtrale, [illegible]putare curioſum eſt vt ibi dicit gloſ. Et propterea ſo[illegible]igra pelle veſtiri: quia de cauſis hæreditariis,& bonis defunctorū tractat: quo euentu lugubris veſtis, hoc eſt nigra, eregi debet ff.de his, qui not. infa.l. genero. iuncta gloſſ.fi.& in l.decreto C.eod.

Nouum Tertia pars ff. appellatur Digeſtum Nouum: eo quia poſt vetus ius duodecim tab. noua contineat Prætorum edicta,





tractans de criminibus,& delictis,& eorum pœnis: & ideo rubea & ſanguinolenta veſte induitur.

Secundus liber legum eſt Codex, qui quodammodo eoſ- Codex.
dem continet titulos, qui & in libris ff. continetur: Niſi quòd modicos habet ſuperadditos, & de nouo inuentos. Et iſte liber nouior,& recentior quàm leges. ff. vt dicit textus in l.ij.C.de veteri iur.enuc.& ideo florida & viridi veſte induitur.

Tertius liber legum eſt Volumen, continens in ſe primò Volumē
Inſtitutiones imperiales. Secundò tres libros vltimos Codicis: hoc eſt, decimum, vndecimum, & duodecimum: qui ideo non fuerunt repoſiti ad alios nouem libros Codicis, tractantes de iure priuato: quia hi tres continent ius publicum, & tractant de iure fiſci, nec vnquam leguntur in ſcholis: vt dicit glo. Inſtit.de iuſt.& iur.§.fin. Tertio continet Volumen nouem collationes Authēticorum. Quartò conſuetudines Feudorum, quæ Collatio decima appellatur. Adduntur & hodie quædam Extrauagantes quæ Collatio xj. ſolet appellari: Collat.
& ab iſta congerie & conuolutione variorum librorum, hic Authē.
liber Volumen appellatus eſt. Et quia partim Codicis & nouarum conſtitutionum,& partim etiam quaſdam pœnales & fiſcales ſanctiones continet, & in nonnullis locis pœnam tranſgreſſoribus irrogat, idcirco bipertita veſte, viridi puta & rubea coloratus incedit.

## RVBRICAE DIGESTI VETERIS

### LIBER [illegible]

### De iuſtitia [illegible]

IMperator Iuſtinia[illegible]s iura populi Romani, præm[illegible]à qua veluti matre,& quaſi fonte[illegible]nia iura emanant. Quod enim iu[illegible]ius proſequitur. Videndum ergo qu[illegible]ſtitia, quid ius, vnde dicatur,& quot ſint eius poſitiones. Iuſtitia eſt con- Iuſtitia.
ſtans & perpetua voluntas, ius ſuum vnicuique tribuens. A iuſtitia Ius appellatur, ſicut filia à matre. Eſt autem Ius, ars Iuris di
boni & æqui, cui' merito quis nos Sacerdotes appellat, id eſt uiſio.
ſacra iura miniſtrātes. Eſt duplex ius, Publicū & Priuatū.

Universidad de Deusto Biblioteca



Publicum ſpectat ad ſtatum Reipublicæ, principaliter Priuatum ad ſingulorum vtilitatem. Priuatum ius triplex eſt. Naturale quod natura omnia animalia docuit: Gentium, quod apud omnes gentes æqualiter obſeruatur: Ciuile, quod vna quæque ciuitas ſibi conſtituit. Ius ciuile duplex eſt: Scriptum, quod conſiſtit in ſex partibus, Lege, Plebiſcito, Senatuſconſulto, Principum placito, Prætorum edicto, & in Prudentum reſponſo. Non ſcriptum ius eſt, quod vſus approbauit.

## De origine Iuris ciuilis, omnium magiſtratuum & ſucceſsione prudentum.

Origo omnis iuris in ciuitate Romana ex lege xij. tab. ſumpſit exordium. Initio enim ciuitatis Romanæ, populus ſine certa lege, manu ſolius regis gubernabatur. Aucta poſtmodum ciuitate Romana, Romulus populum in triginta
Curiæ. partes diuiſit: quas partes Curias appellauit: quia tunc Reip. curam gerebant: per quas ipſæ leges quaſdā Curiatas ad populum tulit. Tulerunt & ſequētes reges quas omnes Sextus
Ius papyrianum. Papyrius vno libro cōſcripſit: & ab eo appellatū Ius Papyrianum: Deinde expulſis regibus propter violatam Lucretiam,
Lex. xij. tab. omnes leges exoleuerunt, in deſuetudinémq; abierūt: & populus Romanus cœpit quaſi viginti annis magis conſuetudine, quā lege vti. Poſtea ne id diutius fieret, conſtituti ſunt publica autoritate decē viri, per quos peterentur leges à Græcis ciuitatibus Athenienſiū & Lacedæmoniorū, vt dicit tex. Inſti. de iur. nat. §. & non ineleganter. quorū nomina ponūtur. vj. diſt. c. ij. Has leges in tabulis æneis ſcriptas pro roſtris poſuerūt: datúque eſt ei[...] viris vno anno Ius prædictas leges corrigere, & ſi[...]erpretari: qui animaduertētes aliquid deeſſe pr[...] alias duas eiſdē tabulas adiecerunt: & ita ex[...]llatæ ſunt Leges xij. tab. His le-
Prudētū reſponſa gibus latis, c[...]tatio prudentū deſiderari: quæ diſputatio prud[...] nomine appellatur Ius ciuile. Ex his legibus eo[...]ctiones cōpoſitæ ſunt, quibus inter ſe homines diſc[...] quæ pars iuris Legis actiōes, id eſt legitimæ actiones appellatur. Et ideo eodē tēpore hæc tria iura nata ſunt: Leges xij. tab. Ex his fluere cœpit Ius ciuile, ex iiſdem legibus actiones compoſitę ſunt. Augeſcente ciuitate euenit vt plebs in diſcordiam cum patribus veniret, & ſecederet in montem Auentinum, ſibique iura conſtitueret,

quæ



quæ Plebiſcita vocātur, & poſtea pro lege aſſumpta: vt inter Plebiſcita. Plebiſcita, & legem ſpecies conſtituendi intereſſet, poteſtas autem eſſet eadem. Deinde ob difficilem congregationem populi & plebis cura Reip. ad Senatum deducta eſt, qui ſe cœpit interponere: idque ius appellabatur Senatuſconſultum. Senatuſconſulta Eodem tempore magiſtratus vel Prætores iura reddebant proponentes edicta vt quiſque ſciat de qua re dicturi eſſent, ſéque præmuniret: quæ Edicta Prætoris: vel Ius honorariū appellantur: quia ab honore Prætoris venerat. Prætorū ædicta. Nouiſsimè euenit, vt neceſſe eſſet Reip. per vnum cōſuli. Igitur conſtituto principe, data eſt ei poteſtas, vt quod conſtituiſſet, ratum eſſet: quæ principalis conſtitutio, vel Principis placitum appellatur. Principis placitum.

## De legibus & ſenatuſconſultis, & longa conſuetudine.

Lex eſt quod populus Romanus ſenatorio magiſtratu, Lex. veluti conſule conſtituebat. Vel, Lex eſt, cui omnes homines decet obedire: Legis virtus hæc eſt, Imperare, vetare, permittere, punire. Senatuſconſultum eſt, quod ſenatus iubet, atque conſtituit. Non enim ambigitur, Senatum ius facere poſſe: Senatuſconſultum. hinc Velleianum, Macedonianum, & alia multa. Cōſuetudo eſt ius non ſcriptum, quod pro lege ſeruatur, cum deficit lex. Conſuetudo. j. diſt in. conſuetudo. Nam diuturni mores cōſenſu vtentium approbari legem imitantur, Inſtit. de iure natur. §. ex non ſcripto. Et eſt conſuetudo optima legum interpres. l. ſi de interpretatione. infra, eod.

## De conſtitutionibus principum.

Quod principi placet, legis habe[...] quicquid enim Conſtitutiones. Imperator per epiſtolam ſtatuit, [...]s decreuit, vel de plano interlocutus eſt, vel edic[...]gem eſſe conſtat. Hæ leges appellantur Conſt[...]uædam ſunt generales, quæ ſine dubio omnes [...] perſonales, quæ nec ad exemplum trahuntur: [...]nceps alicui ob merita indulſit, vel pœnā irrogau[...]i ſine exemplo ſubuenit, perſonam non egreditur[...]illud appellatur Priuilegium, quaſi priuata lex.

## De ſtatu hominum.

Status hominum dicitur conditio, vel qualitas perſonarū qua quis plurimum poteſt. Et appellatur hic titulus in Inſti. de iure perſonarum. Omnes ergo homines vel perſonæ, aut

Universidad de Deusto Biblioteca



Liber. ſunt liberi, vel ſerui. Liber dicitur, qui ex naturali facultate
facere poteſt quicquid libet, niſi quod vi aut iure prohibetur
Seruus. infra. l. iiij. Seruus autẽ dicitur, qui ex cõſtitutione iuriſgẽtiũ
alieno domino cõtra naturã, id eſt cõtra ius naturale ſubiici-
tur. Appellatus ſeruus, eo quod Imperatores captiuos in bel
Mãcipia lo ſeruari iubebãt: ne occiderentur. Qui etiã Mancipia dicti
ſunt: quia manu capiuntur. Omnis ſeruus aut naſcitur, vt ex
ancillis noſtris, aut, fit & hoc dupliciter: vel iuregẽtium per
captiuitatẽ, vt ſupra vel iure ciuili quando liber homo maior
Ingenui vigintí annis, ad pretiũ participandũ ſe venundari paſſus eſt
Liberti- ignorãs conditionẽ ſuam. Liberi homines in duplici ſpecie
ni. reperiũtur. Aut enim ſunt ingenui, qui ex matre libera nati
ſunt: Aut libertini, qui ex ſeruitute manumiſsi ſunt.

## De his qui ſunt ſui vel alieni iuris.

Cognitis perſonis quæ alieno iuri ſubiectæ ſunt: ſimiliter
Poteſtas etiã intelligemus quæ ſui iuris ſunt. Eſt autem duplex pote-
duplex. ſtas, ſeu ius perſonarũ: Dominica videlicet, quę ſub ſe habet
ſeruos: quicquid enim ſeru⁹ acquirit: id domino acquiritur.
Eſt & poteſtas patria: Liberi enim noſtri, quos ex iuſtis pro-
creauimus, in poteſtate noſtra ſunt. Sed ex ciuibus Roma-
Patresfa nis, id eſt, liberis hominibus, quidã ſunt Patresfam, quidam
milias. Filiifamil: quædã Matresfa. quædã Filiæfa. Patresfa. ſunt qui
Filiifa. ſuæ poteſtatis ſunt: ſiue ſint puberes, ſiue impuberes. Simili
modo matresfamil, Filij autem, & Filiæfa. dicuntur, qui ſub
aliena, id eſt, patria poteſtate ſunt.

## De adoptionibus & emancipationibus.

Adoptio eſt actus [illegible]itimus, per quem quis fit filius, qui
Adoptio aliàs nõ eſt. inde [illegible] Adoptio, quia optionis filiusquis
duplex. efficitur. Eſt a[illegible] duplex: habet enim ſe vt genus, &
Arroga ſpecies: cùm [illegible]rrogationem, & Adoptionẽ ſim-
tio. plicem. Arro[illegible]oritate principis: quando ille qui
ſui iuris eſt [illegible]o caſu qui adoptat interrogatur,
an velit eum [illegible]urus ſit, iuſtum ſibi filium eſſe. Et is
qui adoptatur [illegible]gatur, an id fieri patiatur, inde & Arro
gatio dicta: quo[illegible] tranſit adoptatus cũ omnibus bonis &
liberis in poteſtatem adoptatoris. Adoptio ſimplex fit impe
rio magiſtratus: id eſt cuiuſlibet iudicis, de eo qui in poteſta
te parentis eſt, & manet in eiuſdẽ poteſtate, adoptione etiã
Emanci facta. Vnde ſolet dici: Arrogo qui ſuus eſt: & habet me⁹ eſſe
patio. neceſſe. Patris adopto ſuum, nec patris deſinit eſſe: Emãcipa-
tio



tio dicitur, cum filius à patre ſuo quaſi manumittitur, vt ex
eat de patria poteſtate. Fit autem multis modis vt ius patrię
poteſtatis ſoluatur. Aut enim per mortem patris naturalem
vel ciuilem: Aut per adoptionem alicuius magnę dignitatis:
quales enumerantur in authen. conſtit. quæ de dig. col. vj. &
aliis modis no. Inſti. quib. mod. ius pa. po. ſol.

## De rerum diuiſione & qualitate.

Omnium rerũ duo ſunt genera: quædam ſunt diuini iuris
veluti res ſacrę, religioſę, & ſanctæ. Aliæ humani iuris veluti Res diui
res profanę. Quod diuini iuris eſt, id nullius in bonis eſt. Di ni & hu-
cunt autẽ res ſacrę, quæ publicè conſecratæ ſunt, vel ritè per mani iu-
pontifices dedicatæ ſiue in agro, ſiue in ciuitate ſint. Et diffe- ris.
runt Sacer & Sacrariũ, quia Sacer locus eſt: qui cõſecratus eſt:
Sacrariũ autẽ locus in quo ſacra reponũtur. Religioſum locũ
vnuſquiſq; ſua volũtate facit dum mortuũ infert in locũ ſuũ,
id eſt, in fundũ propriũ. Sanctũ eſt: quod ab iniuria hominũ
defenſum atq; munitũ eſt. Sanctum dictũ à ſagminibus. Sunt
enim Sagmina quædam herbæ quas legati populi Romani
ferre ſolebãt ne quis eos violaret Sicut legati Gręcorũ ferũt
ea, quæ vocantur Cerinthea. Et propriè dicimus Sancta
quæ nec ſacra, nec profana ſunt ſed ſanctione quadam con-
firmata: vt leges ſanctæ ſunt, & muri, & portæ ciuitatum:
quia pœnales ſanctiones conſtitutæ ſunt in eos, qui aliquid
moliuntur in portis vel muris. & ideo ſi qui violauerit mu-
ros, capite puniatur. Sicut qui tranſcendunt ſcalis admotis,
vel alia qualibet ratione. Hinc Lucanus in j. Fraterno primi Rerũ hu
maduerunt ſanguine muri. Hæ re[illegible] humani iuris ſunt, mani iu
aut ſunt publicæ, aut priuatæ. Q[illegible] ſunt, nullius in ris diui-
bonis eſſe creduntur, ipſius enim [illegible] ſunt: Priuatę ſio.
autem ſunt. quę ſingulorum ſun[illegible]ædam res ſunt
corporales, quæ ſcilicet ſui natu[illegible]t, veluti fun-
dus, homo &c. Incorporales ſunt [illegible] poſſunt: qua
lia ſunt ea quæ in iure conſiſtunt: [illegible]as, obligatio,
contractus, vſusfructus, ſeruitutes, [illegible]milia. Quædam
iure naturali communia ſunt: & iſta con[illegible]untur occupanti:
ſicut eſt aër, aqua profluẽs, & mare, & litora maris: & omnia
quæ in his reperiuntur. Alia autem flumina pene omnia, &
portus, & ripæ publica ſunt, id eſt, ad vſum totius populi
conceſſa: nam proprietas nulli acquiritur. Quædam res ſunt
vniuerſitatis, non ſingulorum: veluti quę in ciuitatibus ſunt:
vt

vt theatra, ſtadia, & ſi quæ alia ſunt communia ciuitatum.

## De Senatoribus.

Senator eſt vir conſularis dictus à ſenio, vel ſenectute: ſolis enim ſenibus cura Reipu. demandabatur. l. ſemper. infra de iure immun. & l. ad rempublicã. de mune. & ho. hi etiam Patres conſcripti dicebantur, quia eorũ nomina ſcripta erãt in diadematibus capitum eorum, vt glo. Inſt. quib. mod. ius pa. po. ſol. §. filiusfa. Et erãt centũ numero Senatores Romę vt colligitur ex l. ſi. in prin. C. de petit. hære. & inde eorum iudicium Centũuirale appellatũ fuit vt ibi Martialis, Hunc miratur adhuc centum grauis haſta virorum. Et in alio loco de filio Reguli: Iam clamor cẽtũmque viri. Hi & ſenatuſconſulta faciebant, vt ſuprà diximus.

Patres cõſcripti

Centũuirale iudicium.

## De officio Conſulis.

Officium Conſulis eſt, vt ex ſenatuſconſulto conſilij cauſam examinet. Ortum habuit creatio conſulũ ex eo: cũ enim expulſi eſſent reges, Romæ conſtituti ſunt duo, penes quos ſummum ius eſſet: qui ab eo, quod plurimum Reipub. conſulerent, Conſules appellati ſunt. Ne tamen per omnia regiã ſibi poteſtatem vendicarent: lata lege factum eſt, vt ab eis prouocatio eſſet: néve poſſent in caput ciuis Romani animaduertere, niſi iuſſu populi ſolum. relictum eſt eis vt coërcere poſſent, & in vincula publica duci iubere. Inde erat quod duodecim lictores cum faſcibus: id eſt, virgis & laqueis Conſulem præcederent: à quibus iuxta mandatum Conſulis malefactores, ſeu rebelles ligarẽtur: vnde etiam Lictores dicti, & ſanguineis virgis [illegible]ous foret cæderentur.

Conſulũ creatio.

Lictores

## De [illegible] Præfecti prætorio.

Pręfecti pre[illegible]z eo ſumpſit originem, vt eſſent æquales magi[illegible]am cum apud veteres Dictatoribus ſumma p[illegible]eretur, elegerunt ſibi Dictatores militiæ grati[illegible]quitũ, qui ſecundam poſt eos poteſtatẽ gerere[illegible]em regimentũ Reipub. ad Imperatores tranſlatũ [illegible]ecti ſunt à principibus Præfecti prætorio, ad ſimilitu[illegible] Magiſtrorum equitũ: & quia præficiebãtur prætorio imperiali, vbi cauſas examinabant, ideo Pręfecti prætorio appellati ſunt. Et data eſt eis plenior licẽtia ad diſciplinæ publicæ emẽdationem: & in tantum aucta eſt eorum authoritas, vt appellari à Pręfectis pretorio non poſſit. Habent & aliud priuilegiũ, quia minores ætate ab alijs magi-

Dictator.

Magiſter equitum.

Præfecti præt.

gi



ſtratibus, niſi ab ipſis Præfectis prætorio reſtitui non poſſunt: & iſte eſt illuſtris.

## De officio Præfecti vrbis.

Præfectus vrbis eſt, cui à domino Imperatore cõmiſſa eſt vrbis adminiſtratio infra l. j. §. cum vrbẽ. Et eſt eius poteſtas maxima in ciuilibus & criminalibus cauſis. Nã in ciuilibus contingentibus in ipſa vrbe, vel extra, intra centeſimũ milliare contentioſam iuriſdictionẽ ſibi vendicauit. In criminalibus punit capite, etiam incõſulto principe: vt infra de leg. iij. l. j. §. hi. Et eſt Pręfectus maior omnibus magiſtratibus in vrbe: vt infra l. iiij. Et habet duplex priuilegiũ: quia liberat à patria poteſtate, à curiali conditione, vt in auth. conſtitut. quæ de digo. coll. vj. & C. de decu. l. vlt.

## De officio Quæſtoris.

Apud veteres crebrior fuit opinio, Tullum Hoſtilium tertium Romanorum regem primũ in Rempu. Quæſtores introduxiſſe. Et à genere quærẽdi Quæſtores dictos. Nã cum ærarium ſiue fiſcus populi auctus eſſe cœpiſſet, vt eſſent qui illi pręeſſent, cõſtituti ſunt Quęſtores qui pecunię pręeſſent, dicti ab eo, quod inquirendæ & conſeruandæ pecuniæ cauſa creati eſſent. Cõſtituti etiam erant à populo Quæſtores qui capitalibus rebus præeſſent, & ſentẽtijs legendis, quorũ meminit lex xij. tab. Talis erat Minos apud Vergiliũ cum ait: Quæſtor Minos vrnã mouet. Solebant etiã ex Quæſtoribus quidam prouincias ſortiri, & ſurrogari à Procõſulibus. Erãt & Quæſtores, qui candidati principis appellabantur: hi ſolis libris principalibus legandis vocabãt, & in ſenatu epiſtolas principis legerunt: vt dicit gloſ. in [illegible]. Inſtitu.

## De officio Pr[illegible]

Poſtquàm electi erãt duo Co[illegible] vrgẽte neceſſitate aliquãdo bellis finitimis au[illegible]e eſſent qui in ciuitate ius reddere poſſent: factũ[illegible] quoq; crearetur, qui Vrbanus appellatus eſt. [illegible]us redderet: poſt aliquot deinde annos nõ ſuffic[illegible]tore, cũ multa turba etiã peregrinorũ in ciuitatẽ ve[illegible]eatus eſt & alius Prætor, qui peregrinus appellatus eſt, [illegible]o, quod plerunq; inter peregrinos ius dicebat. l. ij. §. de orig. iur. dict' pręror à pręeundo, quaſi Pręitor: hinc Prętura, dignitas Prętoris, hinc Prætorium tabernaculum prætorum: vt inquit Feſt. pom. Et eſt officium eius Romæ tantum: in prouincijs enim eligunt

Prætor vrbanus & peregrinus.

Prætor.

Præ

Univerſidad de Deuſto Biblioteca



Præſides. Et habent poteſtatem condendi edicta ſub breuiloquio, & in albo, id eſt, in loco quodam publico & eminẽti dealbato, ſcribebãt: & ſi quis hoc album corrupit, tenebatur pœna quinquaginta ſolidorũ, vt infra de iur. om. iu. l. ſi quis id. Horum edictorum cõpendioſa breuitas amplã materiam præbuit iuriſcõſultis interpretandi & reſpõdendi iure. Nec poſſunt cõſtitui niſi tres: licet olim fuerint xviij. vt infra eo. l. vlt. & ſupra de ori. iur. l. ij. §. diuus deinde Auguſtus. de off. præfe. vigi. hanc rubricam vide. C. eod. tit.

Album. Prætor.

## De officio Proconſulis & Legati.

Procõſul eſt, qui cum poteſtate conſulis in prouincias mittebatur. dictus quaſi Cõſul procul miſſus. Et talis vbiq; proconſularia inſignia habet ſtatim poſtquã vrbem egreſſus eſt: hoc eſt, ſex faſces & lictores amplius habere nõ poteſt. Non tamẽ exercet ea quæ ſunt iuriſdictionis, niſi in prouincia ad quam miſſus eſt. Poſtquàm verò prouinciam ſuã ingreſſus eſt poteſt mandare iuriſdictionẽ Legato ſuo, qui quaſi delegatus ipſius proconſulis dicitur. Iſtos legatos non oportet principem cõſulere, ſed ſuũ proconſulẽ, qui in ea prouincia maius imperium habet omnibus poſt principẽ. Legati autẽ Proconſulis nihil proprium habent, niſi à Proconſule eis mãdetur. Proconſul vero portam Romæ ingreſſus deponit imperium vt infra l. vlt. Et in hoc differt à Præſide, quia Procõſul eligebatur ex conſulibus vrbis Romæ ad aliquam prouinciã regendam quaſi conſul procul miſſus: vt infra de offi. præſi. l. j. Ille autem eſt Præſes, qui cum non eſſet conſul prius, eligebatur ad prouinciam regẽdam. In legato autem procõſulis duo ſunt ſpecialia: prim[...]ia cognitio de quolibet crimine ei demandari poteſ[...]n alio, niſi in caſu. infra eod. l. ſolent. j. reſponſ[...] & de offi. eius cui mand. l. vna: Item pronunt[...] ſuſpecti tutoris, licet alius delegatus non po[...]pe. tut. §. datum. pœnã verò grauiorem irrog[...]ſt. infra eod. l. ſi quid.

Legatus proconſulis.

## De [...]æfecti Auguſtali.

Præfectus Aug[...] dicebatũ, qui omnia tributa per Aegyptiacam diœceſim[...] cura & prouidentia ſua habebat. Dictus Auguſtalis quia Auguſtus eam dignitatẽ primus ei Pręfecto qui Alexandriã inhabitauit, cõceſsit. Et appellatur præfectus Aegypti, vel Auguſtalis, vt in authen. de app. §. illud etiam. & C. de rap. vir. l. j. & in authen. de nox. §. vlt. Et iſte inter medios



dios magiſtratus ſpectabilis eſt.

## De officio Præſidis.

Nomen Pręſidis generale eſt, eò quòd Proconſules & Legati Cæſaris & omnes prouincias regentes, licet Senatores ſint, Præſides appellãtur: Procõſulis autẽ apellatio ſpecialis eſt: vt diximus ſupra de offi. procon. Et eſt Pręſes clariſsimus vt infra de priua. car. l. j. Et habet Pręſes prouinciæ maius imperiũ omnibus in iſta prouincia poſt principẽ. Et in ſolos homines ſuę prouincię imperũ habet, dũ in ꝓuincia eſt. Qui ſi exceſſerit ꝓuinciã priuatus eſt. Curet tamẽ is qui prouinciæ pręeſt, malis hominib' prouinciã purgare, nec diſtinguatur vnde ſint. Et ſi milies velit renũciare imperio vel dignitati, nõ poterit ſe ſeparare ab imperio infra eod. l. legatus. niſi faciat in manu principis à quo habet: vt ſ. de orig. iur. l. ij. §. deinde cũ placuiſſet.

Præſes.

## De officio Procuratoris Cæſaris.

Procurator Cæſaris eſt, qui ex mandato Cæſaris cauſas & negotia agit. Et quæcunq; acta aut geſta ſunt à Procuratore Cæſaris, ſic à Cæſare cõprobantur, atque ſi ita à Cęſare geſta eſſent, Et ſicut ad Procuratorẽ Cæſaris rerũ tantum pertinet adminiſtratio: ita ad iuriſdicũ Alexãdriæ iuris tantũ, & non rerum ſpectat ſolicitudo. Contentioſa autem iuriſdictio totius Aegypti pertinet ad Præfectum Auguſtalem.

## De officio iuriſdici Alexandriæ.

Iuriſdicus Alexandriæ eſt qui demandatã iuriſdictionem à principe in ciuitate Alexandrina Aegypti habet, de quo ſupra tit. proximo.

## De officio eius cui mandata eſt iuriſdictio.

De iuriſdictione ordinaria tracta[...]n titulis pręcedentibus: hic autem titulus continet ea[...]tionem. quæ eſt in delegãdo: ſcilicet quis delega[...] cauſa: & qualiter delegatus officium ſuum e[...]

## De officio Aſſe[...]

Aſſeſſor eſt, quem ſibi iudex ad [...]uſæ aſſociat. Omne officiũ Aſſeſſorũ in his cauſ[...]n cognitionibus cauſarum ciuiliũ & criminaliũ qu[...] eſſe debeat. Et ei cui aſsidet perſuadeat in poſtulationibus: vt videat an ſit infamis qui poſtulat, Scilicet aduocatus. Item vt eum interroget, & ei opponat ad veritatẽ inquirendam: & eum tacere faciat, quando ſibi videbitur. Item in libellis conuentionalibus recipiendis, ſi bene concipiantur: ſi malè vt reſpuat, vel den

Universidad de Deusto
Biblioteca



dentibus laceret. Item in epiſtolis iudicibus alterius prouinciæ mittendis: vt & teſtes recipiantur, & ſibi caute remittantur.

## LIBER II.

### De iuriſdictione omnium iudicum.

Iuriſdictionis diuiſio.

IVriſdictio, prout eſt genus, diuiditur in Merũ imperium, Mixtum imperium & Simplicem iuriſdictionem. Eſt autẽ Iuriſdictio poteſtas de publico introducta cum neceſsitate iuris dicendi, & æquitatis ſtatuendæ. Merum imperium eſt, habere gladij poteſtatem, & animaduertere in facinoroſos homines: quod etiam Poteſtas appellatur. Mixtũ imperium eſt, cui non ſolum ineſt merum imperium, ſed etiam iuriſdictio: quod in danda bonorum poſſeſsione conſiſtit. Iuriſdictio ſimplex eſt etiam iudicis danda licentia.

### Quod quiſque iuris in alium ſtatuit, ipſe eodem iure vtatur.

Hoc edictum, ſummam habet æquitatem: quia nititur ex lege diuina: vt, Quod tibi non vis fieri, alteri non feceris, vt in princ. decre. Et ſapientis dictat autoritas, Patere legem quam ipſe tuleris. c. cum omnes. de conſti. Quis igitur aſpernabitur idem ius ſibi dici cum ſit litigator quod ipſe aliis dixit cum eſſet magiſtratus? Qui ergo magiſtratũ vel poteſtatem gerit, ſi aliquid in aliquẽ noui iuris ſtatuerit, ipſe quandoque aduerſario eius poſtulente eo iure vti debet.

### Si quis ius dicenti non obtemperauerit.

Nõ obtẽperare iudici.

Conceſſum eſt om[illegible]bus iudicibus, ſuam iuriſdictionem pœnali iudicio de[illegible]d eſt, mulctam vel pœnam pecuniariam ei, qui [illegible]eius illudere conatur, imponere. Ille dicitur no[illegible]ſſe ius dicenti, qui quod extremũ eſt in iuriſdi[illegible]: veluti ſi quis rem mobilem vendicare à ſe pa[illegible]d duci eam vel auferri paſſus eſt. Cæterùm & [illegible]recuſauit, ex tunc non obtẽperaſſe videtur: ſed hab[illegible]m aliud edictum: ſcilicet, Ne vis fiat ei, qui in poſ. miſſus eſt.

### De in ius vocando.

In ius vocare, eſt iuris experiendi cauſa vocare. Et enumerantur in hoc titulo perſonæ quæ in ius vocari non debent: & apponitur pœna contrarium facientibus.





### Si quis in ius vocatus non ierit, ſiue eum quis vocauerit, quem ex edicto non debuerit.

Si quis in ius vocatus non ierit: id eſt, legitime citatus non comparuerit, à competenti iudice, qui eum vocauit, vel vocari fecit, pro iuriſdictione iudicis condemnabitur. Ruſticitati tamen hominis parcendum erit: datur autem actio incerti, quando pœna certa non eſt adiecta, in id quod intereſt, quando quis vocatus non venerit, vel vocatus non comparuerit, cùm vocari non debuerit. Multis autem modis poteſt euenire, quòd ſcilicet citatus non tenetur comparere. Vt ſi in citatorio exprimatur cauſa ex qua quis nõ tenetur comparere coram illo iudice: puta ſi eſſet cauſa ſpiritualis, quæ non debet agitari coram ſeculari iudice. Vel cauſa liberalis, quę non debet agitari coram minori iudice, vt in l. placet. in fi. C. de peda. iudi. Vel ſi eſſet cauſa ex qua perſona conueniri non poſſet munita ſpeciali ſeu ſingulari priuilegio, vt patronos actione famoſa, vel ſimiles. Vel ſi eſſet de his qui in ius vocari non poſſunt. vt l. ij. ff. de in ius vocando. Item ſi exprimeretur in citatorijs locus aliquis inhoneſtus: vt l. ſi cum dies. §. ſi arbit. ff. de arbitris. Idem ſi exprimeretur tempus feriarum. ff. de fer. l. j.

Actio in ceati.

Caſus quibus citatus non tenetur comparere.

### In ius vocati vt eant, vel ſoluant.

Olim vocatus in ius euitabat mulctam: ſiue ipſe iret, ſiue alium mitteret, qui ſatiſdaret, ipſum ſiſtere: hodie neceſſarium habet vocatus perſonaliter ire, aut ex ſua perſona ſatiſdare fideiuſſoribus interuenientibus: aut cauere ſine fideiuſſoribus. Et fideiuſſor de veniendo ad iudicium d[illegible]dari idoneus. Coniunctæ tamen perſonæ reputantur [illegible] recuſans eos recipere punietur: vt ff. l. j. & ij.

Fideiuſſor idoneus.

### Ne quis eum, qui in ius [illegible] vi eximat.

Iuriſconſultus tractaturus de iudi[illegible]t de iuriſ. om. iudi. in ſpecie, & in genere. Quo viſo, q[illegible]iudicium incipit à citatione. Inſtit. de pœn. te. litig. §. omnium. poſuit de in ius vocando. Sed quia in ius vocati quandoque non vadunt, & ideo puniuntur: poſuit rubricam. Si quis in ius vo. nõ ie. Quandoq; non vadũt legitimè, quia dant fideiuſſores nũtio, de eundo, & ſtando in iudicio: ideo poſuit rubricã præcedentem. Quandoque nullũ fideiuſſorẽ dant, & ideo ad iudiciũ ducuntur per fimiliam

militiam: & eo tempore quo ducuntur, aliquis eos vi eximit de manu familiæ: ideo ponitur hæc rubrica, Ne quis eum. Quandoque nullus eũ eximit, ſed ad iudiciũ ducitur, vel ſpõte venit, & ab eo petitur ſatiſdatio de ſtando iuri vſque ad ſententiã. & de hoc loquitur titulus ſequens, qui ſatiſd. cog. & alij ſequen. ti. de fer.

Edictũ.

Et ponit hæc rubrica partẽ edicti, nõ totũ edictũ. Edictũ autem tale eſt: Prætor ait, ne quis eum qui in ius vocatus eſt vi eximat: neve faciat dolo malo, quo magis eximeretur: vt l. ſed eximẽdi. §. Prætor. ff. eod. In eum qui aduerſus prædicta fecerit quantũ per actorẽ in litẽ iurabit iudiciũ dabo: vt colligitur ex l. ſi per aliũ. §. in eam. ff. e. Et propoſuit prætor hoc edictũ, vt metu pœnæ cõpeſceret eos, qui in ius vocatos vi eripiũt.

Eripere. Eximere.

Et eſt verbũ Eximendi generale. Eripere enim eſt de manibus auferre per raptũ: Eximere aũt eſt quoquo modo auferre: puta ſi quis nõ rapuerit quenquã, ſed morã fecerit, quo minus in ius veniret, vt actiõis dies exiret: vel res tẽpore amitteretur.

Actio in factum.

Et datur in eũ, qui vi exemerit, actio in factũ: quæ nõ id cõtinet, quod in veritate eſt: ſed quanti ea res ab actore æſtimata eſt, de qua cõtrouerſia eſt.

## Qui ſatiſdare cogantur, vel iuramento promittant, vel ſuæ promiſsioni permittantur.

Satiſfacere. Satiſdare.

Satiſdatio eo modo appellata eſt, quo Satiſfactio. Nam ſicut Satiſfacere dicimur ei, cuius deſiderium implemus: ita Satiſdare dicimur aduerſario noſtro, qui pro eo quod à nobis petijt, ita ſibi cauimus, vt eum hoc nomine ſecurum faciamus, datis fideiuſſoribus. Sed etiam pignoribus poteſt, ſi velit, quis cauere. Si autem qui fideiuſſorem dare debet, dare non poteſt, remittitur iuratoriæ ca[...] vt iuret, ſe fideiuſſorem dare non poſſe, & ſe facere q[...] Immo etiam nuda promiſsio ſufficit, ſi hoc partib[...] ff. de re. diui. §. venditæ. & l. ſancimus. C. de ver[...]

## Si ex n[...] agatur, quemadmodum caueatur[...]

Noxialis actio. Noxa.

Præcedens titulus [...] ſatiſdationes, quæ ſiunt pro liberis hominibus: iſte autem titulus continet, quomodo pro ſeruis caueatur. Dicitur autem Noxialis actio, quotiens ſeruus noxiam, id eſt, damnum dat: qui etiam propterea quod noxiam committit, Noxa appellatur: ſicut aliàs dici ſolet: Noxia delictum, delinquens noxa vocatur. glo. Inſtit. de nox. act.

act. §. j. Si quis ergo promiſerit, iudicio ſiſtit eum, de quo noxialis actio eſt, debet eum eadem cauſa exhibere. id eſt, in ſimili ſtatu, & qualitate, in qua tunc cum promititur fuerat, quouſque ſententia feratur.

## De eo per quem factum erit, quo minus quis in iudicio ſiſtat.

Hic titulus coërcet dolũ eius, qui impedit aliquẽ iudicio ſiſti. Nec eſt ſuperfluus iſte titulus: licet ſupra habeatur alius titulus, Ne quis eũ qui in ius vo. Quia in quatuor differt hic titulus ab alio: quia alius titulus non habet locũ, niſi vbi vis facta eſt, quo minus ſiſtat: hic aũt habet locũ etiã ſine vi. Secũdo, quia alius titulus nõ cõſulit niſi vocãti in ius, id eſt, actori. hic aũt etiã vocato. Tertio, quia alibi agitur quantũ in litẽ iuratũ eſt: hic ſolũ ad intereſſe: dicẽdo ſecundũ gl. hic. Quarto, quia hic titulus locum habet poſt citationes & ſatiſdationes receptas alius ante cõparitionẽ. licet Bar. hãc quartã differentiã non approbet.

## Si quis cautionibus, in iudicio ſiſtendi cauſa factis, non obtemperauerit.

In titulis præcedentibus ponitur, quando quis dolo, vel vi alterius, iudicio non ſiſtit: in hoc titulo ponitur, quando quis per caſum fortuitum excuſatur. Et in primis excuſandus eſt ille, qui longius abeſt: illi enim pro ſingulis diætis vicena milia paſſum numerari debent. Sunt & aliæ cauſæ quibus cauens excuſatur vt comparere neceſſariò non teneatur, quæ omnes exprimuntur hoc titulo.

## De ferijs, & dilationibus, & diuerſis temporibus earum: [...]bus cauſis feriæ non imped[...]

Feriæ ſunt, quæ ad hoc deputa[...]nes quieſcant, & diuinis, vel alijs rebus neceſſari[...]t. Dictæ ſunt feriæ à feriendis, id eſt, mactandis [...]æ diebus feſtiuis offerebantur. Et ſunt triplices [...] quædam indictæ in honorem Dei: & his partes non poſſunt renuntiare. Iſtæ appellantur feſtiuæ vel ſolennes feriæ. de quibus de conſ. diſt. iij. per totum. Aliæ ſunt feriæ repentinæ, vel indictæ, quæ per principem, vel ſuperiorem propter aliquod repentinum negotium iudicium: vt ſi naſcatur principi filius, vel ob rem bene geſtam aliquod feſtum imponatur. Tertiæ ſunt fe-

Feriæ triplices.



riæ ob

Universidad de Deusto Biblioteca

riæ ob neceſsitatem hominum inductæ, vt ſunt vindemiarum & meſsium: quibus tamen ferijs partes renuntiare poſſunt: quia in eorum fauorem introductæ. c. ſi. de ferijs. Dilationes ſunt induciæ quæ datur quandoq; ad probationes faciendas. Et eſt Dilatio quæ datur à iure vel ab homine ad aliquid explicandum. Dicta Dilatio, quia differt negotium.

Dilatio nes.

## De edendo.

Edere.

Edere, eſt actionem, vel cauſam in iudicio publicè demonſtrare. Eſt enim æquiſsimum, eum, qui acturus eſt, edere actionem: vt exinde ſciat reus, vtrum cedere, an contendere vltra debeat. Et ſi contendendum putat, veniat inſtructus ad agendũ. Edere eſt etiam copiã deſcribendi facere. Et ponitur hic titulus in gerundio, videlicet de Edendo: & non, de Editione: ad oſtendendum, neceſsitatem eſſe impoſitam edere debenti. Et tractatur in hoc titulo triplex editio: ſcilicet, actionis, inſtrumẽtorum, & rationum. Sed ratio editur in principio, cætera in proceſſu cauſæ: vt dicit gloſſa hic ſuper rubro.

## De Pactis.

Poſt quam editus eſt libellus, de quo ſupra tit. proxi. quandoque facit actor pactum gratuitum reo: ideo ponitur rubrica de Pactis. Quandoque inuicem tranſigunt, ideo ſequitur de Tranſactionibus. Quandoque inuicem non poteſt eſſe concordia, ideo neceſſarium quòd litigetur: & partes quærunt ſibi aduocatos. & procuratores: ideo in ſequenti libro ponitur de Poſtulando: & ſubſequenter de Procur. Pactum autem à pactione dicitur. Vnde etiam pacis nomen appellatum eſt. Et eſt Pactio, duorum plu[illegible] idem placitum, & conſenſus: id eſt, ſpontaneus c[illegible] conuentionis autem verbum generale eſt, ad omn[illegible] e quibus negotij contrahendi trãſigendiq; cauſa [illegible] qui inter ſe agunt. Nam ſicuti conueniri dicuntu[illegible] ſis locis in vnum locum colliguntur, & veniunt: [illegible] uerſis animi motibus in vnum conſentiunt, id eſt, in [illegible] ſententiam concurrunt, conuenire & paciſci dicuntur.

Pactũ. Pactio. Conuẽtio.

## De Tranſactionibus.

Tranſactio.

Qui tranſigit, de re dubia, & lite incerta, neque finita, componit. Et dicitur Tranſactio pactum remiſsionis, à trans, & ago. Et differt in eo à Pactis: quia qui paciſcitur, rem certam



tã, & indubitatã ſua liberalitate remittit, cũ his, qui trãſactionẽ facit, rẽ dubiã, & incertam litẽ, ſopire facit. Et dicitur Trãſactio quaſi actionis tranſitio: ab actione enim tranſit, qui tranſigit: & ita is qui agit, propriè dicitur trãſigere: reus autem impropriè dicitur tranſigere C. eod. l. ij. Et eſt effectus tranſanctionis quia ex ea datur exceptio in omni cauſa ex qua agebatur. C. eo. l. ſub prætextu & infra eo. l. non eſt. niſi reus dolo occultauit ſpeciem, in qua deceptus eſt actor: vt infra de pac. l. tres.

# LIBER III.

## De poſtulando.

Qvia in editione actionum, & in cauſæ proceſſu neceſſarij ſunt aduocati, vel poſtulatores: ideo de his ponit. Eſt aũt poſtulare, deſideriũ ſuũ vel amici ſui in iure apud eum, qui iuriſdictiõi præeſt, exponere: vel alteri' deſiderio cõtradicere: vt ꝶ. eo. l. j. §. poſtulare & quod dicitur, Suũ, intellige quãdo poſtulat pro ſe: Amici quãdo pro alio, & ponit vbi ſũ iuriſdictioni, pro qualibet notione: vt ꝶ. de reg. Iur. l. ait prætor. & ſic etiam apud arbitrum compromiſſarium poteſt poſtulari. Et dicuntur hi poſtulatores, Patroni cauſæ item Aduocati, vt ꝶ. de var. cogni. l. j. §. aduocatos. Et Togati dicuntur. C. e. l. ij. vel forte à genere veſtis, quæ dicitur Toga, qua olim vtebantur.

Poſtulare. Patroni cauſæ. Aduocati. Togati.

## De his, qui notantur infamia.

Infamia eſt ſtatus, & honoris diminutio, & amiſsio: hinc Infamis dicitur, quaſi valde famoſus, id eſt, ignominioſus: vel Infamis, quaſi ſine fama, vel priuatus [illegible] fama. Fama autem, ſi ne opinio, vel æſtimatio idem ſign[illegible] eſt Fama, illæſæ dignitatis ſtatus, legibus ac mori[illegible] atus, & in nullo diminutus. Et hæc fama quandoq[illegible] quandoq; conſumitur, vt ex toto pro extincta h[illegible] et cùm maxima, vel media capitis diminutio i[illegible] de hac neq; in hoc titulo, neq; C. eod. tractatur, qu[illegible] um ſit, de ea fama conſumpta dicere, vel quærere. Qui[illegible] enim ſcit, vel ſcire poteſt vno verbo, quod ad nullũ ciuile, vel publicũ officiũ is, cuius fama cõſumpta eſt, adhiberi poteſt. Minuitur verò cũ ciuitas, & libertas retinetur, ſed circa ſtatum pœna plectimur: vt ꝶ. de var. cog. l. pe. §. æſtimato, & §. minuitur, & §. conſumitur. Et talis eſt duplex, Facti, & Iuris. Infamia facti irrogatur, cùm

Fama.

Infamia facti. opinio alicuius apud graues & honeſtas perſonas deprimitur, vel diminuitur. & de hac infamia facti modicũ in iure traditur. Sed ſunt duo eius effectus: primus, quia repellit à dignitate: niſi propter inopiã nõ legitimi competitoris. Secũdus, quia repellit à querela inoſſicioſi. C. de dig. l. ij. ȷ. de decu. l. generaliter. §. ſpurios. & C. de inoffi. teſt. l. fratres. Iuris infamia quãdoque irrogatur ipſo facto, id eſt, ipſo iure, propter hoc quod aliquid factũ eſt: quãdoq; demũ lata ſententia: quãdoq; ex genere pœnæ, hoc eſt, propter impoſitionẽ pœnæ. Ipſo facto, vt ſi mulier depræhendatur in adulterio. ȷ. de ri. nup. l. palã. §. quæ in adulterio. Idem in muliere quæ nubit, vel ſtupro cognoſcitur intra tempus luctus: vel nubit contra iuramentũ ſuſcepta liberorum tutela. C. de ſec. nup. l. j. & ij. & in auten. de reſtit. & ea quæ pa. §. vnum. & de nup. §. ſi autem. & ȷ. eod. l. vxores. vel qui bina ſponſalia, vel binas nuptias contraxit. ȷ. eod. l. j. in fi. & l. quid ergo. §. ſi quid. Ex genere pœnæ irrogatur infamia, ſi tale delictum commiſit quis, quo damnatus, vel confeſſus in iudicio, vel pactus pecunia fieret infamis. Et eſt effectus infamiæ, vt quis repellatur à poſtulando, & vt ab honoribus repellatur: non dico à muneribus curialibus, vel ciuilibus. Et huius effectus gratia poſuit imperator ſpecialem titulum, & vnicam legem de infamibus. C. lib. x. Eſt & alius, qui repellitur ab accuſando: vt. ȷ. de accu. l. qui accuſare.

Infamia iuris.

## De procuratoribus, & Defenſoribus.

Procurator eſt, qui aliena negotia mandato domini adminiſtrat. Et poteſt eſſe [illegible]curator omnium rerũ, vel vnius duntaxat. Et conſti[illegible] præſens, vel per nũtium, vel per epiſtolam. Et eſt v[illegible]torum perquam neceſſarius: vt qui rebus ſuis ipſ[illegible]n volunt, vel non poſſunt, ſaltem per alios poſſ[illegible], vel conueniri. Et dicitur procurator pro parte [illegible]enſor verò ex parte rei. Et loquitur hic titulus de [illegible]re ad iudicia: de procuratore enim ad negotia loquitur. ȷ. [illegible]. mandati.

Defenſor.

## Quod cuiuſque vniuerſitatis nomine, vel contra eam agetur.

Titulus præcedens loquitur generaliter de procuratoribus, qui vt plurimum conſtituuntur à ſingularibus perſonis: hic autem titulus de eo, qui nomine vniuerſitatis, vel collegij, vel commu-



communitatis agit, ſiue conuenitur: qui proprie Actor vel Syndicus dicitur. Omnes enim quibus permiſſum eſt habere corpus collegij, vel ſocietatis, vel cuiuſcunq; alterius negotiationis, veluti piſtorum, aut aliorum artificum, poſſunt habere res communes, arcam communem, & actorem, ſiue ſyndicum, per quem quod communiter agi fierique oporteat in iudicijs, vel extra, fiat.

Actor. Syndic.

## De negotiis geſtis.

Iſte titulus neceſſarius eſt, & eius materia: quia magna vtilitas abſentium verſatur, ne indefenſi rerum poſſeſſionem, aut venditionem patiantur, vel pignorum diſtractionem, vel pœnæ cõmittendæ actionem, vel iniuria rem ſuam amittant. Et ideo ſi quis abſentis negotia geſſerit, licet ignorantis, tamen quicquid vtiliter in rem eius expenderit, vel etiã ipſe ſe ĩ rem abſentis alicui obligauerit, habeat eo nomine actionem. Itaq; eo caſu vltro citroque naſcitur actio, quæ appellatur Negotiorum geſtorum: in qua, ſicut æquum eſt, gerentem actus ſui rationem reddere, & eo nomine condemnari, ſi quid vel non vt oportuit geſſit, vel ex his negotiis retinet. Ita ex diuerſo iuſtũ eſt ſi vtiliter geſſit, præſtari ei quicquid eo nomine vel abeſt ei vel abfuturum eſt.

## De Calumniatoribus.

Accuſatorum temeritas tribus modis punitur: vt per Turpilianum deſiſtunt: & ſi non deſiſtant, ſed diuerſam partem adiuuent, perdita iam ſententia, puniuntur extra ordinem: quia ſunt præuaricatores: vt. ȷ. de præua[illegible] & l. accuſator. & l. ab imperatore. Item ſi non deſiſtant[illegible]nietur, puniuntur lege Remia. Calumniator eſt, qu[illegible]na, vel cauſam iniuſtam ſcienter intentat. Et Con[illegible] calumniæ cauſa aliquid fecit, vel vt non faceret [illegible]pit: intra annum in quadruplum eius pecuni[illegible]ccepiſſe dicitur, actio competit: poſt annum autem [illegible]n factum actio datur. Et datur iudicium non ſolum in pecuniarijs cauſis: ſed etiam ad publica crimina: ſi quis accipiat pecuniam ob ea inſtituenda, vel non inſtituenda. Calumniæ autem pœna eſt eadem, vel ſimilis, quæ imponeretur accuſato, ſi conuinctus fuiſſet de crimine: vt C. eod. l. vltima. & infra. eod. Turpi. l. in priuatis.

Præuaricato. Calumniator. Pœna calum.

Universidad de Deusto Biblioteca



## De in integrum reſtitutionibus.

REſtitutio in integrum eſt prioris ſtatus reintegratio. Et hinc ſolet dici, Res redit vt pridem, cùm ſtatus redditur idem. gl. in c. quia de elec. Per hanc materiam pluriſariè hominibus vel lapſis ſua facilitate, vel circunſcriptis aduerſarij dolo ſubuenitur. ſiue metu, vt J. tit. ſeq. ſiue calliditate vt J. tit. ij. ſiue ætate, vt J. titu. iij. ſiue abſentia, ut J. tit. iiij. inciderint in captionem.

## De eo, quod metus cauſa geſtum erit.

Metus.

Quod metus cauſa geſtum eſt Prætor ratum non habet. Et eſt metus inſtãtis periculi, vel futuri cã, mentis trepidatio J. co. l. j. Nec eſt neceſſariũ periculũ eſſe præſens, dummodo metus ſit pręſens, de futuro periculo. J. co. l. metũ. J. Reſpõ. Et dicitur Metus, quia mentẽ tenet.

Vis.

Vis autẽ eſt maioris rei impetus, cui reſiſti nõ poteſt. J. l. ij. aduerſus quã non proficit cuſtodia J. loca. l. ſed de dãno. Metus alius eſt ꝓbabilis, qui cadit in hominẽ miſerum, timidium, & inconſtantem: vt J. co. l. v. vj. & vij.

Vis multiplex.

Vis aũt multiplex eſt: quædam Cõpulſiua, quæ imponit neceſsitatẽ contrariam voluntati contrariæ: quia id facit, quod nõ faceret ſi eſſet liberi arbitrij. Et hæc inducit actionẽ, Quod metus cauſa. Quædam Expulſiua, quæ inducit interdictũ Vnde vi. Quædam Ablatiua quæ inducit actionem vi bono. raptorum circa mobilia: vt infra de vi & vi ar. l. j. §. iij. Quædam Turbatiua, hæc inducit interdictum Vti po[illegible]ſideris in rebus ſoli, & in rebus mobilibus, Vtrob[illegible]um duo ſe poſſidere contẽdunt. Quædam Inquietatiua[illegible]ucit interdictum Quod vi aut clam vt ſi quis à me p[illegible]el putans ſe prohibendum, quid faciat in meo.

## [illegible]o malo.

Per materi[illegible] ſubuenitur aduerſus varios & doloſos, qui calliditat[illegible]alijs obfuerũt. Verba autem edicti talia ſunt: Quæ dolo malo facta ſunt, ſi de his rebus alia actio nõ erit, & iuſta ſit cauſa, datur actio de dolo: ne vel illis malitia ſua ſit lucroſa, vel iſtis ſimplicitas damnoſa.

Dolus malus.

Dolus autẽ malus eſt machinatio quædã alterius decipiendi cauſa: cùm aliud agitur & aliud ſimulatur. Vel eſt omnis calliditas, fallacia, machinatio,

tio,



tio, ad circũueniendum, fallendũ, decipiendum alterum, adhibita cõtra ius & bonos mores. Et habetur in hoc tit. mentio doli mali: quia veteres etiã Bonũ dolũ dicebant, & pro ſolertia, id eſt, aſtutia hoc nomen accipiebant, maximè ſi aduerſus hoſtẽ, latronem ve quis machinetur. hinc Vergil. ij. Aen. Dolus an virtus, quis in hoſte requirat.

## De minoribus xxv. annis.

Minores dicuntur, qui nondũ cõpleuerũt xxv. an. facta computatione de momẽto ad momentũ. Vnde nõ ſufficit tetigiſſe vltimũ diẽ: ſed oportet peruenire ad idẽ momentũ. Succurritur autẽ minoribus ſi liberi ſint: ſerui enim nunquã reſtituuntur.

Reſtitutio minorum.

Quicquid igitur cũ minore xxv. an. natu geſtũ erit, vtiq; quæ res erit animaduertã, dicit prætor. Iuſtiſsima fuit huius edicti æquitas: quia cũ inter omnes cõſtet, fragile eſſe & infirmũ huiuſmodi ætatis cõſiliũ, & multis captionibus ſuppoſitũ, multorumq; inſidijs expoſitũ: auxiliũ eis prætor hoc edicto pollicitus eſt, & aduerſus captionẽ opitulationẽ. quia cum vſq; in hãc ætatẽ adoleſcentes curatorũ auxilio reguntur: ergo per ſe rei ſuæ adminiſtratio eis cõmitti nõ debet, quamuis bene rẽ ſuã gerentibus. Ceſſat autẽ hæc reſtitutio, vel ratione doli ſui, vel mẽdacij ſui, vel ſacramẽti ſui corporalis, vel priuilegio libertatis, vel priuilegio parentis, vel patroni, cõtra quẽ vult reſtitui, vel ſemel denegata eſt reſtitutio: de quibus ſpeciali in C. põnuntur.

## De capitis diminutione.

Capitis diminutio. eſt prioris ſtatus cõmutatio. Et ponitur hic Caput pro ſtatu.

Status.

Conſiſtit autem[illegible]tus in tribus, in libertate, ciuitate, & familia. Qui ergo[illegible]mittit, dicitur pati maximam capitis diminution[illegible]tingit de his, qui efficiuntur ſerui pœnæ, vel paſſi[illegible]ndari, vel reuocati ſunt in ſeruitutem propter in[illegible]n. Et taliter capite minutus perdit etiam per conſ[illegible] ciuitatem, & familiam. Qui autem perdit ciuitatem, [illegible] pati mediam capitis diminutionem: quod contingit de his, quibus interdictum eſt aqua & igne. Item in deportatis, id eſt, perpetuò proſcriptis. Cum autem libertas & ciuitas retinetur, & familia tantũ mutatur, dicitur eſſe minima capitis diminutio: quod contingit his, qui dati ſunt in adoptionem, vel qui emancipati ſunt.

Universidad de Deusto Biblioteca



## Ex quibus cauſis maiores xxv. annis in integrum reſtituuntur.

Reſtitu tio maiorum.

Maiores reſtituuntur quandoq; cauſa militiæ, quandoq; ſi
cauſa Reip. abſentes fuerunt: de quibus ſpeciales tit. in C. ſunt.
Generaliter autem reſtituuntur qui abſentes fuerunt per metũ
iuſtũ. ∫. eo. l. ij. & iij. Item quia fuerunt abſentes detenti in vin-
culis, vel à priuata perſona, puta à latrone: vel à publica, hoc eſt
iudicis autoritate. Item qui ita alligati ſunt, vt ſine dedecore in
publico apparere non poſſunt: vt ∫. eod. l. ſuccurritur. & l. in ea
dẽ cã. & ex varijs alijs cauſis. Verba aũt huius edicti talia ſunt:
Si cuius quid de bonis diminutũ eſt: cùm is metu, aut ſine dolo
Reip. cã abeſſet, ſiue in vinculis, ſeruitutéve, hoſtiumq; poteſta
te eſſet: item ſi qua alia iuſta cã eſſe videbitur, in integrũ reſtitu
tio cócedat. Ratio huius edicti eſt, quia læſum, id eſt, amiſſum
ius, per id tépus, quo quis Reip. operã dabat, vel aduerſo caſu la
borabat, corrigitur, id eſt, reſtituitur, vel emẽdatur: nec non ad
uerſus eum ſuccurritur, ne vel obſit, vel proſit quod euenit.

## De alienatione iudicii mutandi, & ſuſcipiendi, cauſa facta.

Mutatio iudicij.

Dicitur in titulo, Mutandi iudicij, id eſt, euitãdi, quo ad ſe:
& ſuſcipiendi, quo ad alium, cui alienauit. Cùm prætor intel-
ligeret iudiciorũ exitũ īterdũ duriorẽ nobis cõſtitui, oppoſito
nobis alio aduerſario, in eã quoq; rẽ pſpexit, vt ſi qs alienádo
rẽ, aliũ nobis aduerſariũ ſuo loco ſubſtituit: puta ſi alteri⁹ proui
ciæ hoiem, aut potẽtiorẽ nobis oppoſuerit aduerſariũ: aut eũ
qui vexaturus eſt, idq; operã in fraudẽ noſtrã fecerit: tãti nobis
teneatur, quãti no[illegible] eſt alium aduerſariũ nos habuiſſe.

## De recep[illegible] arbitrium recipiunt vt ſenten tiam di[illegible]

De præpara[illegible]orum explicito, priuſquam de iudi
ciis ipſis aliquid[illegible], Arbitros, qui ſe ad inſtar iudiciorũ
habent, inferamus. [illegible]ctat autem hic titulus de Receptis neu-

Recepti

traliter, id eſt, de arbitris: vel de receptis maſculinè, id eſt, de
arbitris receptis à litigatoribus: vel de litigatoribus receptis
ab arbitris. Viciſſim enim ſeſe in fide ſua recipiũt partes, vt ſen
tentiæ ſtent: arbitri, vt fideliter examinent, & pronuntient.

Arbitrium.

Aſſumut enim partes iudicis, non conſiliatoris. ∫. eod. l. ſi de
meis. §. recepiſſe. Eſt autem Arbitrium trinus actus trium
perſo



perſonarũ ſub arbitrio litigantiũ vel ſic: Eſt trinus perſonarũ
actus ſub pecuniaria quæſtione, in quaſi iudicio confligẽtiũ,
vel contendẽtiũ. Nã arbiter cõtendit ad inquiſitionẽ veritatis
Actor, vt ei reus cõdẽnetur: Reus, vt abſoluatur ab actore. Et
dicitur Arbiter quãdoq; quilibet vir bon⁹ ſuper aliquo æſtimã

Arbiter

do electus. ∫. pro ſo. l. ſi ſocietatem. Quãdoq; ponitur pro iudi-
ce delegato, vel quaſi delegato. vt. ũ. qui ſat. cog. l. arbiter. Quã
doq; pro iudice ordinario. ∫. de iud. l. antepe. Quãdoq; pro diſ

Arbiter in quibus cauſis prohibeat.

pẽſatore rei ſuæ. C. mã. l. inite. In omni re põt aſſumi arbiter,
niſi prohibeatur à lege. Prohibetur aũt à lege in cauſa crimina
ſi publica, vel priuata. Sed in cauſa ciuili, licet ſit de crimine fa
moſo, valet cõpromiſſum. Non tamẽ infamat arbitri ſenten
tia. Itẽ in cauſa liberali non poteſt eſſe arbiter quia fauor liber
tatis eſt, vt maiores iudices debeat habere. Itẽ in populari actio
ne non poteſt eſſe arbiter: ne occaſione pœnæ prætermittatur
faciẽdũ quod publice fieri expediret. ∫. eo. l. non diſtiguemus. §.

Compromiſſum quomodo conſtituit.

Iulianus. & §. de liberali. & ∫ de his q no. infa. l. qd ergo. §. ex
compromiſſo. Conſtituitur aũt arbitriũ, partib⁹ adinuicẽ ſti-
pulãtibus pœnã, ſi arbitri non pareãt ſentẽtiæ: vel vbi vterq;
promiſit pure pœnã, id eſt, non ſub alia conditione, niſi hac,
niſi arbitri pareatur ſentẽtiæ. Et licet vſitatũ ſit in duos com
promittitũ difficile eſt ſi diſſentiãt, quia non inuenitur ma-
ior pars: vnde compromiſſum ſine exitu videtur futurũ, pro-
pter naturalẽ facilitatẽ hominũ ad diſſentiendũ. Tñ lex adhi-

Arbiter iuris.

bet tale remediũ, vt vbi diſſentiũt duo arbitri, cogat eos Præ-
tor tertiũ eligere perſonã certã, cuius autoritati pareatur. ∫. e. l.
itẽ. § ſi in duos. & §. principaliter. Et eſt duplex arbiter: iuris,
quẽ ius eligit, & ſibi cauſam cert[illegible]andã exprimit, & cõ
mittit, vt in c. ſuſpitionis. de off[illegible]ũ plures. & talis per
omnia æquiparatur iudici: & ab[illegible]tia poteſt appellari
c. ab arbitris. de offi. dele. li. vj. A[illegible]iter communi con

Cõmuni conſenſu electus.

ſenſu partiũ electus, & à ſententia [illegible]n appellatur. C. eo.
l. j. de quo in c. cũ dilectus. eo. ti. De [illegible]ferentia inter arbitrum
& arbitratorẽ, vide per dom. Andr. Siculum in c. quintauallis.
de iureiur.

## Nautæ, Caupones, Stabularij, vt recepta reſtituant.

Nautæ.

Nautam in hoc titulo accipere debemus eũ, qui nauim ex-
ercet: quamuis nautæ appellentur omnes, qui nauigãdæ nauis
cauſa

Universidad de Deusto Biblioteca

Exercitor. cauſa in naui ſunt. Sed de exercitore duntaxat, qui Patronus nauis, aut magiſter appellatur, intelligitur. Caupones autem

Caupones. Stabularij. & Stabularios eos intelligimus, qui cauponam, aut ſtabulum exercent: vel eorum inſtitores & miniſtri. Stabularij autē ſunt hoſpitatores hominum equitantium. Sicut & Caupo viatorū. Quicquid erga tales homines ſaluum fore, id eſt, ad cuſtodiendum receperint: niſi reſtituant, contra eos actio datur. Et eſt maxima vtilitas huiuſmodi actionis: quia neceſſe eſt plerunq; eorum fidem ſequi, reſq; cuſtodiæ eorum committere: & ſæpe ſunt leues homines, præſertim in Italia Henſelini.

LIBER V.

## De iudicijs: & vbi quis agere, vel conueniri debeat.

Iudiciū. IVdicium multis modis ſumitur, vt ponit gl. in regula, in iudicijs. de reg. iu. li. vj. & Inſtit. quib. nō eſt per. fa. teit. §. præterea. Hic autem ſumitur pro actione, qua contra aliquē in iure experitur. Et eſt Iudicium legitimus actus trium perſonarū, ſcilicet Iudicis, Actoris & Rei. c. forus. de verb. ſig. Et ponitur in titulo, de iudicijs: non, de iudicio. Eſt enim iudiciū aliud ciuile, aliud criminale: aliud ſingulare, aliud vniuerſale: de qui-

Ciuile. bus per ordinē titulorum tractabitur. Ciuile iudiciū eſt cùm cauſa inſtituitur ad cōmodū priuatū, cōcluditur parti aliquid

Criminale. eſſe dandum, vel exhibendum. Criminale eſt, cū agitur de aliqua pœna pro crimine imponenda: vel cōcluditur pœnam eſſe

Singulare. applicandā fiſco. Singulare iudiciū eſt, quod datur pro rebus particularibus: puta domo, fundo, equo &c. Vniuerſale eſt, cū

Vniuerſale. petitur vniuerſum iu[illegible] bonorum poſſeſsio, aut hæreditas.

## De [illegible]oſo teſtamento.

Inofficioſum [illegible]tamētum, quod factum eſt contra officiū pietatis p[illegible]aſi non officioſum, id eſt, inhumanum. Et datur q[illegible]fficioſi omnibus tā parentibus, quā

Querela inofficioſi. liberis. Cognati autem [illegible] latere, & præſertim qui ſunt vltra fratres, non agunt querela inofficioſi: frater autē admittitur turpibus perſonis inſtitutis: niſi & ipſe turpē vitā agat. Eſt ergo inofficioſum teſtamētum dicere: hoc eſt, allegare quare exhæredari vel præteriri non debuerint: quod aliquando accidit, cùm parētes falsò ſtimulati, vel nouercalibus delinimētis, inſtigatiōibusq; corrupti, liberos ſuos vel exhæredāt, vel pretereūt.

De



## De petitione hæreditatis.

Dictum eſt de inofficioſo teſtamēto, cuius querela prępara toria eſt vniuerſalis iudicij, id eſt, petitionis hæreditatis: quæ quidē quādoq; eſt directa, quādoq; vtilis. primo ponitur de directa: poſtea de vtili, id eſt, de fideicō. hęreditatis petit. Et ſic directa dicitur mihi dari hęreditatis petitio: quia de iure ciuili ad mitto. Et datur ab inteſtato, vel ex teſtamēto ſuccedēdi per le- Petitio

gē, vel ſenatuſcōſultū. Itē per ſe, vel per aliū, vt j. l. j ij. et iij. Di- hæreditatis.

recta aūt datur cōtra eū, q poſsidet pro hærede, vel pro poſſeſ ſore, qui nullā cām poſsidendi habet, nec contēdit ſe hæredē: vel ſi cōtēdit ſe, tū per mēdaciū. j. e. l. regulariter. & l. licet. & l. pro hærede. Propoſito aūt petitionis hæreditatis libello, faciē dæ ſunt interrogationes poſſeſſori, qualiter poſsideat: vt j. de inter. act. l. j. in prin. hoc eſt an credat ſe hæredē. Si reſpōdeat. credo. ergo proceditur in petitione hæreditatis: quia poſsidet pro hærede. Si reſpondeat, nō: quæratur titulus: quē ſi probauerit, non procedetur in petitione hæreditatis. Si nō probauerit, præſumitur quòd pro poſſeſſore poſsideat. & ſic intelligitur quod dicitur C. e. l. cogi. Pro hærede autem poſsidet, qui putat Pro hærede poſ

ſe hæredem eſſe: pro poſſeſſore vero poſsidet prædo. ſidere.

## Si pars hæreditatis petatur.

Præcedēs titulus ponit, quid iuris ſi tota petatur hæreditas. Nunc quid ſi pars. Vbi attendendū eſt, an is, qui partem petit, omnino certus ſit de ea: & tūc attende, an poſſeſſor ius habeat, puta, quia cohæres, an non: vel vtrū non ſit certus. de quo tractatur in. §. fi. illius l. j. Et plures hæredes debent agere contra plures poſſeſſores: nec poteſt vnus eli[illegible]m, alius al um. Et ſi ſint plures ad quos hæreditas pe[illegible]diuiſo: poteſt alter ab altero conueniri hac actione, [illegible]ercit ſi fatentur ſe hæredes infra. l. j. §. quinimo. & §. p[illegible] non differt hęc actio à præcedēti, ſpecie, ſed numero.

## De poſſeſſoria hæreditatis petitione.

Poſt ciuiles actiōnes hæredibus propoſitas prætor etiā eos poſuit, quos ipſe quaſi hæredes fecit: hoc eſt, illos, quibus bo- Bonorū

norum poſſeſsio data eſt: per quam petitionē hæreditatis tan poſſeſ-

tundem conſequetur bonorum poſſeſſor, quantum ex ciuili- ſio.

bus actionibus hæres conſequi poteſt.

## De fideicommiſſaria hæreditatis petitione.

Ex hoc titulo proponitur actio his, quibus reſtituta eſt hære

Universidad de Deusto Biblioteca

ditas. Nam quicunq; ſuſceperit reſtitutam hæreditatem ex ſenatuſconſulto Trebelliano, fideicommiſſaria hæreditatis petitione vti poterit contra poſſeſſores: & dantur ei eædem actiones, quæ hæredi, & in hæredem competunt.

## LIBER VI.

### De rei vedicatione.

Rei uēdicatio. DE vniuerſali iudicio ſuprà dictum eſt: nūc de ſingulari. Eſt aūt Rei vendicatio actio quæ datur ſola ratiōe dominij, vel quaſi: & poſſeſsiōis, vel quaſi. Et oportet vtrūq; interuenire: ſcilicet, ex parte actoris dominiū, vel quaſi: & ex parte rei poſſeſsio, vel quaſi: vt quia dolo deſierat poſsidere. vt eſt gl. no. Inſtit. de act. §. j. in ver. poſsideat. Et appellatur hęc actio aliàs in rē: & tūc cōpetit, qñ rē tradi, vel dari eſt in obliga-

Inr eem actiol tiōe, id eſt, qñ rē, nō pſonā dico mihi eſſe debitā. Et habet iſta in rē actio locū in omnibus rebus mobilibus, tā aialibus, quā in his quæ anima carēt, & in his quæ ſolo cōtinētur, id eſt, immobilia ſunt. Et per hanc actionem non ſolū ſingulæ res vendicantur: ſed etiam grex, & armentum, & equitium. Et competit ei, qui aut iure gentium, aut iure ciuili dominiū acquiſiuit. Et eſt duplex Rei vendicatio: vna Directa, de qua in hoc titulo lo: alia Vtilis, de qua j. in titu. ſi ager nec. & datur iſta vtilis ratione quaſi dominij: vt emphyteutæ, ſuperficiario, conductori vectigalium: dummodo ad modicum tempus conduxerit.

### De publiciana in rem actione.

Publiciana. Iſta actio publiciana dicta eſt à Publicio prætore, qui eam inuenit: vt eſt tex. [illegible] §. aliæ. Et datur, qñ quis petit id quod traditū eſt e[illegible]ſa à nō domino: & dū vſucaptū nō eſt. Nā ſi eſſet vſu[illegible]præſcriptū, non cōpeteret hęc actio

Inpubliciana q̄ neceſſaria. quia publicana d[illegible]atur Completa aūt vſucaptione, eſſet verus dominus [illegible] iure ciuili: & ideo ſibi daretur rei vēd. Et vt detur publiciana quinq; ſunt neceſſaria: ſcilicet traditio, vel quaſi: quod dicitur propter incorporales, quæ tradi non poſſunt: vt j. de acq. re do. l. ſeru⁹. §. incorporales. Sc̄do, quòd ex titulo apto, id eſt, iuſta cauſa ad mutationē dñij, puta vēditione, vel ſimilib⁹. j. eo. quicūq; in pr. Tertiò, quòd à non dño acceperit: nā aliàs dñium eſſet trāſlatū: vt j. eo. l. j. §. j. Quarto, quòd bona fide acceperit: vnde credidit ſe dominū factum eſſe tūc: vt j. de



acqui. re. do. l. eum qui à furioſo. §. prætor. Quinto, quòd credit ſe hodie, cùm eā proponit, dominium non eſſe: aliàs ſibi eſſet contrarius. Sed ex his quinq; duo ſunt difficilia agenti, ſcilicet probatio traditionis & tituli. reliqua cōſiſtunt in intellectu agentis, cum ſit de ſua conſciētia quæ per teſtes probari nō poſſunt, ſed per iuramētum: vt eſt gl. in l. Fulcinus. §. quid ſit latitare. j. ex qui. cau. in poſſ. ea. de hoc glo. Inſtit. de act. §. aliæ. in ver. dicit. Io. And. in addit. Specul. de proprie. §. nunc dicēdum. verſi. primo. & tit. de act. §. ij. verſi. quid ſi velis.

### Si ager vectigalis, vel emphyteuticarius petatur,

Ager vectigalis. Coniunctio Vel, in hoc titulo ponitur expoſitiuè pro id eſt nam idem ſunt. Et dicitur Ager vectigalis: nam reditus, ſiue penſio pro eo præſtatur: id enim ſolemus Vectigal appellare. Omnes autem agri aut ſunt vectigales, aut non vectigales. Vectigales vocantur, qui in perpetuum locantur, id eſt, hac lege, vt quandiu pro his vectigal pēdatur, id eſt, perſoluatur: tandiu vtq; ipſis qui conduxerint, neq; his qui in locū eorum ſucceſſerint, auferre eos liceat. Non vectigales ſunt, qui aut à nobis excoluntur, aut ab alijs priuatis: quēadmodum agros noſtros colendos dare ſolemus, puta in annū. Qui ergo in perpetuum

Emphyteuſis. agrū cōduxerit, licet nō efficiatur dñs, cōpetit ei tū in rē actio vtilis aduerſus quemuis poſſeſſorē, etiā aduerſus verū dñm: ita tū, ſi vectigal ſoluat Emphyteuſis aūt Latinè dicit meliorati: vt dicit gl. Inſt. de loca. §. adeo. de quo dicem⁹ C. de iure emphy.

## LIBER VII.

### De vſufructu, & quemadmodum quis vtatur.

Vſuſfructus. VSusfructus eſt ius, id eſt, ſeruit[illegible] alienis rebus vtendi fruendi, ſalua rerū ſubſtantia [illegible] vſusfructus ius in corpore, quo ſublato & ip[illegible] neceſſe eſt. Et

Formalis. eſt duplex vſusfructus, formalis, & ca[illegible]ormalis eſt, de quo hic loquimur: qui eſt ſeruitus, quan[illegible]atus eſt à proprietate. Cauſalis aut ē eſt, qui cum ſua cauſa, [illegible] eſt proprietate

Cauſalis. coniunctus eſt. Cōſtituitur vſusfructus multis modis. vel in teſtamento, vel inter viuos per actiones & ſtipulationes. Et con-

Vſufructuarij commodum. ſtituitur non tantū in fundo, vel ædibus: verùm & in ſeruis, & iumentis, cæteriſq; rebus. Et eſt emolumētum vſusfructus maximum, & attenditur ſecundum qualitatem rei. Si enim cōſtituatur vſusfruct⁹ in prædio ruſtico: quicquid in fundo naſcitur, quic-

Universidad de D... Biblioteca

quicquid inde percipi poteſt, vel ipſa natura, vel induſtria hominis, ipſius fructuarij eſt: ſic tñ, vt fruatur arbitratu boni vi. Rectè enim colere cogi poteſt. Aucupari, & venari poterit in prædio: ſi tñ fructus prædij ſit in venatione, puta erat viuariũ, vel ſimile: vt J. e. l. vſufructuariũ. §. J. & de vſur. l. venationẽ. Et ſi erat ſylua cædua, ex ea poterit cædere, & vẽdere. Si nõ erat cædua, grãdes arbores cædere nõ poteſt. Cædet tamẽ pedamenta & ramos ad vineã ſuam, vel ad quamlibet neceſsitatem ſuam: dum tamen fundum non faciat deteriorem. J. eo. l. itẽ ſi fundi. in princ. & §. aucupationem. & §. vltimo. & l. ex ſylua.

## De vſufructu accreſcendo.

Accreſcendi ues.

Qñq; vſusfructus legat⁹ eſt duob⁹ cõiunctim: & tũc eſt inter vſufructuarios ius accreſcẽdi: vno enim nolẽte, aut repudiante partẽ ſuã, totũ accreſcit ſuo cõfructuario. Si aũt ſeparatim vnicuiq; parti vſusfruct⁹ ſit relict⁹, ſine dubio ius accreſcẽdi ceſſat. Itẽ q vocãtur ad vſufructũ nõ ex verbis teſtatoris, ius accreſcẽdi nõ habẽt. J. l. J. §. ſi. Similiter inter legatariũ puræ ꝓprietatis, & legatariũ vſusfructus nõ eſt locus iuri accreſcendi. l. ij. J. eod.

## Quibus modis vſufructus amittatur.

Vſusfructus amittitur quinque modis: Primò, morte naturali ipſius vſufructuarij. Secundò, capitis diminutione maxima, vel media. Tertiò, ſi vſufructuarius non vtatur per modũ & tẽpus: id eſt, ꝑ arbitrio boni viri: vel id eſt, ꝑ moderatũ tẽpus puta per decẽ annos inter præſentes, & viginti inter abſentes. Quartò, ꝑ cõſolidationẽ, vel cõfuſionẽ rei: id eſt, ſi vſusfructus formalis redeat ad ſuam cãm: id eſt, ꝓprietatẽ: quod tũc fit, qñ fructuarius nanciſci[illegible]oprietatẽ: vt. J. eo. l. ſi ſeruus. Vel qñ vſufructuarius c[illegible] fructum proprietario: nã extraneo cedendo nihil ag[illegible]ntò, rei mutatione, vel interitu. Si enim vſusfruct[illegible] mihi conſtitutus eſt, & ædes corruãt, vel exuſtæ ſint n[illegible]m, ſine dubio extinguitur vſusfructus, intantum vt nec areæ, nec cæmentorum vſusfructus, amplius debeatur. Inſti. eo. §. ſi.

## De vſufructu earum rerum, quæ vſu conſumuntur, vel minuuntur.

Omnium rerum conſtitui poteſt vſusfructus, quæ in patrimonio cuiuſcunq; conſtare poſſunt: ideo etiam earum rerum quæ vſu tolluntur, vel minuũtur, vſusfructus cõſtitui poteſt: ſi-

cut



vt eſt vinum, oleũ, frumentũ, veſtes, aurũ, argentũ, quibus proxima eſt pecunia numerata: quæ aſsidua permutatione quaſi extingui videtur. Eſt tñ impropriè in his rebus vſusfructus: quia nõ pot eſſe vſus vini, vel frumenti, ſalua rerum ſubſtantia. Vtilitatis tñ cã permiſſum eſt vt & in his rebus vſusfructus cõſtituatur. Et ab vſufructuario cautio deſiderãda eſt: vt qñcũque ille moritur, aut capite diminutus ſit, eiuſdem qualitatis, id eſt, bonitatis ſimiles res reſtituantur: aut æſtimatis rebus illis, certæ pecuniæ nõie iuxta valorẽ earũdẽ caueatur. Perit ergo talis vſusfruct⁹ ſolũ duob⁹ modis, morte ſcilicet, & capitis diminutione.

## Si vſusfructus petatur, vel ad alium pertinere negetur.

Si fructuario fundo ſeruitus aliqua debeatur, vſufructuarius quidẽ ſeruitutẽ nõ vendicabit, ſed vſumfructũ: Ac per hoc vicinũ, ſi non patiatur eũ ire agere, cõpellere poteſt: quaſi nõ patiatur eum vtifrui. Et cõſequẽter omnia adminicula ad vſufructuariũ ſpectant: ſine quibus vtifrui quis nõ poteſt. Vtifrui ius ſibi eſſe, ille ſolus poteſt intendere, qui habet vſumfructũ: dñs autem fundi non poteſt: quia qui habet proprietatem vtendi fruendi, ius ſeparatũ non habet. Sunt autẽ pro vſufructu ꝓditæ actiones Cõfeſſoria & Publiciana: quę datur ei, q vſufructuarius eſt. Et datur Confeſſoria ei cui cõſtituitur vſusfructus à domino. Publiciana aũt datur ei, cui cõſtituitur à nõ domino. Et proditę ſunt ad ſimilitudinẽ rei vẽdicationis: dantur enim ratione dominij vel quaſi, & poſſeſsionis vel quaſi. Ratione domini cõpetũt directò ei, qui dominus eſt fundi, cui acquirit ſeruitus. Ratione quaſi dominij compet[illegible]tiliter ei, qui non eſt dominus, ſed habet ius in re: puta c[illegible] fructuarius, vel ſuperficiarius, vel ſimilis: vt J. ſi ſeru[illegible]ij. §. hæc autem. & de remiſ. l. J. §. item Iul. & de ſuper[illegible]. Itẽ dantur de ratione poſſeſsionis aduerſus eum, qui p[illegible] agrum debentem ſeruitutem: vt J. eod. l. vbi. §. vtrum. vel quaſi poſſidet: vt ſi dolo deſierit poſſidere, vel ſi liti ſe obtulit: vel ſi ſit ſuperficiarius agri debentis ſeruitutem J. eod. l. vlti.

Vtifrui.

Confeſſoria. Publiciana.

## De operis ſeruorum.

Operæ ſeruorũ eiſdem modis, quibus vſumfructũ diximus, cõſtituuntur. Libertis autẽ aliter fit impoſitio operarũ: vt dicemus J. de oper. lib. Si igitur in ſeruo conſtituitur opera, habet

Opera ſerui.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſus in pſona ille, cui debetur opera. Sicut & ille, cui debetur vſuſfructus, vel vſus. Et ideo operę ſeruorū inter pſonales ſeruitutes cōputātur. Et cōſiſtit opera ſerui in actu, id eſt miniſterio, vel diurno officio. Et oīs fructus hoīs in operis cōſiſtit: ſic ecōtrà, in fructu hoīs operæ ſunt. Et vt in cęteris reb⁹ fructus, deductis neceſſarijs impēſis, intelligitur: ita & ī operis ſeruorū. Cui ergo legatæ ſunt operæ ſerui: ille vſum eiuſdem habere intelligitur.

## De vſu, & habitatione.

Vſus rerum.

Non ſolū vſuſfructus, vt ſuprà dictū eſt, ſed etiā nudus vſus id eſt, ſine fructu cōſtitui poteſt: qui & ipſe iiſdem modis conſtitui ſolet, quibus & vſuſfructus Cui ergo vſus relictus eſt, vti poteſt: frui verò nō. Et ſi cui domus vſus relictus eſt, poteſt cū cōiuge ſua, & familia & liberis ibi habitare: poteſt etiam hoſpitē recipere, & inquilinū: dūmodo ipſe inhabitet. Nā ſine eo nec hi quidē habitare poſſunt, neq; locabit, neq; cōcedet habitationē ſine ſe: nec vēdet vſum: Si aūt habitatio legeť, tūc effectu quidē penè idē ſunt legatū vſus & habitationis. Sed in hoc differūt quia habitatio poteſt locari: vſus verò nō. Itēq habet vſū, plenius ius habet, q̄ qui ſimplicē habitationē: quia cū vſus eſt d. t⁹. ille præter habitationē ius habet deambulādi, & geſtādi, & lignis ad vſum quotidianū, & horto ponis, & oleribus, & floribus & aqua vtetur ad vſum ſuū, nō ad abuſum. Et eſt habitatio perſonalis ſeruitur, ſicut vſuſfructus: & eodē mō cōſtituitur, ſed in domo tātū. Et relicta habitatione, videtur eſſe relicta invitā hominis, niſi breui⁹ ſtatuatur tps. Nō aūt extinguiť nō vtēdo, vel capitis diminutiōe: vt Inſt. e. §. ſed ſicui. & C. e. l. cū antiquitas.

Habitatio.

## Vſufructuari[us] quemadmodum caueat.

Cautio vſufructuarij.

Si alicui vſuſfru[c]tus eſt, æquiſſimū eſt, vt de vtroque caueat: ſcilicet, ſe [...]i viri arbitratu. Et cùm vſuſfructus ad eum pertiner[e] [...]e reſtiturum quod inde extabit. Et interponitur ha[ec cau]tio, ſiue res ſit mobilis, ſiue immobilis. Et continet iſta ſtipulatio, qua caueť ſe perceptū iri vſumfructum boni viri arbitratu: hoc eſt, nō deteriorem cauſam ſe vſuſfructus facturum: cæteraq; quæ in re ſua faceret diligens paterfamilias. Et iſta cautio habet duas cauſas: Vna, ſi aliter quis vtatur, quàm vir bonus arbitrabitur, &c Alia, de vſufructu reſtituēdo: quarū prior ſtatim cōmittetur, poſtquā aliter fuerit vſus & ſæpius cōmittitur. Sequens cōmittitur finito vſufructu. Et inter-



terponitur hæc cautio, etiam ſi vſus ſine fructu legatus eſt: vel ſi habitatio vel operæ hominis, vel cuiuſcunque alterius animalis relictæ fuerint.

# LIBER VIII.

## De ſeruitutibus.

Seruitutes perſonales. Reales. Prædiales.

OMnes ſeruitutes aut ſunt perſonales, aut ſunt rerum, quę Reales dicūtur. Perſonales dicūtur, vſuſfruct⁹, vſus, habitatio, operę, ſiue miniſteriū ſeruorū. Et dicūtur pſonales: quia pſonalis debētur, & ſemp cū perſonis finiūtur, Reales aūt ſeruitutes, ſiue rerū, q̄ meli⁹ dicūtur Prædiales, eò quòd rei appellatio nimis eſt larga, cōplectēs etiā immobilia, & incorporalia. ſi certū petatur. l. j. prædij verò nōie immobilia tantū cōplectitur. Et tales ſunt duæ: Vrbanorū prædiorū, & Ruſticorū. Et iterum ſeruitutes prædiorū aliæ in ſolo cōſiſtunt, id eſt, in ꝓprietate fundi: aliæ in ſuperficie, id eſt, in materia ſuperædificata.

## De ſeruitutibus prædiorum vrbanorum.

Iura vr. præd.

Vrbanorum prædiorū iura ſunt altius tollēdi, & officiendi luminibus vicini, aut non extollēdi. Itē ſtillicidiū auertendi in tectū vel in areā vicini: aut non aduertēdi. itē immittēdi tignū in parietem vicini, aut proijciendi aliquid, aut protegedēdi: cæteraq; iſtis ſimilia. Et dicuntur prædia vrbana, omnia ędificia vbicunque poſita, etiam ſi in villa ſint. Et dicuntur vrbanę ſeruitutes, quia prædijs vrbanis debentur. Nam ad hoc, quòd ſit ſeruitus vrbana, neceſſarium eſt, quòd ſit prædiū vrbanum, cui debetur ſeruitus: & quod ei debeatur vt vrbano. Si enim iter, vel via, quę ruſticæ ſunt ſeruitutes, debeatur domui: tamē quia deberi poſſunt non intuitu ædificij, ſed [...] nihilominus dicentur ruſticæ ſeruitutes. ar. j tit. pro[...]o generi,

Seruitutes.

## De ſeruitutibus ruſticoru[m præ]diorum.

Iter.

Ruſticorum prædiorum ſeruitutes [...] prędijs ruſticis debentur. Et ſunt hæ: iter, actus, via, aqu[æd]uctus. Iter eſt ius eūdi ambulādi hominis, nō etiā agēdi iumentū, vel vehiculū. Siue ergo homo eat ſolus, ſiue vehatur ſella, vel lectica, vel equo, vel quouis animali, iter dicitur. Seorſum verò à ſe non poteſt agere iumētū, vel vehiculū ducere, qui iter tātum habet. Inſti. e o. in prin. Actus, eſt ius agendi vel iumetū: vel vehiculū: ita qui iter habet, actū nō habet: qui actū habet, iter habet, id eſt, cōmoditatē itineris, eoq; poteſt vti etiā ſine iumentis: non

Actus. Via.

Universidad de Deusto Biblioteca

tamē habet duas ſeruitutes. vt j. de annu. l. j. Via eſt ius eūdi, agē
di & ambulādi. Nā & iter, & actū in ſe via cōtinet: vt inſt. e. §. ij.
Sed hoc am pli⁹ habet q̄ actus, quia viæ latitudo in porrectū o
cto pedes habet, in anfractu, id eſt, vbi flexū eſt, ſedecim. Latitu
do aūt actus, & itineris, ea eſt, quæ demōſtrata eſt: quod ſi nihil
dictū eſt, hoc arbitrio ſtatuēdū eſt. Itē, ille qui viā habet ius, tra
hēdi vel lapidē, vel trabē, vel ferēdi rectā haſtā habet: quæ nō
permittūtur ei, qui habet actū: ſpectatur enim, quod fruct⁹ co
Aquæ modo poſſunt lædi. Aquæductus eſt ius aquæ ducēdæ per fun
ductus. dū alienū: ſiue fiſtula vtatur aqua, ſiue quolibet alio fictili in
ſtrumēto: nō lapide ſtrato. Inter ſeruitutes ruſticorū prædiorū
Aquæ cōputatur etiā Aq̄hauſtus, id eſt, ius hauriēdi aquā de puteo, vel
hauſt⁹. fonte vicini. Itē pecoris ad aquā appulſus, id eſt, ius appellendi
Appul- pecora agri mei p̄ prediū vicinū ad fontē vel puteū. Ius paſcēdi
ſus pec- pecora cibi cauſa. Calcis coquēdæ, & arenæ fodiēdæ, vt ex his
Paſcēdi fiāt vaſa, vel inſtrumēta, vel granaria, vel ædificia in meo præ
Calcis dio vicino: qb⁹ fruct⁹ prædij mei reponātur, vel exportent, vel
coq. qd ſimile fiat, qđ ad culturā vel fructū agri mei pcipiēdū neceſ
ſariū eſt. Et eſt hoc gn̄ale in oī p̄diali ſeruitute, qđ hacten⁹ tene
at earum conſtitutio, quatenus expediat prędijs id eſt, ad fru
ctus eorum percipiendos: & ideo etiam dicuntur Prædiales.

### Communia prædiorū tam vrbanorū: quā ruſticorū.

Quæ ſunt ſpecialia vrbanis & ruſticis prædijs, & quid pro
prij iuris ſingula habeant, in præcedentibus titulis tractatum.
Sed quia in quibuſdam vrbana & ruſtica prædia conueniunt
& quandam communionē inter ſe habēt: ideo tractatur in ho
rit, quæ ſint comm[illegible]a vtriſq; ſeruitutibus. Illud tamen ſcie
dum quòd ſerui[illegible]diorum omnium ab eo denominat
ſunt, quoniam [illegible]dijs conſtitui non poſſunt. Nemo enim
poteſt ſeruitut[illegible]ere vel vrbani, vel ruſtici prædij, niſi q
prædiū habet. [illegible] quiſquā debere niſi q & ipſe habet præd

### Si ſeruitus vendicetur, vel ad aliū pertinere negetur.

Omnes actiones cōpetentes pro ſeruitutibus ruſticis vel
banis eorum ſunt, quorū ſunt prædia: & ideo quia parum eſſe
Cōfeſſo ſeruitutē habere, niſi eius nomine poſſet inſtitui actio: ideo
ria. actionibus nomine ſeruitutū, vel occaſione earūdē cōpetētib
Negato tractat hic titulus. Dātur autē pro ſeruitutib⁹ duæ actiōes, ſ
ria. Cōfeſſoria ei, qui ſeruitutē ſibi cōpetere contēdit. quā in Nega

to



toria, q̄ domino, q negat datur: de qb⁹ diximus ſ̄. ſi vſuſfr. pe.

### Quemadmodum ſeruitus amittatur.

Quibus modis, & qualiter ſeruitus nobis acquiratur, in præ
cedētibus expoſitū eſt. Sed quia nihil adeo ſtabile aut firmū in
humanis reb⁹ eſt, quod nō patiatur aliquā immutationē: ideo
etiā quēadmodū ſeruitutes amittātur, aut perdantur, futurum Quod
erit. Et primo per confuſionē: vt ecce ſi prædiū tuū ſeruiat mi modis
hi: & eius dominū ſim nactus inſolidū, vel tu inſolidū nactus ſeruitus
es dominū mei, extinguitur ſeruitus. Secus ſi cōmunicarē tibi amittit.
meū pro parte. Iura aūt prædiorū morte, & capitis diminutio-
ne nō pereūt. Omnes autē ſeruitutes per non vſum ſcilicet x. an
norū inter p̄ſētes, & viginti inter abſentes amittūtur, excepto
itinere, ſepulchro debito, & via publica: quæ ſimiliter nō perit
nō vtēdo. Amittūtur ſeruitutes remiſsiōe: vt ſi debes ſeruitutē
alti⁹ nō tollēdi: & permiſerit tibi alti⁹ edificare: vel ſi debeas ſer
uitutē ſtillicidij immittēdi in areā tuā, & p̄miſerit tibi in ea æ
dificare. Vel ſi debes mihi ſeruitutē p̄ fundū tuū, & p̄miſero ti
bi in loco ſeruiēti ędificare, vel aliqd facere. Et intellige hoc de
remiſsiōe, nō de precaria cōceſsiōe: nā nō amittit, ſed retineri fa
cit ſeruitutē. ſ̄. cōia p̄dio. l. ſi p̄caria. & j. e. l. ſi ſtillicidij. Et pōt
ſeruitus retineri nō ſolū per noſmetipſos: ſed & per ſociū, & fru
ctuarium, & bo. fi. poſ. ſatis enim eſt fundi nomine itum eſſe.

## LIBER IX.

### Si quadruples pauperiem feciſſe dicatur.

LEx XII. tab. voluit, vt ſi quadruples diceretur feciſſe pau
periem, id eſt, dandum, & verū eſſet: quod aut id quod no
cuit, id eſt, ipſum animal quod noxiam commiſit, aut æſtima-
tio noxiæ, id eſt, dandi offerretur. P[illegible]s autē eſt dānū, ſine Paupe-
iniuria facientis datū: nec enim dic[illegible]nimal iniuriā feciſ ries.
ſe, quod ſenſu caret. Et tūc habet loc[illegible]ctio, quādo quadru
pes cōmota feritate, id eſt, p̄ter naturā [illegible] generis nocuit: puta
ſi equ⁹ calcitroſus calce percuſſerit, aut bos cornu petere ſolit⁹ pe
tierit, aut mula p̄pter nimiā ferocitatē. Si autē p̄pter loci iniq
tatē, id eſt, aſperitatē, aut p̄pter culpā mulionis, aut ſi plus iuſto
onerata quadruples in aliquē onus eiecerit, ceſſabit hæc actio
Itē ſi canis cū duceretur ab aliquo aſperitate ſua euaſerit, ceſſa-
bit hæc actio: & tenebitur qui canē ducebat dādi iniuriæ. Et ſi
cut iſta actio directè datur, qū quadrupes nocuit, ita vtilis con

petit

Universidad de Deusto Biblioteca

petit,quando alıud animal pauperiem fecit.

## Ad legem Aquiliam.

Aquilia ex. Dãnı. Lex Aquilis plebiſcitum eſt:nam Aquilius Tribunus plebis
eã à plebe interrogauit:proponitur aũt propter dãnũ actio le-
gis aqliæ,vel dãni dati.Et dicitur Dãnũ à demo, vel à diminu
tione patrimonij .vt J.de dã.infec.l.iij.nã quodcũq; dixeris nõ
errabis.Et locũ habet cũ dãnũ culpa eſt datũ. Si ergo dãnũ nul-
lo mõ ſit datũ,vt quia res inde non eſt facta deterior : vel etiã
facta eſt inde melior,ceſſat aquilia : vt , ecce oliuã meã maturã
de cerpſiſti , vel ſegetem deſecuiſti maturam , vel maturas
Pœna aquiliæ. non proijciendo eas in terrã,ceſſat aqlia. Et erant olim tria ca-
pitulã,ſiue capita huius legis.hodie ſunt duo tantũ:ſcilicet pri-
mũ & tertiũ:ſecũdũ aũt in deſuetudinẽ abijt, tertio in eius loco
poſito Lege aquilia capite primo cauetur,vt qui ſeruũ,ſeruãve
alienã,quadrupedẽ,vel pecudẽ alienã iniuria occiderit, quanti
id eo anno plurimi fuerint,tãtũ eius dari domino debet.Et cõ
tra inficientẽ,id eſt,negantẽ datur hæc actio in duplũ. Et Pe-
cudis appellatione veniũt hic omnia pecora , quæ gregatim pa
ſcuntur:velu tiones, capri,boues,æqui,muli,aſini,& ſues. Ca-
nes autem, vrſi:& leones , & pantheræ magis numero beſtiarũ
ſunt,quam pecudum. Tertio capite legis aquiliæ tenetur , qui
præter hominem & pecudem occiſum damnum dederit:puta
ſi quis vſerim,fregerit, ruperit iniuria( id eſt,culpa )quanti ea
res erat in diebus triginta proximis,tãti domino cõdẽnabitur.

## De his qui deiecerunt, vel effuderunt,

Titulus iſtæ exponitur,id eſt,de his ex quorum domo eſt a-
liquid deiectum,vel effuſum:vel qui deiecerint,vel effuderint,
quo vulgò iterfit, [illegible] quo conſiſtitur:quantũ ex ea re dãnũ
datũ factumve e[illegible] qui ibi habitauerit actio datur. Et eſt
publicè vtile,imò [illegible]na vtilitas huius edicti:vt ſine metu &
periculo per itinera cõmeari liceat. Si quid etiã ſuſpenſum deci
dat,ſimiliter deiectũ dicit,quãuis nemo effuderit , vel eiecerit.

## De noxalibus actionibus.

Noxali actio. Noxales actiones appellantur,quæ non ex contractu , ſed ex
noxa,id culpa,atq; maleficio,per ſeruos,noſtros dato , contra
nos dominos inſtituuntur,quarũ actionũ vis,atq; poteſtas hæc
eſt,vt aut per æſtimationẽ dãni per ſeruũ datum dominus ſol-
uat,aut ſi eo grauatus fuerit,liceat ſibi deditione,id eſt , tradi-

tione



tione iſtius corporis,quod deliquerat , euitare litis æſtimatio-
nem.De materia huius ti.diximus ũ. ſi ex nox.cau.

## LIBER X.

## Finium regundorum.

Actio Finium regundorũ , naſcitur quando fines cœpe- Cõfinia
runt turbari:& ꝓponitur ad diſtinctionẽ finiũ ꝓpriorũ
cuiuſq; faciẽdã. Et habet locũ in ruſticis prædijs tatũ. In
vrbanis aũt prædijs locũ habere nõ poteſt:quia vrbana prædia
ſibi nõ ſunt cõfinia:ſed magis dicũtur Vicina.J.eo.l.iij.§.hoc
iudiciũ.Cõfinia enim ea dicutur,quæ adeo ſibi ꝓxima ſunt,vt
nullus medi9 paries interponaſ.Sed vrba na parietib9 diſtingui Vicina.
cõſueuerũt. Et ideo vbi nõ poſſunt dirimi fines occaſione cõtro
uerſiæ finitimorũ,ꝑmittiſ iudiciũ finiũ regũdorũ,id eſt,dirimẽ
dorũ,vel ſeparãdorũ:quo caſu op9 eſt,vt alterutri9 ꝓdio ãlij ad
iudicãdũ ſit:& is cui adiudicaſ,ꝑ eo qđ ei adiudicaſ certa pecu-
nia cõdẽnãdus eſt. In iudicio Finiũ regund.Cõmuni diuidũdo
Famil.erciſc.ſingulæ perſonę duplex ius habẽt,Actoris & Rei.

## Familiæ erciſcundæ.

Quia ſæpe nihil prodeſt petere,niſi & liceret diuidere.Nam
ſegnius expediũt cõmiſſa negotia plures,vt dicit gl.in l.ſi plu-
res.J.de admi.tut. Itẽ naturale vitiũ eſt negligi quod cõmune:
vt ſibi nihil habere,qui non totũ habeat,arbitretur:deniq; ſuã
quoq; partẽ corrũpi patitur,dum inuidet alienæ.C.quando &
quibus quar.pars.l.ij.Ideo ponuntur hic diuiſoria iuditia.Et
exponitur Familia hoc titulo,id eſt,hæreditas:ſicut etiã in l.fi.
C.de verb.ſig.Erciſcũdæ autẽ,id eſt coërcẽdæ,vel diuidendæ.
Erctũ enim antiqui dicebãt,teſte Feſto:tamẽ coërceo , & Erci-
ſcere verbũ,id eſt frequẽter coërcer[illegible]timur antiquo modo Familia Erciſcũ-
Comicorũ loquẽdi,dicẽtes,Erciſcũ[illegible] Erciſcendæ & Re- dæ.
gundorũ,pro regẽdorũ.Diuidũdo,p[illegible]idẽdo:ꝑpter affini-
tatẽ iſtarũ vocaliũ inter ſe,vt dicit Pri[illegible]nus li.j.artis grãma-
ticæ.Sic & Plautus in Amphi.Vt vos in voſtris voltis mercimo
nijs emũdis vẽdũdiſq;,&c.Et proficiſciſ hæc actio ex l.xij.tab.
Nã cohæredibus volẽtibus à cõione diſcedere,neceſſariũ vide-
batur aliquã actionẽ conſtitui,qua inter eos res hæreditariæ di
ſtribuerẽtur:quo caſu iudex cognoſcat ante omnia,an actor ſit
cohæres. Niſi enim cohęres ſit,neq; adiudicari ei ęquã opor-
tet,neq; aduerſarius ei condẽnandus eſt. Per familię erciſcũdæ

actioné diuiditur hæreditas,ſiue ex teſtaméto,ſiue ab inteſta-
to,ſiue ex lege xij.tab.ſiue quacunq; lege deferatur hæreditas,
vel ex Senatuſcó.vel ex cóſtitutione. Et generaliter eorũ dũta-
xat diuidi hæreditas poteſt,quorum poteſt eſſe hæreditas.

## Communi diuidundo.

Cómu- Cómuni diuidũdo iudicio cómuniũ rerũ diuiſioné petimus
nis res. vbi ergo res cómunis nó eſt,ceſſat cómuni diuidũdo actio. Et
nó refert,an res inter aliquos cómunis ſit cũ ſocietate,vel ſine
ſocietate:ſemper enim datur hoc iudiciũ.Cũ ſocietate dicitur
res cómunis,veluti inter eos,qui pariter eandé rẽ emerunt,alio
Quæ ve incũdæ ſocietatis. Sine ſocietate dicitur res cómunis inter eos,
niũt in quibus eadé res teſtaméto legata eſt. Per hoc iudiciũ corpora-
actione liũ rerũ fit diuiſio,quarũ rerũ dominiũ habemus:nó etiã hære
cómuni ditatis. Nec in iſta actione venit vniuerſitas,ſed res ſingulares
diuid, tantũ veniũt:vt J.eo.l.per hoc Iudiciũ.Itẽ in hac actióe nihil ve
nit vltra diuiſioné rerũ ipſarũ,quæ cómunes ſunt:& ſi quid in
his damni datũ aut factũ ſit.Itẽ veniũt ſumptus facti in re cói
nomine meo,vel nomine ſocij.Item veniunt percepta ex re cói
vel propter rem cómuné.Item venit in hac actioné ne inuito
ſocio aliquid fiat in re communi. Eſt autem hæc actio ex quaſi
cótractu:vt Inſti.de ob.quæ ex quaſi contra.§.ſi inter. Miſta eſt
in rem & in perſoná:ciuilis eſt,hęredibus datur,& in hæredes.

## Ad exhibendum.

Hæc actio neceſſaria eſt,& effectus eius in vſu quotidiano,
& maxime propter rei védicationé introducta.eſt enim prępa
Exhibe ratoria rei védicatio. Exhibere aũt eſt facere in publico(id eſt,
re. apud iudicé)poteſtaté vidédi & apprehédédi ipſam ré:vt ei q
agit experiũdi ſit co[illegible]o.l.ij in hac actióe actor omnia no-
ſcere debet,& dicere [illegible]cta rei,de qua agitur,quæ neceſſario
faciũt inſtructioné.[illegible]o ſeruo agatur,debet dici ruſus ſit,
an albus,vel niger.[illegible]us,vel magnus:& qualitaté mébrorum.
Sic & in alijs rebus ſunt ſigna dicéda.Item ſi erat inſtrumentũ,
debet fieri facultas legédi:ité & deſcribédi.Et ꝓprié dicitur Ex
hibere,id eſt,extra ſecretũ habere:vt.J.de tab.exhib.l.iij.§.quid
ſit,& de hom.lib.exh.l.iij.§.ait prætor,& de ver.ſig.l.vlt.Et có
petit hæc actio cótra quéuis poſſeſſoré. Fit aũt códénatio in hac
actione inquãtũ fieret,ſi rei védicatio ageretur.Eſt aũt hæc a-
ctio arbitraria,Inſtit.de act.§.præterea.& ideo fieri poſſunt in





ea duæ ſententiæ.Stricti iuris eſt,vt cæteræ arbitrariæ:perſo-
nalis eſt,vt dicit.J.eod.l.ij.§.eſt autem.

## LIBER XI.

## De interrogatorijs actionibus.

QVædã interrogationes olim fiebãt propoſitis actioni-
bus.Interrogabatur enim hæres in iure(id eſt,apud iu-
dicem)qua ex parte hæres ſit,quoties aduerſus eũ actio inſti-
tuitur,& actor dubitat.Et erat interrogatio tunc neceſſaria cũ
in pſonã,id eſt,pſonalis actio agebatur.Et cópellebatur aduer
ſari⁹ reſpódere ad interrogatiões,etiã ante litécóteſtatã.Hodie
aũt talib⁹ íterrogatorijs nó vtimur:qa nemo cogit ante iudiciũ
de ſuo iure aliqd reſpódere.Ideoq; minus frequẽtãtur,& in de
ſuetudiné abierũt.Itaq; tãtũmó ad ꝓbatiões litigatoribus ſuffi
ciũt ea quæ ab aduerſa parte ſpóte cófeſſa fuerint apud iudicé.

## De quibus rebus ab eundem iudicem eatur.

Si inter plures Familiæ erciſcũdæ,id eſt,hæreditatis diuidẽ
dæ actio agatur,& inter eoſdẽ Cómuni diuidũdo iudicio alte-
ro inſtãtato,aut Finiũ regũdorũ,eundẽ iudicé adire debẽt,quo ſæ
cilius coram coheredes vel ſocij poſſint:& in eũdem locum o-
mniũ præſentia fieri debet. Et hoc cótingit tribus rationibus:
Primo,ratióe cónunctiõis cauſæ:quia ſunt cóſortes,& cóiũcti.
Secũdo,ratione recõuẽtionis:nã cùm quilibet eſt actor & reus,
ergo quilibet agit & recóuenitur:apud eundẽ ergo iudicẽ hoc
fiat. Tertio,ratióe abſurditatis euitãdæ:poſſet enim eſſe,quòd
vnus aliter adiudicaret quàm alius,vel aliter fines deſignaret.

## De ſeruo corrupto.

Qui ſeruũ aut ſeruã alienũ vel alienã corrupiſſe,vel ei quid
pſuaſiſſe,quo deteriorẽ eũ faceret,cóuincit,quãti ea res erit in
duplũ actio dat.Et dat directa actio dño cui⁹ ſeruus corruptus
eſt. Vtilis aũt dat eis,q habẽt ius i ſeruo:vt vſuarijs,vſufructua
rijs,creditorib⁹,& bonæ fidei emptoribus. Corrũpit aũt ſeruus
ſiue de bono fiat malus,ſiue de malo deterior:& fit hoc p ſua- Corrũ-
ſioné.Eſt aũt Perſuadere pluſquã cópelli,& cogi ſibi parere: vt pere ſer
J.eo.l.i.§.pſuadere. Aeſtimat aũt in hac actione quãti deterio- uum.
ratus eſt ſeruus in corpore,vel in animo,ex pſuaſione mala.Itẽ Perſua
æſtimantur res quas ſubtraxit incótinenti poſt corruptioné,& dere.
poſtea quàm fugit à domino.Si autẽ ex interuallo poſt fugam
det dãnũ,vel ſurripiat,nó æſtimatur in hac actione cótra cor-

Universidad Deusto Biblioteca



ruptorem. Reſtituitur autē in duplū dānum datum, nec diſtin
guitur viuat, vel mortuus ſit ſeruus, vel manumiſſus: vt. J. eo. l. ſi
Actio vtili..
quis. ſ. vlt. & l. in hoc. & l. Neratius. Ad ſimilitudinē hu9 actio
nis dat̃ patri vtilis actio, filio vel filia corrupta, in eā ſūmā, quā
ipſe æſtimauerit ſuo iureiurando: vt tñ iudex refrænare poſsit
talē æſtimationē: ſicut facit in actione iniuriarū. Inſti. de iure-
iur. ſ. poena de hoc Inſti. de act. ſ. oēs autem actiones. in glo.

## De ſeruis fugitiuis.

Quia ex corruptione ſeruorū ſæpe cōtingit eos fugere, & de
relinquere dominū ſuū: ideo tractat̃ hic materia fugitiui ſerui.
Fugitiuus.
Eſt autem Fugitiuus qui ea mente recedit à domino, ne poſtea
reuertat̃ ad eū, licet mutato cōſilio redeat: quia nemo tali pec-
cato pœnitēs deſinit eſſe nocēs. Erro autem dicitur, qui animo
Erro.
redeūdi quādoq; diſcedit: vt. J. de ędil. edic. l. ſi quis ſit fugitiuus
ſ. erronē. Ille ergo qui ſeruū fugitiuū celat, id eſt, occultat, fur
Celare
eſt. Eſt autē Celare quādo quis vult ignorare ad quē ea res per-
tinet, alicuius emolumēti cauſa: quo caſu etiā lege Fauia de pla-
giarijs criminaliter tenetur: vt dicemus J. ad l. fa. de plag. Pro-
uidetur autē domino volenti requirere ſeruū: quia poteſt adi-
re præſidē: vt vel per ſe, vel per magiſtratus, vel per milites ſta-
tionarios, vel apparitores, dominū adiuuent in requirendis fu
gitiuis: & ſi non fecerint, mulctātur in centum ſolidis. Et eadē
mulcta īponitur in eū, q quæri apud ſe ꝓhibuit. Debet enim q̃li
bet etiā ſenator pati in domo ſua ſcrutari cubicula, & veſtigia oc
cultatis. Itē dat̃ poteſtas cuilibet cōprehēdēti fugitiuū ſeruū, vt
ipſum diligēter cuſtodiat, antequā in publicū exhibeat, id eſt,
magiſtratui tradat: imo vincire ꝑmittit̃: vt J. l. j. & ij. & l. diuus.

## De aleæ luſu, & aleatoribus.

Luſus.
Luſus aleæ eſt omnis qui viribus fortunæ nititur: & eſt oīs ꝓ
hibitus, ne fiat in pecunia: præterquā ſi q̃s certet haſta, vel pilo
iaciēdo, vel currēdo, ſaliēdo, luctādo, pugnādo: fit enim cā virtu
tis, id eſt, fortitudinis corporis: vt in Auten. vt om. obe. in prin.
Itē ꝓ eo, quod ponitur in cōuiuio veſcēdi cā, permittitur ludere
familiā, vt ſic poſsint aliq̃ ludere inter ſe cā comeſtionis faciē-
Aleator.
dæ. Alias ſi ludat̃ in ludo ꝓhibito, nū tenet ſpōſio: imo q̄ñq; da
tur repetitio. Aleator autē eſt, q luſum aleæ cōſueuit apud ſe cā
ſui emolumenti exercere: ſicut & in cauponib9 dicitur ff. nautæ
caup. ſtab. l. j. ſ. caupones. Hic aūt odioſus eſt iuri, vt neq; iniuria

rum



rū, neq; lege aquilia agere poſsit, ſi ludi occaſione vbicūq; vel
quādoq; fiat ei dānū vel iniuria: vt quia dicatur falſos talos de
diſſe, vel corruptū vinū vendidiſſe. Sed & ſi fiat ei furtū domi
eo tēpore, quo alia apud eū ludebatur, non datur ei actio furti,
ñ quocūq; fiat furtum. Domus autē pro habitatione & domici
lio hic ponitur. Et Luſor: qui compulit colluſorē ludere, mul-
Domus
Luſor.
ctatur, aut in latumias ducitur, id eſt, in calcerē: quia ibi latēt
latumiæ.
incarcerati. vt j. eo. l. j. ſ. vult. ſolent enim quidā cogere ad ludū
vel ab initio, vel vna dū victi retinent amiſſa. J. eo. tit. l. ij.

## Si menſor falſum modum dixerit.

Quia in actione Finiū reg. neceſſariū eſt menſorē adhiberi
Mēſor. agrorū.
qui fines contendētiū metiatur: ideo ponitur hic, quid iuris ſit
ſi mēſor dixerit falſum modū. Datur autē aduerſus menſorē a
grorū actio in factū: ab eo enim nos falli non oportet. Nā inte-
reſt noſtri, ne in modi, id eſt, mēſuræ renūtiatione fallamur,
ſi forte de finibus contētio ſit, vel emptor ſcire velit venditor
cuiuſmodi, id eſt, quātæ mēſuræ ager venditus ſit. Et quia talis
mēſor operā ſuā beneficij loco præbet, datur ei non merces, ſi
cut in locato: ſed quoddā ad remunerandū, quod Honorariū
appellatur. Et ponitur dolus malus duntaxat in mēſore. Nā ſi
honorarium.
imperitè verſatus eſt, ſibi imputare debet, qui eū adhibuit Simi
liter ſi negligenter egerit, æquæ menſor ſecutus erit: dummo-
do non ſit lata culpa, iſta enim dolo comparatur.

## De religioſis, & ſumptibus funerum, & vt funus ducere liceat.

Religioſus locus eſt, in quo aliquis eſt ſepultus, etiam ſi ſer-
Religioſum.
uus ſit. l. ij. reſpon. J. eo quo ff. de rerum diui. Funeris verò ſump
tus dicitur, qui ideo fit, vt funus ducatur, vel ſepeliatur: puta
ſi quid eſt impenſum in elatione mortui, vel ad corpus cuſto-
diendum, vel commendandum, vel in locum, vel in marmor
emendum vbi ſepeliatur defunctus: qui locus etiā dicitur Sar-
cophagus, à ſarcos quod eſt caro, & phagin, quod eſt comede-
Sarcophag9.
re: vel in veſtem collocandam cum defuncto, quam cum eo vo-
luit ſepeliri, & quicquid corporis cauſa antequam ſepeliatur cō
ſumptum eſt funeris impenſa, & poteſt repeti. Cōtinetur etiā
hoc edicto, quod nec homo mortus, nec oſſa hominis mortui
in locum purum alterius, aut in illud ſepulchrū, in quo ius no
eſt, inferantur. Qui enim hoc fecerit, tenetur ad pretium loci,

aut, vt

Universidad de Deusto Biblioteca



aut vt corpus tollat. Si verò in ſepulchrũ alienũ inferat, tenetur
*Purus locus.* de ſepulchro violato pœna centũ aureorũ. Et dicitur Purus loc⁹
qui neq; ſacer, neq; ſacratus eſt, neq; regioſus, ſed omnibus his
*Sepulchrum.* rationibus caret. Sepulchrũ eſt, vbi corpus mortui oſſa ve hominis
cōdita ſunt: Et non totus locus qui ſepulturæ deſtinatus
*Monumetum.* eſt, fit religioſus: ſed ſolũ quatenus corpus humatũ eſt. Monumẽtũ
aũt gñaliter res eſt memoriæ cauſa in poſtremũ prodita:
in qua ſi corpus vel reliquiæ inferãtur, fiet ſepulchrũ. Si verò
*Cenotaphium.* nihil eorũ inferatur, erit monumẽtũ qđ Græci Cenotaphiũ appellãt:
quod ſecũdũm variã orthographiã vel nouũ, vel commune,
*Munimẽtum.* vel vacuũ ſignificat ſepulchrũ. Munimẽtũ aũt eſt id, quod cã
muniẽdi eius loci factũ ſit, in quo corp⁹ impoſitũ eſt: ſicut ſunt
clatri, vel inſerta ferramẽta: & illud nõ ſpectat ad ſupt⁹ funeris.

### De mortuo inferendo, & ſepulchro ædificando.

Qui inferendi mortuum ius habet, nõ prohibeatur inferre,
*Inferre.* id eſt, ſepelire. Videtur autem prohiberi, ſiue in locum ſuũ prohibeatur
inferre, ſiue in itinere impediatur. Et propoſitum eſt
hoc interdictum propterea, quia religionis intereſt, monumenta
*Aedificare ſepulchrum.* extui, & exornari. Prohibetur autem ædificare ſepulchrum
is, qui prohibetur talem materiã conuehere quæ ædificationi
neceſſaria ſit: vel ſi machinam quis alligare prohibeatur. Prohibetur
etiam hoc interdicto, ne mulier prægnans mortua ſepeliatur
antequàm partus ei excidatur,

## LIBER XII.

### De rebus creditis: &, ſi certum petatur condictione.

*Res creditæ. credere.* RES creditæ dicuntur, quæ ex quocunque contractu, quo
fidem alienam ſequitur, nobis debentur. Eſt enim Credendi
vocabulum generale: & dicimur credere, cuicunque rei
aſſentiamus, ſi ex eo contractu aliquid recepturi ſimus. Appellatione
Rei venit pecunia, & omnis ſpecies etiam facta, id eſt,
ea quæ in facto conſiſtunt. Certum autem hoc titulo mutuum
ex, quod peti dicitur, id eſt, repeti, cum à debitore mutuum repetimus:
*Cõdicere.* pro quo datur nobis condictio, id eſt, repetitio: Cõdicere
enim pad antiquos repetere dicebatur. Mutui autẽ datio cõ
*Mutui datio.* ſiſtit in his rebus, quæ pondere, numero, vel mẽſura cõſiſtũt: vt
eſt vinum, frumentũ, aurũ, argentũ, & pecunia. Hæc enim res in
genere ſuo fructionẽ recipiũt, id eſt, cõpenſationẽ, vel cõparationem



tionẽ. In alijs aũt reb⁹ nõ põt cõſiſtere mutuũ, quia aliud pro
alio inuito creditore ſolui nõ põt. Appellata aũt eſt mutui datio
ab eo, quòd de meo fit tuũ: & ideo ſi non ſit tuũ, nõ naſcitur *Mutuũ.*
obligatio. Creditũ ergo à mutuo tantũ differt, quantũ genus à
ſpecie. Nã creditũ conſiſtit etiam extra eas res, quæ pondere,
numero, & menſura continentur: ſicuti ſi eandem rem recepturi
ſimus, creditum eſt. In mutuo autem non eandem ſpeciem,
quam dedimus: ſed idem genus repetimus, quod ideo Certum *Certũ.*
appellatur, & pro eo datur condictio certi generaliſsima, quæ
cõpetit ex omni cauſa, id eſt, ex omni obligatione, ſiue ſit nata
ex contractu certo, ſiue ex incerto: dum tamen pura ſit obligatio:
nam ante diem vel conditionem agere non poteſt creditor.
l. certi. ⁋. eod. Eſt & Certi conditio ſpecialis, quæ competit
in ſolo mutuo: & hæc à quibuſdam dicitur, Si certũ petatur: *Certi condictio.*
vt ſit proprium nomen eius actionis. Alij autem appellãt eam
Certi condictionem ſpecialẽ pro mutuo: de quo per glo. Inſti.
quib. mod. re contra. ob §. j. in ver. condictio.

### De iureiurando ſiue voluntario, ſiue neceſſario, ſiue iudiciali.

Iuſiurandũ ſecũdũm Pla. eſt affirmatio vel negatio adhibita religione.
Et cõpetẽter potuiſſet appellari Factũ iuratũ, vel ius iu *Iuſiurãdum.*
rũ litiũ: quo vel ex pactiõe litigatorũ, vel ex auctoritate iudicis
deciduntur cõtrouerſiæ. Et habet ſpeciẽ quandã trãſactiõis, ac
maiorẽ authoritatẽ quã res iudicata. Reperitur aũt multiplex
iuramẽtũ in corpore iuris: quoddã enim Volũtariũ, quod pars *Iuramẽtum multiplex.*
parti extra iudiciũ præbet: ideo ſic dictũ, quia ex volũtate defertur,
& voluntate ſuſcipitur: & relatũ vel delatũ volũtariè ſuſcipitur,
vel recuſatur. ⁋. eo. l. iuſiurãdũ quod. Quoddã Neceſſariũ,
quod ipſe iudex defert, & etiã cõſtringit ad iurãdũ. Nec enĩ
põt hoc ſacramẽtũ referri, nec recuſari, niſi prætendatur iuſta
cauſa recuſatiõis. C. eo. l. gñaliter. §. ſui aũt. Quoddã Iudiciale,
quod defertur à parte parti in iudicio iudice approbãte & cõfortãte:
dictũ à iudicio. Iſtud nõ eſt neceſſariũ ſubire, imò põt recuſari.
C. eo. l. delato. Et iſta iuramẽta dicũtur de veritate, de q.
bus loquutur hic tit. Eſt etiã iuramẽtũ in litẽ, quod procedit in
infinitum: & eſt de affectione, de quo. ⁋. tit. proxi. Eſt & iuramentũ
Calũniæ, & hoc de credulitate. de quo ditur. C. de iure
iur.

Universidad de Deusto Biblioteca

iur.cau.ſa.Itē iuramētum Tutoris,vtrū ſit creditor vel debitor pupilli:& hoc ſimiliter dicitur de credulitate: de quo in Autē. vt hi q obl.ſe per. ha.res mi.§.j.co.vj Itē Teſtis,& hoc de veritate:vt C.de teſt.l.iuſiurā.tē Purgationis.C.de his q ad eccl.confu.l.quāti.Itē ratione ætatis:vt in conſtitutione de pace tenē. hhac edictali.§.ſacramento.Itē iudicis & aduocati:vt C.de iud. l.rē non nouā. Eſt ergo Effectus iuramēti,vt dato iureiurando nihil aliud quæratur,quàm an iuratū ſit remiſſa quæſtione an debeatur,quaſi ſatis probatū ſit iureiurandō. Eſt & manifeſtæ turpitudinis,& cōfeſsionis,nolle iurare,nec iuſiurādū referre.

*Effectus iuramēti.*

## De in litem iurando.

Præcedens iuramentum eſt de iure: hic ſequitur vnum iuramentum,quod eſt ex voluntate,ſiue affectione, & appellatur hoc iuramentum in litem,quia æſtimatio litis iuxta affectione iurātis taxatur. Et datur illud iuramentum in actionibus in rem,id eſt,realibus,quorum ſunt decē:vt inſtit.de actio.§.præterea. Et in actione ad exhibendum , & in bonæ fidei iudicijs iuratur in litem.Sed iudex poteſt præfinire certam ſummam vſque ad quam iuretur.Item & ſi iuratum fuerit, licebit iudicē, abſoluere,vel minoris condemnare. Nec poteſt alius iurare in litem,quàm dominus litis.

## De condictione cauſa data, cauſa non ſecuta.

*Condictio.*

Condictio hic,& in omnibus tit.ſeq.exponitur,id eſt, repetitio.Si quis ergo ob rem non inhoneſtam dederit pecuniam, puta vt ſi filius emancipetur,vt ſeruus manumittatur:vel à lite deſcedatur:cauſa ſecuta,propter quam dedit,repetitio ceſſat. Si autem cauſa ſecuta non fuerit,poteſt condicere,id eſt , repetere,quicquid taliter datum eſt.

## De condictione ob turpem cauſam.

*Condicere ob turpem cauſam.*

Prior tit. de condictione ob cauſam,futurā cauſam tantum reſpicit,honeſtam tamen,hic verò tit.etiam preteritam & futuram,& non honeſtā reſpicit,ſed turpem. Omne igitur quod datur aut,ob rem datur futuram,aut cauſam datur præteritā. Si ob rem,aut turpem,aut honeſtam.Ob turpem,aut quia dantis ſit turpitudo,non accipientis:aut accipientis duntaxat,non etiam dantis:aut vtriuſq;.Ob rem igitur honeſtam datum,ita repeti poteſt,ſi res propter quā datum eſt,ſecuta non eſt. Quod ſi turpis cauſa accipientis fuerit tantum,etiam ſi res ſecuta ſit, repeti

repeti poteſt:vt puta ſi dedi tibi decē,ne ſacrilegium faceres:ne furtū,ne hominē occidas:qua ſpecie condici poteſt,id eſt,repeti.Item etiam ſi iudici dedi,vt ſecūdū me in bona cauſa pnūciaret,eſt locus condictioni:iudicem enim corrūpere videor.Vbi aūt & dantis & accipientis turpitudo verſatur,non poteſt repeti:veluti ſi pecunia detur,vt male iudicetur:vel ſi quis in adulterio deprehēſus redemerit ſe,quia in pari cauſa turpitudinis,potior eſt conditio poſsidentis l.in pari.infra de reg.iuris.

## De condictione indebiti.

Si quis indebitum ignorans ſoluit,per hanc actionem condicere poteſt,id eſt,repetere.Sed ſciens ſe non debere,ſi ſoluit, ceſſat repetitio.Et eſt tripiex indebitum:Primo modo naturaliter,& ciuiliter:vt quando nullo modo debet.Secundo,quādo eſt naturaliter indebitum,ſed debitum ciuiliter,vt patet in chirographo ante biennīū.Item quoties mihi quis ciuiliter & naturaliter tenetur,ſi pacto vel iureiurādo liberatur,remanet ciuiliter debitum,ſed naturaliter indebitum.Et hæc duo indebita indiſtinctè repetuntur:ſiue per ignorantiam facti probabilem,vt in alieno facto:ſiue non probabilem , vt quia in ſuo facto:ſiue per ignorantiā iuris . Nam non nocet iuris ignorantia in damno vitando. Tertio modo eſt indebitū ciuiliter , ſed naturaliter debitum:vt inter patrem & filiū:& inter fratres in eiuſdem poteſtate patris exiſtātes:item inter dominū & ſeruū item in legato minus ſolēni,vel etiam ſoleuni,ſi ſaltem per falcidiam minuatur:item in eo qui eſt abſolutus per ſententiam. in talibus autem indebitis ſolutis diſtinguitur,an per errorem iuris ſoluantur,& tunc non repetuntur:an facti & minus probabilem,& tunc idem:an per probabilem, & tunc repetuntur. Item quæ cauſæ hanc actionem inducant,habentur in.l.ſuſficit.j.eo.Itē quæ faciāt eam ceſſare,habētur in.l.ſi pcurator.in ſi.Item in quātū detur,ponitur in l.indebitū & l.indebiti.j.eo.

*Indebitum triplex.*

## De condictione ſine cauſa.

Eſt & alia ſpecies condictionis:Si quis enim ſine cauſa promiſerit,vel ſoluerit aliquod indebitū,quod promiſit ſine cauſa:vt quia credebat ſe teneri ex teſtamento ad legatū præſtandum,cùm non valeret teſtamentum,vel erat ademptum in codicillis:condicere quantitatem non poteſt,quam nō dedit , ſed ipſam obligationem.Sic ergo condictio ſine cauſa locū habet ali-

*Sine cauſa.*

Universidad de Deusto Biblioteca

aliquãdo eum cõdictione indebiti,ſi indebitũ ſolutũ eſt.Itẽ & ſine eadẽ,ſi non eſt ſolutũ,ſed promiſſum.Item concurrit cum condictione ob cauſam:vt ſi fuit ab initio cauſa aliqua ꝓmiſſionis,ſed ea ſecuta non eſt:vt.ſ.eo.l.j.§.ſed ſi ob cauſam.Item concurrit cum condictione ob turpem cauſam: vt ſi ex parte dantis non interueniat turpitudo.Item concurrit cum condictione furtiua:vt C.eo.l.pe.fur enim de fructibus cõdictione ſine cauſa conuenitur,& condictione furtiua.vt C.eo.l.pen.& ſ.de condi.fur.l.in re.§.vlti.

## LIBER XIII.

### De condictione furtiua.

Condictio rei.

CONdictio,id eſt,repetitio rei furtiuæ ſoli domino rei datur,cuius res eſt ſurrepta.Item hæredi eius: vt ſ.eo.l.j.§.ſed nec.Neq; alius ea cõdictione tenetur,quàm ille qui furtũ fecit,aut hæres eius.Et per deciſionem furti non tollitur condictio Differunt autem Actio furti, & Condictio furtiua:quia Furti actio pœnam petit legitimam: Condictio verò rem ipſam.Propter hoc fit,vt neque furti actio per condictionẽ,neq; cõdictio per furti actionem conſumatur.Eſt itaq; in optione eius,cui furtũ factũ eſt,agere actione furti,vel cõdicere:id eſt hanc actionẽ inſtituere,vel rei vendicationẽ:vel ad exhibendum actionem:& hoc in odium furum,vt pluribus actionibus teneantur:Inſti.de act.§.ſic itaque.verſic.plane.

Actio furti.

### De condictione ex lege.

Quandocunq; obligatio aliqua,vel actio,ex noua lege introducitur,nec cautum eſt,quo genere actionis experiamur:agendum eſt condictione,hoc eſt beneficio illius legis quæ hoc introduxit.Exemplũ poteſt poni in nudo pacto donationis: ex quo datur cõdictio ex lege:vt C.de dona.l.ſi quis argentum.§.vlt.& in nudo pacto de ſalario præſtando:vt. C. de ſuffra.l.j.Item in l.ſi quis in tantam.C.vnde vi.in c.ſæpe.de reſtit.ſpo.in c.reintegranda.iij.q.j.cum ſi.

### De condictione triticaria.

Triticaria condictio locũ habet in omni ſpecie & quantitate:niſi debita ſit ex cauſa mutui.Item, & in re corporali: puta ſeruitute perſonali, vel prædiali. Item, & pro poſſeſſore quamuis obligatus eſt mihi dare.In rebus autẽ meis condictio

non



non competit tibi contra furem.ſ.e.l.j.& ij.Sic ergo & in certis non tamen omnibus:quia non in mutuo.Et in incertis, puta ſeruitutibus,locum habet condictio triticaria. Vnde videtur quòd iſtæ duæ condictiones habeant ſe vt excedentia & exceſſa.Vnde aũt dicatur Triticaria,in nullo quidẽ loco reperitur: poteſt tñ probabiliter dici,quòd aſſumpſerit nomen à Tritico autore:non dico prætore,ciuilis eſt enim actio:ſicut oẽs cõdictiones.Sicut de Publiciana dicitur Inſti.de act.§ quia ſane.Itẽ qualiter in ea fiat condemnatio habetur in l.peti.eod.ti.

### De eo quod certo loco dari oportebit.

Quia nõnũquã varia fit æſtimatio rei,propter locorum diuerſitatẽ:ideo poſitus eſt hic titulus,quo cõtinetur,quòd ſi quis alio loco,quàm in quẽ dare promiſerit,ſoluerit: ſit ſtipulatori facultas agẽdi actiõe huius tit.quæ arbitraria eſt,id eſt, iudicis officiũ plurimũ in ea exuberat.Iniquũ enim erat,ſi ꝓmiſſor ad eũ locũ,in quem daturũ ſe ꝓmiſiſſet,nunquam accederet: quod vel data opera faceret:vel quia alijs locis diſtringeretur,no poſſe ſtipulationem ad ſibi debitum peruenire:ideo viſum eſt,vtilem actionem,id eſt,efficacem,in eam rem comparare.

### De conſtituta pecunia.

Conſtituere large dici poteſt, quiſquis pro alio ſe obligat. Sed hic ponitur pro eo tantum,qui quod alius debet,ſe ſoluturũ conſtituit. Nec diſtinguitur,ex qua cã qs debeat,certa:ciuili,vel honoraria:dũ tñ debitũ efficaciter potuerit peti & exigi,vel ſaltẽ ſolutũ retineri:vt quia naturale tãtũ erat debitũ:cã quod debet ſeruus meꝰ,vel filiꝰ:ego noĩe eius conſtituere poſſum me ſoluturũ etiam vltra vires peculij.Nomine aũt meo vltra vires peculij ſi conſtituã,non teneor.ſ.e.l.j.§.vl & l.ij.Per edictũ Prætor fauet naturali æquitati,q cõſtituta ex cõſenſu facta cuſtodit:quoniã graue eſt fidẽ fallere.Fit aũt cõſtitutio nudo pacto.Item fit purè,& in diẽ,& ſub cõditione.Item fit inter præſentes,& abſentes.Itẽ fit quibuſcũq; verbis,idoneis ſaltem ad exprimẽdũ hũc ſenſum,quod debitũ paciſcatur ſe ſoluturũ.ſ.e.l qui aũt.§.vlt.Eſt aũt effectus cõſtitutionis,quia ex ea naſcitur actio de cõſtituta pecunia,ſiue aliquid in pondere,numero, vel mẽſura,ſiue in ſpecie vel i facto cõſtituatur.Nomẽ enim Pecuniæ generale eſt:quia poſſibile eſt omnes res in pecuniã conuerti.C.eod.l.ij.Sublata ergo actione receptitia, ſufficiat hæc

Effectus conſtitutionis.

Pecunia

Universidad de Deusto Biblioteca

actio in omnibus. Si autem plures ſint conſtitutores, tenetur quilibet inſolidum: ſed habet beneficium epiſtolæ, vt diuidatur actio inter omnes, qui tempore litis conteſtatæ ſint ſoluendo. Et eſt hæc actio prætoria, perſonalis, & perpetuã: Inſti. de act. §. de pecunia. & C. eo. l. ij.

## Commadati, vel contraria.

Commodatum eſt alicuius rei ad aliquẽ ſpecialẽ vſum gratuito facta conceſsio. Dicitur Cõceſsio & non Tranſlatio: quia is, qui commodat, retinet dominium & poſſeſsionem. ]. eo l. rei cõmodatæ. Et dicitur gratuita, &c. nam interueniente mercede, vel ſpecie, tranſibit res in locationẽ, vel in contractũ innominatum, do vt facias: vt Inſti. man. §. vl. Ad aliquẽ vſum, ideo dixi, vt notetur differẽtia inter Cõmodatum & Precariũ. precariũ enim cõceditur ſine certi vſus præſumptione vnde quãcumq; reuocari põt. ]. de preca. l. cũ pcario. Cõmodatũ aũt ad certũ vſum cõceditur: vt cõmodaui equũ, vt ad villã duceres: ſcalas, vt feneſtris ſupponeres, &c vnde Cõmodatũ nõ reuocatur, niſi finito vſu, ad quẽ eſt cõceſſum. Alioquin tenetur cõmodator cõtraria cõmodati. Adiuuari enim nos, nõ decipi, beneficio oportet. ]. e. l. in cõmodato §. ſicut. Et dicitur Cõmodatũ quaſi cõmmõ vtẽtis datũ. Cõſiſtit Cõmodatũ in reb' mobilibus, & ſe mouẽtibus, & in immobilibus. Itẽ & in incorporalibus, puta ſeruitute habitãdi: vt ]. e. l. j. Ex Cõmodato aũt duæ oriuntur actiones: Directa, quæ datur commodanti & eius hæredi contra commodatarium, & hæredem eius: quæ continet reſtitutionẽ rei nõ deterioratæ: nec enim videtur reddita res, ſi reddat deterior: vt ]. e. l. ſeruũ. §. j. & ideo debet præſtari intereſſe, vt ibi dicitur. Cõtraria aũt datur cõmodatario, & eius hæredi cõtra cõmodãtẽ, & eius hæredem: & proponitur ad impẽſas maiores in ægritudines ſerui cõmodati factas. Itẽ qui cõmodauit ſcients vaſa vitioſa, tenetur Contraria: ſi infuſum vinũ vel oleũ corruptum effuſumve eſt. Item venit in Contrariã, ne intempeſtiuè reuocetur commodatum. Item ſi commodator rem commodatã mihi ſurripiat, & ego ignorans eum ſurripuiſſe, præſtiti ei æſtimationem rei, vel intereſſe.

Precarium

Quibus rebus cõmodatũ conſiſtit

## De pignoratitia actione.

Pignoris obligatio contrahitur re, & gratia vtriuſq;, id eſt, creditoris & debitoris: vt Inſt. qui mo. re con. ob. §. creditor. Nã ita demum locũ habet Pignoratitia, ſi res interueniat, id eſt, creditor eam à debitore accipiat, vel accipiat autoritate iudicis ]. vt poſſ. l. is cui. §. quæri. Licet Hypothecaria ſola cõuentione naſcatur, & rei traditio nihil ad eam operetur, niſi in caſu l. nõ eſt. §. i. ]. e. De Hypothecaria tractatus ]. de pig. Sed hic de Pignoratitia actione directa, & contraria agamus. Habet autẽ directa locũ ſoluto debito creditori, vel aliter ſatisfacto: nec aliter naſcitur pignoratitia. Satisfactum aũt accipimus quemadmodum voluit creditor, licet non ſit ſolutum: ſiue pignorib' aliis ſibi voluit caueri, vt ab hoc recedat, ſiue fideiuſſoribus, ſiue reo dato, ſiue pretio aliquo, vel nuda conuentione. Item extinguitur pignus, nouatione voluntaria. Idẽq; ſi accepti latio ſit facta, vel pactum de non petendo: vel iuſiurandum ſit præſtitum à debitore deficiente creditore, quod ei nõ debet. Et datur pignoratitia ei, qui obligauit pignus ſuum vel alienum domino volente, vel ratum habente. Contraria verò datur creditori ad multa: ſi enim decipiatur à debitore vel re ipſa, vel eius poſitio: quia obligauit ei rem alienã, vel alij obligatã. niſi ea res ſit ampla. Itẽ ſi in accipiẽdo pignore decepit eũ debitor vt ſi oſtenderit ei corpus æneum, vel ſtanneũ, quod dicebat eſſe aureum, vel argenteum: & ſimilibus caſibus.



Pignoratitia.

Satisfactum.

## LIBER XIIII.

## De exercitoria actione.

EXercitoria datur contrahentibus cum magiſtro nauis, cõtra exercitorem, qui magiſtrum propoſuit: ſcilicet in eam cauſam, in quam propoſitus eſt expreſſe, vel tacite. Et eſt ſumma vtilitas huius edicti. Cum interdum ignari, cuius conditionis, vel quales ſint magiſtri nauium, cum eis propter nauigandi neceſsitatem contrahamus: æquum fuit eum qui magiſtrum naui præpoſuit, id eſt, exercitorem, teneri. Sicut tenetur qui inſtitorem tabernæ vel negotio præpoſuit, imò maior neceſsitas contrahendi cum magiſtro nauis, quam cum inſtitore eſt. Res enim patitur vt de conditione inſtitorum quis deſpiciat, & ſic contrahat. In nauis magiſtro non ita: nam locus, & tempus non patitur plenius deliberandi conſilium. Et debemus intelligere magiſtrum nauis eum, cui totius nauis [illegible], id eſt, gubernatio a domino

Magiſter nauis.

Universidad de Deusto Biblioteca



no mãdata eſt. Si enim cũ alieno nauta quis in naui contraxe-
rit, non datur actio exercitoria. Quãquã ex delicto cuiuſuis eo-
rũ qui nauigãdi cauſa in naui ſint, detur actio in exercitorẽ. Et
in hoc differret iſte titulus à ſuperiori, Nau. cau. ſta. vt recep. re
ſti. quia tit. noſter contra exercitorẽ ex contractu ſolius magiſtri
nauis obligat. Alius autẽ obligat exercitorẽ pro omni delicto
in naui à nautis cõmiſſo. Et ratio huius differẽtiæ eſt: alia enim
eſt contrahẽdi cauſa, alia delinquẽdi: qui enim magiſtrũ præpo
Exerci tor. ſuit, contrahẽdi cũ eo permittit. Et ideo omnia facta magiſtri
debet præſtare, qui eũ præpoſuit: alioquin contrahẽtes deciperẽ-
tur. Quia aũt nautas habet in naui, non contrahi cum eis per
mittit: ſed dolo & culpa carere eos curare debet. Exercitorẽ aũt
appellamus eũ, ad quẽ obuentiones, & lucra, ac reditus omnes
ex naui perueniunt: ſiue is dñs ſit, ſiue à domino nauem, rece-
pturus in ſe periculũ conduxit vel ad tempus, vel in perpetuũ.

## Ad legem Rhodiam de iactu.

Lege Rhodia cauetur, vti ſi iactus mercium gratia leuandæ,
id eſt, alleuiãdæ, nauis factus ſit tale damnum farciatur omniũ
contributione: quia pro omnibus datum eſt. Tenetur itaque cõ-
tribuere & ille, cuius eſt nauis, quia nauem habet ſaluam. Item
Lex rhodia. & ille qui fecit iactũ rei ſuæ cauſa leuandæ nauis, contribuere
debet etiam pro rebus iactatis. Et alij ſimul nauigantes vnuſ-
quiſque pro æſtimatione rei ſuæ, quæ ſerua permanſit. Et di-
ctus eſt hic tit. propterea ad legem Rhodiam de iactu: quia in
Rhodo inſula Liciæ, eius frequentia prius fuit propter frequẽ-
tẽ vſũ mercatorũ, qui ibi fuit: vt habetur in dicte. diſt. ij. c. Rho
diæ. Qui ergo leuandæ nauis gratia res aliquas proijcitur, non
hãc mentẽ habent, vt eas pro derelicto habeãt: quippe ſi inuenie-
rẽt eas, ipſi reciperent: & ſi ſuſpicari fuiſſent in quẽ locũ iactæ
eſſent, inquirerent eas: perinde ac ſi quis onere preſſus in viam
rem abiecerit, mox cum alijs reuerſurus, vt eandem auferret.
Qui ergo tales res receperit, ſuis dominis reſtituere debet: quod
ſi animo lucrandi tales res retinere contenderit, furtum com-
mittet: Auten. nauigia. C. de fur.

## De inſtitoria actione.

Sicut titulus præcedens, de exercitoria, loquitur de eo, qui
naui præpoſitus eſt: ita hic titulus de his, qui præpoſiti ſunt
Inſtito negotijs, quos Inſtitores appellamus. Dictus Inſtitor ex eo
quia



quia negotia gerendo, inſtet. Nec eſt cura vtrũ ſit præpoſitus ta
bernæ, an cuilibet alij negotiationi. Eſt ergo æquũ, quòd ſicut
cõmoda ſentimus ex actu inſtitorũ: ita etiã obligari nos ex con
tractibus ipſorũ, & conueniri. Si quis ergo inſtitor in negotio
ſibi commiſſo contraxerit, poterit conueniri hac actione domi
nus, qui eũ præpoſuit, vel inſtituit ſtationi, vel negotiationi ge
rendæ in eam cauſam, in quam præpoſitus eſt, expreſſe vel taci
tè. Et ſic dicitur inſtitoria; ab inſtitore ſcilicet præpoſito: quã
uis Exercitoria nominetur à præponente. Et non eſt Inſtito-
ria proprium nomen actionis: ſed dicitur actio ex empto vel
venditio inſtitoria, vt. j. eo. l. cuicunque. §. non tamen.

## De tributoria actione.

Dominus qui alias in ſerui contractibus magnũ habet pri-
uilegium, quia de peculio, duntaxat tenetur: cuius peculij æſti-
matio ſit, deducto eo quod dño debetur, vel his q̃ ſunt in Dñi
poteſtate. Tñ ſi ſciret ſeruũ, in peculiari merce negotiari: voca-
tur ex hoc edicto in tributũ à creditoribus, veluti extraneꝰ cre
ditor, vt eiuſdẽ conditionis cum alijs. Et porrigitur hoc edi-
ctũ ad omnes negotiationes. Et aliud eſt eſſe peculiarẽ mercẽ, &
aliud peculiũ: quia peculiũ accipitur deducto quod domino de
betur: Merx autem peculiaris, etiam ſi nihil ſit in peculio, do- Peculiaris. Merx.
minum tributoria obligat: ita demum, ſi ſciente eo negotia-
bitur. Et ſcientiam intelligemus, ſi ſciuerit dominus, & non
præſtabitur: id eſt, non contradicit expreſsè, tenebitur actio-
ne tributoria. Et non ſolùm ad ſeruos pertinebit actio tributo
ria: verũ etiã ad eos, qui nobis bona fide ſeruiunt, ſiue liberi, ſi
ue ſerui alieni ſint, vel in quibus vſumfructum habemus: dum
modo merx, in qua peculiariter negotiet, ad nos pertineat. Per
hanc actionem tribui iubetur dominus, quod ex ea merce, &
quod eo noĩe receptum eſt. Et inde Tributoria appellata: quia Tributoria quare.
dominus ſimul cum alijs debitoribus in tributum vocatur, id
eſt, in contributionem. Non autem totum peculium venit tri-
butum: ſed id duntaxat, quod ex ea merce eſt.

## Quod cum eo, qui in aliena poteſtate eſt, negotium eſſe geſtum dicatur.

Filius familias factus ſui iuris emancipatione, vel dignitate
vel morte patris, vel cõſimilibus modis, tenetur ex primis con-
tractibus, in quantum facere poteſt: quia actio contra filiũ, ex



eo

Universidad de Deusto Biblioteca

eo quòd ſui iuris ſit, de iure ciuili admittitur. Sed per prętoré re
ſtituuntur per titulũ illũ ſ. de mino. per hũc aũt titulũ poſtea mo
dificatur. Et ſic habet duplex bñficiũ filiusfami. vnũ in reſtituẽ
do, aliud in modificãdo. Et introducta eſt materia huius tit. à
prætore, ꝓpterea quòd qui cõtraxerit cũ eo, qui in aliena pote
ſtate ſit, etiã ſi deficiẽt ſuperiores actiões, id eſt, exercitoria, tri
butoria, nihilominus tamen, inquantũ ex bono & æquo res pa
titur, cõſequetur ſibi debitũ. Siue enim iuſſu eius, cuius in pote
ſtate eſt, negotiũ geſtũ fuerit, inſolidũ eo nõie actio datur. de
quo ſ. ti. quod iuſſu. Siue non iuſſu ſit, tñ in rẽ eius verſum fue
rit, eatenus introducit actionẽ, quaten⁹ in rẽ ei⁹ verſum eſt. de
quo ſ. de in rẽ ver. Siue neutrũ eorũ ſit, de peculio actio coſtitui
tur: vt ſ. de pecul. Ideo aũt datur hoc priuilegiũ emãcipato filio
quòd teneatur inquãtũ facere poſsit: q̃a ſic alterato ſtatu, vide-
tur eſſe alius hõ, quã fuerat prius: vnde & de ſubtilitate iuris nõ
tenet primis creditorib⁹. Sed tñ de æquitate tenetur eis ex illo
edicto, de capite minutis. Illud enim edictũ creditoribus pri-
mis reſuſcitat veteres actiones vtiles vel indulget actioné inſa
ctũ ſ. de cap. mi. l. j. hoc aũt edictũ. Quod cũ eo, & hic modificat
actionem, inquantum facere poteſt emancipatus. vt dixi.

Bñficiũ filijſam. (margin)

## Ad Senatuſconſultum Macedonianum.

Licet ex quolibet cõtractu facto cum eo, qui in noſtra pote-
ſtate eſt, teneamur quoquo modo. vt ſ. ti. proxi. hoc tamen fal
lit in filio famil. in duobus caſibus: vnus eſt in voto. vt ꝭ. de pol
lic. l. ſi quis rem. ſ. voto. Alius in mutuo, de quo tractat hic tit.
vt non teneatur ipſe filius, nec pater cum effectu, prohibẽte hoc
ſenatuſconſulto. Verba autem ſenatuſconſulti hæc ſunt: Cum
inter cæteras ſceleris cauſas Macedo vſurarius æs etiam alienũ
adhibuiſſet, ſæpe materiam peccandi & occidendi parentes
malis hominibus præſtitit placet, ne cui filiofamil. Pecunia ab
eo mutuo data etiã poſt mortem parentes prææiudicaret: vt ſci
rent qui peſsimo exemplo fœnerarent (id eſt, vſuram commit
terẽt) nulla poſſe actione expectata patris morte, quod ita ex-
pendiſſent, repetere. Et eſt ratio, quia ſæpe filij onerati ære alie
no creditarum pecuniarum, quas in luxuriam conſumebant,
vitæ parentum inſidiabantur: vnde appellatum eſt Macedo-
nianum ſenatuſcõſultum. quia in odium Macedonis vſurarij
factum eſt. Sed fallit hoc ſenatuſconſultum multis caſibus no-

Macedonianũ. (margin)





per gloſſ. Inſtit. quod cum eo. ſ. illud aliquid per do. Sic in c.
quia plerique. de immu. ecc. & in c. fi. de ſol.

# LIBER XV.

## De peculio.

PEculium quãdoque ponitur pro cuiuſq; patrimonio: vt in
ſ. ad Trebel. l. cogi. tñ impropriè quãdoq; ponitur ꝑ pe-
cunia parata præſidij cauſa: vt ſ. de leg. iij. l. ſi chorus ſ. j. Quan
doq; ponitur ꝑ reb⁹ paraphernalib⁹: vt. ſ. de iure dot. l. ſi ego. ſ.
doris. Qñq; ponit ꝑ his tãtũ quæ iuſtè obueniũt ſeruo: vt ſ. de
acquir. poſſ. l. ſeruus: Quãdoq; aũt ponit & ꝓpriè pro eo quod
ſeruus dñi permiſſu ſeparatũ habet à rationibus dominicis: de
ducto tñ ſi quid dño debetur, vel his qui ſunt in poteſtate ſua,
vel tutela, vel cura. Diciturq; peculiũ, quaſi puſilla pecunia ſiue
patrimonium puſillum: vt ſ. eod. l. depoſit. ſ. vlti. & l ſed & ſi
damnum. ſ. peculium. Competit autem peculij actio contra-
hentibus cum ſeruo, vel filiofamil. patre, vel domino nolente,
vel inuito: licet ſecus ſit in inſtitoria. ſ. eo l. ſi quis. ſ. vlt. & l. quo
ties. ſ. reſpon.

## Quando actio de peculio eſt annalis.

Poſt mortẽ eius, qui in alterius poteſtate fuerit, poſtea quàm
is emancipatus, manumiſſus, alienatusve fuerit dũtaxat de pe
culio, & ſi quid dolo malo eius, in cuius poteſtate eſt, factũ erit
quo minus peculij eſſet, in anno, quo primum de ea re expe-
riundi poteſtas erit, iudicium datur: quandiu autem ſeruus vel
filius ĩ poteſtate eſt, de peculio actio perpetua eſt (id eſt, eſſe po
teſt) poſt mortem autem eius, vel poſtquam emancipatus, ma-
numiſſus, alienatusve fuerit, temporalis eſſe incipit, id eſt, an-
nalis. Annus autem vtilis computabitur. Et merito in hoc caſu
prætor fecit temporariam actionem. Nam cum morte vel alie-
natione extinguitur peculium, ſufficiebat vſq; ad annum pro-
duci obligationem.

Annus qui dat de peculio. (margin)

## De in rem verſo.

Si illi qui in poteſtate ſunt aliena nihil in peculio habent,
hi tamen qui eos habent in poteſtate inſolidum tenentur, ſi in
rem id eſt, vtilitatem eorum, quod receptum eſt, conuerſum
ſit quaſi cũ ipſis potius contractum videatur. Nec videtur fru-
ſtra de in rem actio permiſſa: poteſt enim fieri, vt in rem ver-
ſum ſit, & ceſſet de peculio actio. Quid enim ſi dominus pecu-

In rem verſum. (margin)

Universidad de ... Biblioteca

lium ademit ſine dolo malo. Quid ſi morte ſerui extinctum eſt
peculium, & annus vtilis præterijt? De in rem verſo nãq; actio
perpetua eſt, & locũ habet ſiue peculiũ ademptũ ſit, ſiue actio de
peculio anno finita eſt. Datur autẽ hæc actio quotieſcunq; ſer-
uus voluntate domini gerendo negotium eius vtiliter, vel non
vtiliter aliquid ei emerit, vel pro eo aliquod pactũ iniuit. Nam
etiã ſi ad luxuriæ materiã, vel ad delicias, vel ad turpes ſumpt⁹
aliquid domino volẽti emerit, vel geſſerit, tenetur dominus de
in rem verſo. J. eod. l. iij. §. necnon. & l. ſi res. §. quod ſeruus. Si
autẽ nõ volũtate domini ſeruus, gerendo negotiũ eius, aliquid
ei emerit, vel obligationẽ pro eo iniuit, & id poſtea in rem do-
mini vertit: & ſi quidẽ voluntariæ nõ ad vtilitatem, nõ tenetur
dominus de in rem verſo: ſed debet pati creditorem impoſita
auferre ſine domus ſuæ iniuria. Si autem geſsit vtiliter, vel ne-
ceſſariò, tenetur dominus de in rem verſo, etiam ſi ratum non
habeat: vt ſi triticum accepit, vt aleret familiam, aut pecuniam
mutuo receptam dominico creditori perſoluit. Competit au-
tem hæc actio inquantum verſum eſt in rem domini. Si ergo
in totum ſit verſum, agitur in totum: ſi pars, agitur pro parte,
J. eod. l. ſi pro parte.

## Quod iuſſu.

Meritò ex iuſſu domini vel patris inſolidum aduerſus eum
iudicium datur: Nam quodam modo cum eo contrahit, qui
iubet. Datur igitur hæc actio, cùm iuſſu, vel mandato domini
contrahit ſeruus: ſiue dirigatur iuſſus ad contrahentem, ſiue
dirigatur ad ſeruum. Nec eſt in eo opus verbis, vel ſcriptura:
nec diſtinguitur, dirigatur ſpecialiter in vno contractu, an ge-
neraliter. Nam qualitercunque dominus vel ratihabitione, vel
ſubſcriptione, ſiue per epiſtolam, verba, aut nuntium volunta-
Iubere. tem ſuam circa cõtractum ſerui accommodet, & tenetur quod
Mãdare. iuſſu inſolidum. Et eſt quædam differentia inter Iubere, & Mã-
dare: quia Iuſſus importat neceſsitatem, ſicut & præceptũ vel
imperium. Mandatum autem non importat neceſsitatem, ſed
voluntatis ſententiam. Sed quantum ad hanc actionem, non
eſt differentia inter ea, vt liquet ex predictis. Datur autem hæc
actio hæredibus, & in hæredes, & in perpetuũ, & inquãtum iuſ-
ſus interuenerit. Nec eſt propriũ nomen actionis, ſed adiectio,
vt de Inſtitoria diximus, & de quibuſdam alijs.





## Ad ſenatuſconſultum Velleianum,

SEnatuſconſultum Velleianum, bene conſulens fragilitati
mulierum, ſtatuit, ne fœminæ pro aliquo intercederent (id
eſt, fideiuberent) vel pro alio promitterent. Nam ſicut ciui
lia officia, vt ſunt iudicia arbitraria, & his ſimilia, fœminis
ſunt adempta, ita multo magis adimendũ eis fuit officium, in
quo nõ ſola opera & nudum miniſterium earum verſatur: ſed
etiam periculum rei familiaris, id eſt, ſubſtantiæ. Sunt autẽ ver
ba ſenatuſconſulti hæc: Quod M. Syllanus, & Velleius Tutor
Conſules verba fecerunt de obligationibus fœminarum, quæ
pro alijs reæ fierent, quid de ea re fieri oporteret, de ea re ita cõ-
ſuluerunt. Quod ad fideiuſsiones, & mutui dationes pro alijs, ꝑ
quibus interceſſerunt fœminæ, pertinet: tamet ſi antea videtur
ita ius dictum eſſe, ne eo nomine ab his petitio fiat: néve in eas
actio detur: cùm eas virilibus officijs fungi, & eius generis obli
gationibus obſtringi non ſit æquum. Tulit autem hoc ſenatuſ
conſultũ opem mulieribus ꝑpter ſexus imbecillitatẽ, quæ mul
tis caſibus huiuſmodi ſuppoſitæ atq; ſubiectæ ſunt. Sed ita de-
mũ eis ſubuenitur, ſi deceptę ſint: nõ ſi decipiat. Nã deceptis, nõ
decipiẽtibus opitulatur, vel ſubuenitur. Ceſſat aũt hoc ſenatuſ-
cõſultũ his caſibus. Caſibus i ſenis mulier ſpõdẽdo tenetur: Pro
libertate, ꝑ dote, renũtiet, & ſi Decipiet, pretiũ capiat, caueatq;
ſecũdo, Res ſua. ſuccedat illi ꝑ quo fideiuſsit. gl. in l j. J. eo.

## De compenſationibus.

Compenſatio eſt debiti & crediti inter ſe, id eſt, ex vtraque
parte contributio. poteſt enim vnuſquiſque creditorem ſuum,
eundemque debitorem petentem repellere. ſi paratus eſt com-
penſare. Et eſt compenſatio ideo inuenta, quia intereſt noſtra
potius non ſoluere, quàm ſolutum repetere, propter laborem
& expenſas quæ fiunt in iudicijs, & propter moram iudicio-
rum. Ceſſat autem compenſatio his caſibus: Primo quando ille Quãdo
qui præeſt exercitui mandat alij, vt omnem copiam rerũ exer- ceſſat cõ
citui adminiſtret: quod non fecit, & propterea cõuenitur man pẽſatio.
dati: tunc enim non compenſat: in eius odium. l. ob nego-
tium. J. eod. Item eadem ratione cum quis perperam alienam
poſſeſsionem occupauit. l. fin. in fi. C. eod. Item depoſitarius
propter ſuam perfidiam non compenſat. Inſtit. de action. §. in

Universidad de Deusto Biblioteca

bonæ fidei. Item ratione incertitudinis: vt ſi alter debitum ne get: vt C. eod. l. fin. §. pen. Item propter fauorem: vt in Reipub. ſi quid ei debetur ex Calendario, id eſt, libro rationum: vel ex vectigalibus, vel ratione frumenti, vel tributi, vel alimētorum vel ratione ſtatutorum, vel ſumptuum: vt C. eod. l. mea. Et di- citur Compenſatio quaſi communis penſatio: ac ſi apertè di- ceret lex, non niſi in ponderibus & quantitatibus locum ha- bet: vt C. eod. l. ſi conſiſtat. Si verò ab vtraque parte debetur ſpe cies, vel ab vna ſpecies, ab altera quantitas, vel ab vtraque parte pecunia, ſed vt ſpecies, non admittitur compenſatio. C. de rei vend. l. ſi ex pecunia. & ff. de pig. act. l. ſi conuenerit.

Cōpenſatio vnde.

## Depoſiti.

Depoſitū in quibus rebus cōſiſtet.

Depoſitum eſt, quod cuſtodiendum alicui datum eſt, id eſt, traditum: dictum ex eo quod ponitur: præpoſitio enim De, auget depoſitum: vt oſtendat, totum fidei eius cōmiſſum, quod ad cuſtodiam rei pertinet: & in totum videatur ſeparata cuſto- dia à deponente. Conſiſtit autem depoſitum in rebus mobili- bus, & ſe mouētibus tātū: niſi fortè vbi ſequeſtrū deponitur. Et eſt propriè in ſequeſtro depoſitū, cū res aliqua inter plures in cō trouerſiam deducitur, & ipſi inſolidū certa cōditione cuſtodiē dū tradūt, vt reddatur ei qui vincit: ergo iſtud depoſitū fit à plu ribus tātū, & inſolidū ab vno quoque. Cū verò rē cōmunē plu- res deponūt, p parte vnuſquiſq; deponit. Itē depoſiti quod fit apud ſequeſtrū poſſeſſio nō remanet apud deponētes: niſi aliter ſit actū: ſcilicet vt cā cuſtodiæ tātū detineat ſequeſter. ff. eo. l. pro prie. & l. licet. & de verb. ſigni. l. ſequeſter. Eſt aliud ſpeciale in hoc depoſito, quia ſequeſter nō poteſt renūtiare hoc officio re- cepti depoſiti, niſi iuſtiſſima cā interueniente, & eadē interue- niēte raro eſt ei reſtituēda res, qui vicerit: ſed oportet arbitrio iudicis apud ædem aliquam deponi. ff. eo. l. ei. §. vlti. & in hoc ca ſu cōpetit actio depoſiti ſequeſtraria. ff. eo. l. ſi in Aſia. §. cū ſeque ſtro. Et habet naturā depoſitū, quòd ſi in tumultu, ruina, incē dio naufragio, aliquid depoſitū ſit, ſi cū deponēs illud repetet, depoſitarius depoſitū recepiſſe inficiatur, (id eſt, negat) tenebi- tur in duplū eius quod recepit: alias tenetur ſolū in ſimplum: & iſta dicitur depoſiti Directa. Eſt & Contraria quę datur depoſi tario & eius hæredi in deponentem & eius hæredem: in qua ve nit quod vtiliter eſt impēſum à depoſitario in rem depoſitam.

Depoſiti contraria.

Hæc



Hæc actio eſt ciuilis & pſonalis: nec in ea iuratur in litē. ff. eo. lex ciuitatis nō eſt. qa regulariter nulla cōtraria infamat. ff. de his qui no. infa. l. fur. §. vlt. Itē bonæ fidei eſt: inſt. de act. §. actionū.

# LIBER XVII.

## Mandati.

Obligatio mandati in conſenſu contrahentium conſiſtit: ideo per nūtium quoq;, vel per epiſtolam mandatum ſuſ cipi poteſt. Item ſiue rogo, ſiue volo, ſiue mando, ſiue alio quo- cunque verbo ſcripſerim, ideo ſaltem mādati actio eſt: & eſt mā datum ab eo, qui gratuito ſuſcepit exhibendum. Mandatum enim niſi gratuitum nullum eſt. Nam originem contraxit mā datum ex officio & amicitia; officio autem contraria eſt mer- ces. Interueniente autem pecunia res ad locationem & condu- ctionem potius reſpicit. ff. eo. l. j. §. vlt. Sed non omne mandatum eſt obligatorium: nam quod tua tantum gratia tibi mandem, ſuperuacuum eſt mandatum, & ob id nulla ex eo obligatio na ſcitur: veluti ſi mandem tibi, vt pecunias tuas potius in emptio nes prædiorum colloces, quàm in vſuras, vel econuerſo: cuius generis mandatum magis eſt conſilium, quàm mandatum: & ob id non eſt obligatorium: quia nemo ex conſilio obligatur, etiam ſi non expediat ei cui datur: quia liberum eſt cuiq; apud ſe explorare, an expediet ſibi conſilium. Quando autem man datum fit mei gratia tantum, veluti ſi mandem tibi vt negotia mea geras, vel vt fundum mihi emas. Item quando fit mea & aliena gratia: vt ſi tibi mandem, vt mihi & Titio fundū emas. Item quando fit tua & mea: veluti ſi tibi mandem vt ſub vſuris crederes ei, qui in rem meā mutuaretur. Itē tua & aliena: veluti ſi mandem tibi vt Titio ſub vſuris crederes pecuniam: his caſi bus naſcitur obligatio, & datur actio mandati contra mandan tem, dummodo fideliter mandatarius fines mandati cuſtodie rit, neque in aliquo exceſſerit: ſed ſuſceptum mandatum adim pleuerit. Et dicitur Mandatum quaſi ex manu mea datum. Ex mandato oriuntur duæ actiones: Directa, quæ cōpetit cùm cœ perit intereſſe eius qui mandauit. Contraria autē actio manda ti competit, cùm procurator impleuit mandatum inutilum.

Mādatū quō obligatorū.

Actiones mā.

## Pro ſocio.

Societas eſt duorum vel plurium conuentio honeſtè cele- brata, ob cōmodiorem vſum & vberiorem quæſtum cōtracta,

ſecū

Universidad de Deusto Biblioteca

ſecundum Tulliú.Inſti.eo.§.ſuper rubr.Et poteſt ſocietas coi-
ri vel in perpetuú,id eſt,donec,viuunt contrahentes:vel ad té
pus,puta bienniú &c.vel ex tépore, puta à natali Chriſti pro-
Societas ximo in futurú:vel ſub códitione.Et contrahitur ſocietas ſiue
cótrahit vniuerſorum bonorum, ſiue alicuius negotiationis: ſimiliter
etiam vnius rei tantum. Et poteſt coiri re & verbis.id eſt, con-
iunctim interueniente re,& interueniente ſtipulatione,vel etiã
Diſſolui per nuntium,Diſſoluitur autem ſocietas renuntiatione,mor-
tur. te naturali,& ciuili,id eſt, capitis diminutione maxima vel me
dia:vel etiam aduerſa fortuna ſuperueniéte:vt ſi quis ex ſocijs
bonis ceſſerit,vel bona ſua publicata fuerint:Inſt.e.§.ſoluitur.

LIBER XVIII.

## De contrahenda emptione, & de pactis inter emptores & venditores compoſitis.

ORigo emédi & vendéti à permutationibus cœpit: olim
enim nó erat ita númis ſicut hodie: neq; aliud Merx. id
eſt,res védita,& aliud pretiú vocabatur:ſed vnuſquiſq; ſecun-
dú neceſsitaté téporú ac rerú cú vtilibus ſibi inutilia permuta
bat:quoniã plerúq; euenit,vt quod alteri ſupereſt, alteri deſit.
Sed quia non ſemper,nec facilè concurrebat, vt cú tu haberes
quod ego deſiderará,inuicé haberé quod tu accipere velles:ideo
electa eſt materia auri vel argenti,cui publica ac gñalis æſtima
tio difficultatibus permutationú ſubueniret: eaq; materia for
ma publica percuſſa( id eſt,numiſmate ) vſum dominiúq; non
tã ex ſubſtantia,quã ex quãtitate ſua præbet.Vbicúq; ergo pe-
Emptio cunia datur vt aliquid aliud accipiatu,Emptio eſt,& venditio
quũ ſit Vbi aút alia res præter pecuniã pro comſimili vel alia re datur
Permu- eſt permutatio non emptio. Et in eo differút Emptio & Permu
tio. tio:quia in permutatióe,vtrúq; dicit Merx & Prætiú, & vterq;
Pretiú. Emptor & venditor appellari poteſt. In venditione auté ſicut
Merx. aliud eſt vendere,aliud emere,& alius emptor, alius venditor:
ita aliud eſt pretium,id eſt,pecunia,alterum merx,id eſt,res vé
dita.Itaq; & ſine pretio venditio nulla eſt. Eſt auté emptio iu-
riſgentium,& ideo conſenſu peragitur, & inter abſentes con-
trahi poteſt per nuntium ad hoc deſtinatum,& per literas.

## De in diem addictione.

Addico,ex ad,& dico componitur: & eſt vendere per licita-
tioné,hoc eſt, in véditione publica,vbi alius alio maius pretiú
pollicetur



pollicetur,vt ſibi potius quam alteri venalia addicantur:vnde
Addictio,& titulus de in dié addictione:qué quidã noſtri tépo
iuriſperiti non intelligéres,emédant dicétes,de in dié adiectio
ne:vbi non verba modo,ſed ſententiã ac ius ipſum corruperút: Addi-
quo verbo Cicero pro Cecinna ſæpe vtitur.Inde Addicti apud ctio.
veteres dicebantur,qui prætoris pronútiatione ac iuſſu, cúm
ſoluédo non eſſent,creditoribus vendebãtur:de quibus crebra
apud Liuium méntio habetur. Et Addictus morti,deſtinatus di addicti.
citur.Cicero li.offi.1 11.Et is qui morati addictus eſſet &c.Di-
citur ergo in diem addictio generaliter, quãdo vendo tibi rem
hoc pacto,quod ſi aliquis in diem talem meliorem conditio-
né attulerit,ſit vbi inempta.Et dicitur melior conditio affer-
ri,ſi aliquid pretio ſit additú.vel maturior ſolutio,aut facilior
afferatur:vel locus opportunior ſoluédo pretio adijciatur:vel
perſona idoneior accedat ad emptionem.Si quis extiterit qui
meliorem conditioné afferat,deinde prior emptor paratus ſit
plus addicere,ceſſabit obligatio ſecundo conſtituta.

## De lege commiſſoria.

Lex cómiſſoria eſt ſpeciale pactú quod in véditióe apponi-
tur:& habet locú qũ védo tibi ré & trado,& ſi nó ſolueris hinc
ad méſem:vel tépus expreſſum in conuétione, qđ res ſit inem
pta,& cadat in commiſſum.Itaq; cú véditor fundi in conuétio
ne cauit,vt ſi ad dié pecunia ſoluta non ſit,vt fundus ſit inem-
ptus:ita debem⁹ intelligere fundú inemptú,ſi emptor inemptú
eſſe velit,qa id emptoris cauſa cauetur:& ideo lex commiſſoria
in véditionib⁹ adiecta exercebitur ſi emptor volet,non eo inui
to:quia quod fauore alicuius &c.C.de legib.l.quod fauore.

## De hæreditate, vel actione vendita.

De venditione incorporalium loquitur hic titulus. Tenet
aút hæreditatis venditio,cúm aliqua eſt hæreditas quæ venie
rit,niſi dolus emptoris contractui dederit cãm C.eo.l.quę non
dú.Si verò nulla ſit hæreditas,puta viuentis, aut eius qui null⁹ Hæredi
eſt de iure ciuili,vt quia ſeru⁹ eſt:vel quia nec eſt ille, neq; fuit tatis vé
in rerú natura,cui⁹ hæreditas venditur,véditio eſt nulla.j.e.l. ditio.
j.Nec enim poteſt eſſe emptio ſine re:quia non emitur alia,vel
ſpes.j.eo.l.cú hęreditaté,quo caſu tenebitur venditor emptori
reddere pretiú,& præſtet ei ſuú intereſt,& expenſas, quas in eã
ré impédit:ſcilicet per actionem ex empto,licet non teneat em
ptio

Universidad de Deusto Biblioteca



ptio. Firma autem & valida exiſtente venditione, & venditore
ſuã hæreditatẽ pendẽte, ad multa tenetur venditor emptori. In
Vẽditor primis res hæreditarias tradere debet emptori ſi ſint apud eũ,
heredi- licet nõ vẽdiderit eas. Eſt enim aliud vendere hæreditatẽ aliud
tatis ad res hæreditarias. Quòd ſi nõ ſint apud eum, vel dubitatur quæ
q̃ tenet ſint, vel vbi ſint res hæreditariæ cedere debet actiones omnes
ẽptori. hereditarias, quæcunq; ſibi cõpetũt ex hereditate, vel etiã quas
ipſe occaſione hæreditatis conſtituit: vt ſi accepit fideiuſſorem
ab hæreditario debitore, vel ſi nominauit, vel litem cõteſtatus
eſt: vt. ſ. eo. l. ij. §. perueniſſe & § non ſolùm. Amplius etiã præ-
ſtat vẽditor emptori, quod ad ſe peruenit, vel perueniet de hære
ditate præſtabit ergo pretia venditarũ rerũ, licet alij donauit
Actio ea. Itẽ & ea quæ alienauit præſtabit &c. De Actionibus aũt ven
vẽdita. ditis ſciendũ, quòd omnes actiones vẽdi poſſunt ſiue ſint puræ,
ſiue conditionales, ſiue reales, ſiue perſonales: & tenetur vendi
tor, ſi nihil debeat debitor, vel ſi habeat exceptionem. Non aũt
tenetur præſtare locupletem debitorẽ, vel in ſummã certã, niſi
in contractu ſit dictũ. ſ. eo. l. ſi nomen. & l. quidã. & l. nomina.
& C. eo. l. vlti. Et ſiue venditor nominis cedat actionem empto
ri, vtetur directis emptor: ſiue non cedat, emptor habebit vtiles
actiones & in perſonam & in pignora ſ. eo. l. emptori. & cõtra
principales debitores, & contra fideiuſſores &c.

## De reſcindenda venditione, & quando liceat ab emptione diſcedere.

Duas partes habet hoc rubrum. Reſcinditur enim aliquãdo
vẽditio, & hoc altera parte inuita: puta quando facta eſt cõtra
prohibitionem iuris, vel lege impediente: vt ſi cum filiofa. aut
Diſcedi ſeruo facta ſit, aut propter metum adhibitum. Item propter do
tur ab ẽ lum emptoris, & non alterius. Itẽ per actiones ædilitias, redhi
ptione. bitoriam, & quãto minoris: Item ratione erroris. Item ratione
Res in- ſolẽnitatis obmiſſæ. Quandoq; autem, licet diſcedere ab em-
tegra. ptione etiam perfecta, & hoc volente vtraq; parte: de quo lo-
quitur ſecunda pars tituli. Emptio enim & venditio ſicut cõ
ſenſu contrahitur, ſic à contrario reſoluitur conſenſu antequã
res fuerit ſecuta. Poteſt enim dum res integra eſt conuentione
noſtra infeſta fieri emptio. Et dicitur res integra, ſi res in totũ
vel pro parte, verè, vel interpretatiuè nõ fuerit tradita: nec pre-
tium in totum, vel pro parte fuerit ſolutum. Interpretatiuè di
citur



citur res tradita, cùm perierat penes venditorem: eſt enim libe-
ratus, ac ſi tradidiſſet emptori. ſ. eo. l. cum emptor.

## De periculo, & commodo rei venditæ.

In re vendita & non tradita ſæpe contingit periculum. Ideo
de hoc tradit lex regulã, vt perfectã vẽditione omne cõmodũ & in
cõmodũ, quod rei vẽditæ cõtingit, pertineat ad emptorẽ ſ. eo. l.
j. Sed poteſt tradi melior regula rotũda & quadrata, Cùm vẽdi
tio fit purè ſine ſcriptis certę ſpeciei, quę guſtationẽ nõ exigit
omne periculũ ptinet ad emptorẽ, excepto caſu publicationis,
niſi pactũ, culpa, mora, calliditas tradẽtis interuenerit, Dicitur
primo in regula Purè: quia ſi ſub conditione fiat, & ante condi
tionis euẽtũ pereat res, perit vẽditori: licet ſecus ſit ſi facta ſit de
terior. ſ. eo. l. quod vi pendente. Sine ſcriptis ideo dicitur, quia ſi
cut ppter cõditionẽ nõ exiſtentẽ eſt emptio imperfecta, ita & ſi
ſcriptura non ſit cõpleta quã interuenire voluerũt: vnde idem
in periculo ſtatuerũt. C. de fide inſtr. l. contractus. & C. eo. l. cũ
inter. & Inſti eo. §. cũ aũt. Speciei dicitur, quia ſi in genere ſit fa-
cta, puta, vẽdis mihi hominẽ, nũquã ſpectat periculũ ad empto
rẽ, etiã ſi omnes ſerui quicũq; ſunt in mũdo perirẽt: quia genus
interire nõ poteſt. ſ. eo l. lectos: & l. cũ. & l quod ſi neq;. Certæ,
ideo dixi, quia ſi ſub incertitudine ſit vendita, licet ſit ſpecies,
nõ tñ ſemper ſpectat periculũ ad emptorẽ. puta, vẽdo Stichũ vel
Pamphilum: ſi enim moriatur vterq; vel ſimul, vel diuerſis tẽ
poribus, periculũ eſt emptoris: ſecus ſi alter eorũ tantũ pereat.
Nam eius periculũ ſpectat ad venditorẽ. ſ. de cõt. ahẽ. empt. l. ſi
in emptione. §. pen. Itẽ deguſtationẽ nõ exigit &c. quia ſi exigat
deguſtationẽ, ſeruatur diſtinct. o glo. & Doct. Inſti. § cũ aũt. in
ver. ſtatim. circa finẽ. Item. Excepto caſu publi: ideo dixi, quia
illud periculum reſpicit venditorem. ſ. eo. l. ſi fundum. Itẽ, De
pacto, ideo dixi quia ex natura contractus venditor de dolo &
lata culpa & leui tenetur, non de caſu. ſ. eod. l. cum cuſtodiam.
& l. ſi vendita pactum vero etiam in fortuito caſu derogat. ſ.
eo. l ſi in vẽditione Item. De culpa, dixi: quia ſi culpa inſit ca-
ſui, vel præcedat, ſpectat periculum ad venditorem qui culpam
adhibuit ſicut in cõmodato. Item, De mora, ideo dixi: quia ex
ea ſpectat periculum ad venditorem: vel ſi emptor vel vẽditor
fuerint in mora, poſterior mora prępõderabit primæ: & tranſ-
fert hæc mora periculũ in moroſum. Quod autem dictum eſt
in

Universidad de Deusto Biblioteca

in Periculo rei venditæ, idem intelligẽdum & in Commodo.

## De ſeruis exportandis.

Seruus dicitur exportari, qui ea conditione venditur, vel eo
pacto à dño diſtrahitur, ne amplius in eo loco moretur: ſed de
vno loco in aliũ, vel de vna ciuitate in aliã, vel de vna ꝓuincia
in aliã transferatur, Si ergo ſeruus fuerit diſtractus, id eſt, védi
tus, ne aliquo loco moretur, puta Romæ vel Bononiæ, poteſt il
le qui vẽdidit, talẽ legẽ remittere: ipſumq́; Romæ retinere. Pro
pter dñi enim ſecuritatẽ cuſtoditur lex, id eſt pactio appoſita in
vẽditione: ne forte vxori ſuæ ſe immiſceat, vel ſimile q́d faciat.
Ideo etiã renuntiare poteſt dominus fauori pro ſe introdu-
cto. De ſignificatione huius vocabuli Exportare, dicetur C.
quæ res expor. non de.

## LIBER XIX.

## De actionibus empti, & venditi.

QVia parum prodeſt emere & vendere, niſi actiones eſ-
ſent conſtitutæ quæ venditiones exequerentur, & em-
ptiones ad effectum deducerẽt. ideo proditæ ſunt duæ
Actio empti. actiones: vna empti, quæ datur, ſi res vendita non tradatur: &
agitur in id quod intereſt emptori: & aliquãdo tale itereſſe pre
tium egreditur, ſi forte pluris intereſt, quàm res valeat, vel em-
pta eſt. Vtitur ergo actione ex empto is qui emit. Cũ enim actio
iſta bonæ fidei ſit, nihil magis ſibi cõgruit quàm id præſtari,
quod inter contrahẽtes actũ ſit. Quod ſi nihil ſit conuentũ ea
Actio ex vendito. præſtabuntur, quæ naturaliter inſunt. Per contrariũ aũt datur
actio ex vẽdito venditori cui pretiũ nõ ſolutũ fuerit: qui poteſt
ex vendito agere contra emptorẽ, vt pretiũ conuentũ ſibi per-
ſoluatur: & præterea etiam intereſſe petere eius, quãti intereſt,
ipſum pecuniã tẽpore ꝓmiſſo non habuiſſe. Et generaliter qui-
buſcũq; daretur actio ex empto, ſi emiſſent per ſe, vel per alios
eiſdẽ datur ex vendito, ſi vendiderũt per ſe, vel per alios: ſæpe
tñ reperitur actionẽ ex vendito, vel venditi, competere empto-
ri. Et econtrà actionẽ ex empto cõpetere vẽditori. Veteres enim
vicisſim vel promiſcuè, his vocabulis vtebantur: idem in loca-
tione, & conductione. ff. eo. l. veteres.

## Locati, & conducti.

Locatio & conductio cum naturalis ſit, & omniũ gentium:
non verborum ſolennitate dũtaxat, ſed & nudo conſenſu con-
tra-



trahitur. Eſt autem Locatio perſonę rei ve ad vſum facta con-
ceſsio, mercede in pecunia numeranda conuenta. Alioquin ſi
de re alia danda faciendáve conuenerit, non erit locatio: ſed in
nominata forma negotij: ex quo ageretur actione incerti, id eſt
præſcriptis verbis. ff. communi diui. l. ſi cõuenerit. & depoſi-
ti. l. j. §. ſi quis ſeruum. Locator ergo dicitur, qui eo quod ſuum
Locator. eſt aliũ vti permittit, conuenta mercede. Cõductor verò ecõtrà
Conductor. qui eo quod alienũ eſt vtitur pacta mercede. Si ergo domũ meã
te conuenta mercede habitare permitto, tu cõductor ego Loca-
tor dicor. ff. e. ſi tibi. & l. cũ fundũ. & l. ſi quis fundũ. Tu quoque
ſi operas tuas mercede in re mea ponas: diceris locator operarũ
tuarũ: ergo earundem conductor. Si verò tibi opus faciẽdũ mer
cede conuẽta dedero: reſpectu operis ego locator, tu verò condu
ctor diceris. ff. eo. l. itẽ quæritur. §. j. & §. ſi gẽma & §. ſi fullo. Et
quãdoq; diceris Redẽptor. ff. eo. l. qui inſulã. §. qui ædem. & l. ea
Redemptor. lege. §. vlti. Et hæc eſt emptio mirabilis in pecunia & opera cũ
ſumptu: ſed reſpectu operæ econuerſo eſt. Sæpe tñ vnũ pro alio
ponimus: vt de actione empti ſupra diximus. Et dantur ex lo-
Actio locati: catione duæ actiones: Vna actio ex Locato quæ datur locatori
pro re locata deteriorata: aut pro mercede per ſoluẽda, aut pro
poſſeſsione euacuanda finito tempore conductionis. Alia actio
ex Conducto, quæ datur conductori ſi re quam conduxit ei frui
Condu. non liceat.

## De æſtimatoria actione.

Actio æſtimatoria dicitur, id eſt, actio præſcriptis verbis,
que de æſtimato ꝓponitur: & dicitur Aeſtimatoria, quia iudex
ſuã interponit æſtimationẽ. Nã cũ res ęſtimata vendẽda datur
verbi gratia. Dicit aliqs, tene hũc librũ, & vẽdas pro decẽ: & red
das mihi aut eũ, aut eius æſtimationẽ. Olim dubitabatur, vtrũ
ex vẽdito eſſet actio, propter æſtimationẽ: an ex locato, quaſi rẽ
vendẽdã locaſſe videar: an ex cõducto, quaſi operas cõduxiſſet:
an mãdati: quia mãdato meo hoc fecit. Melius itaque, viſum eſt
Aeſtimatoria actio. hanc actionem proponi, quæ appellatur Aeſtimatoria actio,
& agitur præſcriptis verbis. Quoties enim de nomine contra-
ctus alicuius ambigitur, & conuenit aliquam actionem dari:
danda eſt æſtimatoria præſcriptis verbis. quæ datur, quatenus
ipſa res incorrupta reddatur / Aut æſtimatio de qua conuenit
præſtetur, cum diſtinctione tamẽ quis alterum rogauerit, vt ro

Universidad de Deusto Biblioteca

gantis ſit periculum.ff.de preſcrip.verb.l.ſi rogauerit. Si autem
ita dicat: Védas rem pro decem, ſi verò pluris vendas, tuum ſit:
tunc periculum indiſtinctè eſt accipientis.ff.eod.l.j.de illo per
glo.Inſti.de act.§.actionum.in ver.de æſtimato.

## De rerum permutatione.

Permutatio.

Inter contractus innominatos præcipuus eſt contractus per
mutationis, quæ proxima eſt emptioni & venditioni. Eſt au-
tem permutatio vnius rei per alteram præſtatio ſtatimq́; in gene
rali nomine. Quippe omnis cótractus nominatus vel innomi-
natus in larga appellatione poteſt dici permutatio, ex quo in-
uicem datur, & accipitur, Ergo & venditio & locatio, Sed ex ino
pia nominũ, quia plura ſunt negotia quàm vocabula.ff.de præ-
ſcrip.verb.l.iiij.obtinuit vt pręfata permutatio, quæ erat olim
ante monetam percuſſam, de qua.§.de cótra emp.in ſpeciebus
tãtũ cótrahatur. Sicut & olim cótrahebatur antequã eſſet pecu-
nia percuſſa, vel véditio inuẽta. Sicq; licet hoc nomen pmutatio
nis ita cõpetenter declinetur, ſicut & venditio & locatio: tñ quia
latè patet, & nimis eſt incertus ſecundũ ſignificationẽ verborũ

Contractus nominati.

contractus iſte qui dicitur permutatio, cẽſetur innominatus:
quia caret nomine certo, id eſt, ſpeciali. Nã vt dixi omnẽ ſignifi
cat contractũ ex quo quid datur, vel accipitur: ſicut & dicimus
Do vt des.ff.de præſcrip.ver.l.naturalis meus.in fi.§.j.& iſta po
teſt eſſe ratio quare l.j.ff.e.appellat permutationem cótractũ in
nominatũ. Poteſt enim aſsignari alia actio: nã cótractus illi dũ
taxat nominati ſunt, ex quibus ſtatim naſcitur obligatio: vt vi
des in depoſito, commodato, venditione, locatione: in his enim
ſtatim interuentu rei naſcitur obligatio: vt pariat actionem in
re depoſita, commodata, &c. Inſti.quib.mo.re.contra.ob.§.Itẽ
is cui & §.pe.& ff.de pac.l.iuriſgentiũ.j.reſponſo. Permutatio-
nis aũt contractus licet factus ſit voluntate partiũ, & ideo natu
ralem hincinde induxerit obligationẽ, non tñ dat actionem:
imò exigitur rei iteruentus, ex tunc nõ ex rei interuentu, ſed, ex
præcedenti pacto agitur. C.eo.l.ex placito. Sed in depoſito, com
modato, &c. ex re tradita initium paratur obligationi, vt dictũ
eſt. Ergo ſecundum iſta, donatio hodie dicetur contractus no-

Permutatio contrahitur

minatus: quia ex ſolo pacto dat actionem: ſed olim erat contra
riũ. C.de donatio.l.ſi quis argentum.§.vltim. Contrahitur per
mutatio tunc demũ, quãdo conuenit vt certa ſpecies detur pro
certa,



certa, puta, Stichus pro Pãphilo, hic codex pro iſto Bar. Ex per
mutatione naſcuntur duæ actiones, Præſcriptis verbis, & Con
dictio ob cauſam: quod proſequere, vt inſtit.de act.§.actionũ.

## De præſcriptis verbis, & in factum actionibus.

Actio præſcriptis verbis, ideo dicitur certa, quia præſcripta
verba erant huic actioni. Et habet locũ in tribus generibus ne-
gotiorum. Primo in pactis incontinenti appoſitis. C.de pac.in
ter empti.& vend.l.ij. Secundo vbicunque dubitatur de actiõe
circa cótractum: nã cũ deficiunt vulgaria atq; vſitata actionũ
nomina, præſcriptis verbis agendum eſt. Ad quam actionem
neceſſe eſt confugere, quoties contractus exiſtant, quorum ap-
pellationes neq; iure ciuili proditæ ſunt. Natura enim inductũ
eſt, vt plura, &c. Tertio datur in tribus contractibus innomi-
natis ſcilicet Do vt des, Do vt facias, Facio vt facias. In quar-
to autem, ſcilicet Facio vt des, datur de dolo l.naturalis.ff.e.§.
quod ſi facio. Et venit in actione præſcriptis verbis omne qđ
veniret in actione quæ daretur ex ſimili contractu: puta, Dono
rem vt rẽ accipiat: id venit hic, quod veniret in véditione. Do,
vt facias, id veniet quod venit in locatione.ff.de po.l.j.§.in cõ
ducto.& ff.l.j.§.ſed ſi facio. veniet ergo intereſſe in actionem
iſtam, & dolus ſi culpa lata & leuis: vt veniret in ſimili con-
tractu: Ciuilis eſt hæc actio Præſcript.verbo.& eadem ipſa di
citur in factum.ff.e.ſi tibi pollienda. Non tamen omnis in fa-
ctum eſt Præſcriptis verbis, ſicut ea quæ de damno dato pro-
ponitur, & ex quolibet edicto vel interdicto. Et locum habet
nedum in cótractibus & quaſi, ſed in maleficijs & quaſi, vbi-
cunq; æquitas ſuadet dari actionem.ff.e.l.quoties.& ideo dici-
tur eius tenor in multis & varijs articulus admiſſus. C.de ſacr.
ſan.eccl.l.ſancimus. Stricti iuris eſt hæc actio, perpetua eſt, per
ſonalis eſt, hæredibus competit, & in hæredes: de hac Inſtitu
de act.§.actionum.

Cótractus innominati.

Actio pręſcript. verbis, quã habet locum.

## LIBER XX.

## De pignoribus, & hypothecis. & qualiter ea contrahantur, & de pactis eorum.

INter pignus, & Hypothecam quantũ ad ad actionem hypo
thecaria nihil intereſt. Nam de quacũq; re inter creditorem
& debitorẽ cõuenerit, vt ſi pro debito obligata, hanc appel-



latio

lationе vtraq; continetur,Sed in alijs eſt differentia:Nã Pigno-
ris appellatioe duo oportet in teruenire:vnum,quòd res ſit mo-
bilis dicitur enim pignus à pugno:quia pugno,vel manu tra-
Pignus. tur,vel tradi poteſt.j.de verb.ſig.l.plures.§.pignus. Secundũ
Hypo- quòd tradatur creditori.Sed ea quæ ſine traditione nuda con-
theca. uentione tenẽtur, propriè Hypothecæ appellatione contineri
dicimus.Patet igitur,quòd ſi res eſt mobilis,& non tradatur,ſi-
ue eſt immobilis,& tradatur vel non dicit Hypotheca.Cõtra-
hitur obligatio pignoris cõuentionalis ſola cõuẽtione,vnde ſi-
bi tale nomen imponitur.ff.de pig.act.l.j.in prin.nec in ea cõ-
uentione eſt neceſſaria ſcriptura,vel pñtia perſonarum:quia &
inter præſentes,& inter abſentes per nuntiũ vel epiſtolã contra-
hitur obligatio pignoris.Et ſiunt ſcripturæ de his vt quod actũ
eſt per eas poſsit facilius probari.Pignus aũt prætoriũ,& iudi-
ciale non contrahũtur ſola cõuentione,ſed neceſſariũ eſt qs ve-
niat in poſſeſsionẽ,vt ff.de pig.act.l.non eſt mirũ.Naſcitur Hy-
Hypo- pothecaria actio ex obligatione pignoris,,quæ eſt in rem,& ea-
thecaria dẽ dicitur quæ Seruiana.ff.de pac.l.ſi tibi.§.de pignore,& Inſti.
qñ naſ- de act.§.item ſeruiana.Item datur creditori, & eius hæredi,&
citur, & contra quemlibet poſſeſſorem pignoris.Item eſt arbitraria.In-
cui. ſtitu.de act.§.Præterea.item quandoque tollitur decennio,quan-
doque vicennio,quandoque xl.annis.ſed non tolitur triennio
vt no.C.ſi aduerſ.credi.& de præſcrip.xxx.vel.xl.an.

## In quibus cauſis, dignus vel hypotheca tacitè contrahitur.

Qualiter per conuentionem expreſſam contrahatur obli-
gatio pignoris dictum:eſt ſequitur qualiter contrahatur tacitè
ex vi,& poteſtate legis:& hoc quidem in multis & varijs ca-
ſibus contingit. Nec eſt opus omnes ſingulariter enumerare:
ſed digniora exempla proferamus in medium. Ecce enim ma-
rito obligata ſunt omnia bona eius,qui promittit ſibi dotem
Tacita pro muliere.Sic & mulieri omnia bona obligata ſunt mariti,
hypo- pro reſtituenda dote.C.de rei vxor.actio.l.j.§.& vt plenius.
theca q item locatori fundi fructus ex eo percepti obligati ſunt taci-
bꝫ daſ. tè.item omnia inuecta,& illata domino ſciente , vt ibi ſint
perpetuo,domino obligata ſunt : ſecus in his quæ inferun-
tur ad tempus.item matris , quæ conuolat ad ſecundas nu-
ptia ,bona tacitè obligata ſunt filijs prioris mãtrimonij : vt
re-



ſtituat mater quæ lucrata eſt à priori marito.C.de ſecũ.nup.
§.penul hac edictali pe. Item bona defuncti mariti tacite ob-
ligata ſunt pro paraphernalibus rebus reſtituendis.C.de pact.
conuent.tam ſuper do.l.vlt. Item bona defuncti , pro legatis,
& fideiuſſoribus.C.communia.de le.l.j. Item pro tribus vni-
uerſa bona eorum qui cenſentur C.eod.l.j.Item contrahentis
cum fiſco.C.eo.l.ij.& ſic de ſimilibus.

## Quæ res pignori vel hypothecæ obligari non poſſunt.

Licet dixerimus ſupra,corporalia poteſt obligari tñ ſecus
eſt in quibuſdã fauore religionis:ecce enim monumẽtũ nõ põt
pignori obligari.C.e.l.iij.Sic & Eccleſiæ.in Auten.de alie.em
phy.§.& quoniã. Idẽq; in ſacris vaſis vel ornamẽtis eccleſiæ.
C. de ſacroſan.ecc.l.ſancimus.nemini.Niſi illa ſuperflua ſint
in Eccleſia,& debitũ immineat eccleſiæ:vt in autẽ. ſup eandẽ
legẽ ſignata.& in c.lator.extra de pig.Itẽ liberti hoĩs nulla eſt
obligatio,quia contraria eſt libertati ,& naturæ:ideo vt ſi filiũ
tuũ obliges,nulla obligatio ſit:immò à debito creditor cadit ,
&c.in Autẽ.vt nulli iud.§.quia aũt & huiuſmodi.& C.e.qui fi-
lios.In caſibus tñ tenet obligatio,vt in redẽpto ab hoſtibus:&
cũ pater ob neceſsitatẽ famis filiũ obligat:nã cũ ei liceat vẽde-
re:multo fortius poterit obligare.j.de leg.j.l.ſenatus.§.vl.& C.
de pa.qui fi.diſ.l.j.& C.de cap.l.vlt.Item impeditur obligatio
propter publicã vtilitatẽ:vt in ſeruis aratorijs,& bobus arato-
rijs,& inſtrumentis aratorijs:ex hac enim cauſa tributorũ illa-
tio retardaretur.C.eod.l.vlt.& antepenul.& ſimilibus.

## Qui potiores in pignore vel hypotheca habeãtur: & de his qui in priorũ creditorum locum ſuccedunt.

Pluribus modis aliquis in pignore poteſt eſſe potior : puta
ratione cauſæ:ſi enim ſecundus creditor credit pecuniam , ad
conſeruationẽ pignoris,& in ea cauſa pecunia eſt conſumpta,
præfert ſecũdus primo :veluti ſi nauis fuerit obligata , & ad a-
mandam ea vel reficiendã credidi,mea enim pecunia ſaluã fa-
cit totius pignotis cãm.Idẽ,& ſi credidit in cibaria nautarum,
ſine quibus nauis non potuit ſalua pertinere.Itẽ & ratione cau- Potiꝰ in
ſæ præfertur ſecundus primo,vt ſi expedit in funerando teſta- pignore
tore:funeraria enim ſuperat omne æs alienum ff. de reli.l.pen.
& l.at ſi quis.§.j. Itẽ ratione tẽporis præfertur creditor primus

Univerſidad de Deuſto Biblioteca

ſecūdo, vbi ſecūdus nō poteſt prætēdere aliquā prædictarū cau
Prior tē ſarū, vel priuilegiū, vel quid ſimile. Eſt enim hæc regula in pig-
pore. gnoribus. Qui prior eſt tēpore potior eſt iure. C. eo. l. ſi fundū.
hoc tamē eſt intelligēdū de primo creditore, cui erat pign⁹ obli
gatū: ita quod debitor obligationem nō potuit reſoluere inuito
creditore. vel ſi poterat, non tū cōmodè. ꝑ. l. j. & l. potior. ꝑ. reſp.
& ꝟ. ti. qui ꝑi. l. re. Itē ſuperficiario vel emphyteuta pignorāte, po
tior eſt cauſa dūi pro pēſione eius, quā cui obligauit emphyteu
ta, vel ſuperficiarius. ꝑ. eo. l. etiā. Fallit aūt dicta regula nedū ra-
tione cauſæ, vt dixi, ſed etiā ratione pacti: vt, ecce pignori obli-
gaſti oīa bona tua, deinde tibi mutuo vt ex ea pecunia aliquā rē
emas, & vt ea res mihi ſit obligata, ꝑferat enī prio. C. eo. l. licet
Itē fallit ratione mēdicij: vt ſi prior poſſeſſor eras in pignore,
& ego ſcd's, prætēdo contra te hypothecariā: ſed tu negas rē eſſe
ei⁹, q mihi & tibi eā obligauit. Nā ſi te de mēdacio arguero: poſ
ſionē trāſferes, licet prius tibi fuiſſe obligatā velis ꝓbare. C. eo.
Auten. item poſſeſſor. ſed reſtituta poſſeſsione audieris in iure
tuo. Item fallit ratione ſemiplenæ probationis: qui enim ſi
confitearis te mihi debere ex tali cauſa, x. vel in priuata ſcri-
ptura, vel coram teſtibus, & pignus mihi obligas: ſiquidē per-
ſonalis actio mouetur contra debitorē, ea robur ſuum habet
Idemq; & ſi contra eundē agatur hypotheca: quia confeſsio vel
ſcripturæ confitēti vel ſcribenti debet præiudicare, &c. Itē fal-
lit regula ratione priuilegij dotis. Mulier enim & eius filij, vel
deſcēdentes ex ea, habēt hypothecariam pro dote matris ſuæ
contra omnes mariti creditores, licet anterioris temporis priui
legio ſint vallati. C. eod. l. vlt. Item fallit propter priuilegiū mi
litiæ, quod potentius eſt priuilegio dotis, quando pecunia eſt
credita, vt inde ematur militia: talis enim creditor præfertur
Credi- omnibus anterioribus creditoribus, imò etiam præfertur mu
tor qui lieri. C. de pig. l vlt. & in Auten. de exhi re. ꝗ. optimam. & de
præfer- æqua. dot. ꝗ. quia vero. Et eſt magna poteſtas creditoris qui a-
tur in pi lijs in pignore præfertur: habet enim exceptionem, ſi conue-
gnore, niatur ab alijs: & ſi alij poſſederint, poteſt ab eis aduocare
rem. Creditor autem ſecundus poteſt ab omni poſſeſſore ad-
uocare rem, præter quàm à priore, vel qui ab eo habet cau-
ſam ꝑ. eodem. l. creditor. ꝑ. reſpon. & l. ſi prior. ꝗ. ſi ſimpli-
citer.





## De diſtractione dignorum, vel hypothe-carum.

Diſtrahi pignus dicitur, cum à creditore vendit: poteſt enim
creditor pignus ex pactione (quāuis eius ea res non ſit) aliena- Reluere
re. Eo ipſo enim quòd debitor non reluit, id eſt, liberat pignus pignus.
ſuum, videtur dare licentiā creditori de vendēdo. Et tūc relin-
quitur arbitrio creditoris ex pignoribus ſibi obligatis, quibus
velit diſtractis ad ſuū cōmodū peruenire. Sed hoc diſtinctionē
recipit: quia aut actū eſt inter partes de vendendo, & nuntiabit
creditor ſemel debitori de luendo pignore: & tunc vendat, iu-
ſta tamen cōditione. Si aūt cōuentū fuit, vt nō vendatur, nihilo
minus creditor vendere poteſt: ſi tū ter denūtiauerit debitori vt
ſoluat, & ceſſauit. Alioquin furti tenetur. ꝟ. de pigno. act. l. ſi cō
uenerit. Eſt aūt illa tertia denuntiatio facienda, & poſtea neceſ Ter nū-
ſariū eſt labi biēniū. Sicut & multo magis vbi creditor nō cōue tiare.
nit de cōtrahēdo, vel nō diſtrahēdo. Sed vbi nihil cōuenit, ſuffi
cit vna denūtiatio & poſtea elapſo biennio poterit fieri vēdi-
tio. C. de iure dot. nup. l. vlti. ſi eſt ſpeciale quòd iſtud pactū de
nō vendēdo non præiudicet creditori, quin poſsit alienare pi-
gnus, & hoc propter publicā vtilitatem, ne creditores retrahan
tur à mutuando, ſed potius inuitentur.

## Quibus modis pignus vel hypotheca ſoluitur.

Soluitur hypotheca, ſi ab ea diſcedatur voluntate credito-
ris, aut creditor paciſcatur, id eſt, pactum faciat de remittendo
debitum: vel ſi cōuenerit vt pro hypotheca fideiuſſor daretur,
& ille datus ſit: tunc enim ſatiſfactum videbitur vt hypothe- Satisfit-
ca liberetur. Intelligitur etiam ſatisfactum creditori, ſi iuſiuran credito
dum delatum debitori datum eſt, id eſt, ſi deferente creditore ri.
iurauit debitor rem non eſſe hypothecæ obligatam. Item libe-
ratur pignus ſiue ſolutum eſt debitum, ſiue eo nomine ſatiſfa-
ctum eſt. Sed & ſi tempore finitum eſt pignus, idem dicere de-
bemus: vel ſi qua ratione obligatio eius finita eſt: qa fortè ad cō
ditionē fuit obligatū, quouſq; īperator venerit Romā, &c. Qui
ergo parat⁹ eſt ſoluere, merito pign⁹ videt̄ liberaſſe: q verò nō ſol
uere, ſed ſatiſfacere parat⁹ eſt. ī diuerſa cā eſt: niſi creditor pla-
cuerit ſatisfactio. Dicit̄ aūt Satiſfacere, q nō debitū ipſum ſoluit Satisfa-
ſed pignus, vel fideiuſſorē dat: quam ſatiſfactionē creditor in- cere.

uitus admittere non tenetur. Si autem eam admiſerit vice ſolutionis, ſibi imputare debet. Item ſi creditor conſenſerit venditioni pignoris, liberabitur hypotheca. Idem ſi quoquo mō tollatur perſonalis & principalis obligatio. Si tñ tollatur ipſo iure & cū effectu, vt per cōfuſionē vel ſucceſsionē. Nam vbi tollitur ipſo iure, ſed non cū effectu: non præiudicatur in hypotheca: vt ʃ. ad Trebel. ʃ. debitor, & de exhi. rei iudi. l. penul. §. latinus. Vbi verò actio principalis tollitur per exceptionē xxx. annorū, nihilominus durat hypothecaria vſque ad xl. annos. & C. eo. l. ij. De diſſolutione aūt obligationis pignoris dicitur C. de remiſ. pign. & de luitione pigno. per totum.

LIBER XXI.

## De ædilitio edicto, & redhibitoria, & quanto minoris actione.

Redhibitoria. Redhibere.

EX hoc edicto dantur tres actiones. Redhibitoria, qua venditor rem venditā recipere tenetur. Eſt enim Redhibere, facere vt rurſus habeat vēditor quod habuerat: & quia reddēdo id fiebat, idcirco Redhibitio eſt appellata, quaſi redditio. Et eſt tps redhibitionis ſex mēſes vtiles ex die vēditionis, qñ emptor vitiū rei ſupinè ignorauit: aliàs ſi ſciuit, nō agitur. Si aūt ignorauit nō ſupinè, ſed abſolutè, tūc ex die quo ſciuit. Secunda actio eſt. Quāti minoris: quæ datur contra vendētē rē vitioſam, vel morboſam in tātā æſtimatiouē quāti minoris ex vitio vel mōlatēriore iſta eſt, quàm fuerit æſtimata tēpore venditionis, Et datur iſta actio ad annū vtilem. Tertia actio eſt In factū, quæ datur cōtra venditorē quanti intereſt emptori eam rem emptā non fuiſſe: & durat Lx. dies. Et apponitur hoc edictum ædilitium, quia ædiles currules has actiones poſuerunt. Et dicti erāt Aediles, quia edendorum, & ædium curam habebāt. Edendorum in hoc, vt morboſa caro non venderetur, vel nimis grandi pretio, vel vitioſum animal. Aedium autem curam in hoc, ne quid in via poſitum eſſet. Item ne incēderentur ædes: vt diximus. ff. de offi. præf. vig. l. j. Curtules autem ideo, quia propter eorum dignitatē in curribus deferebantur. Et datur Redhibitoria ex quinq; cauſis. Primo propter morbū, ſcilicet corporis: quando ex tali morbo vſus rei multum impeditur: aliàs enim non agitur, Secūdo propter vitium, quòd dictū eſt abeſſe, cùm

Quanti minoris. Infactū. Aedilitiū edictum. Aediles. Curru les. Redhibitio qñ detur.





cùm aſsit. Et dicitur Vitium, animi corruptio, etiā in iumētis. In ſeruo autem nō dicitur Vitiū, niſi ſit fur, & erro: vel qui commiſit crimen capitale, vel mortem ſibi conſciuit. Item ſi dictū ſit adeſſe, cùm abſit: vt ſi multū eſt cōmēdatus ſeruus venditus de induſtria & ingenio ſuo: cum tamen ſit iners ſclauus. Et eſt cauſa huius edicti, vt occurratur fallacijs vendentium, & emptoribus ſuccurratur, quicunq; à venditoribus decepti fuerint, etiam ſi venditor ignorauit: quia non curamus hoc caſu, neque intereſt emptoris, an ignorantia venditoris fallatur, an calliditate. Eſt & aliud edictum ædilitium, ne quis canē, verē, aprum, vrſam, pantherem, leonem, aliud ve animal quod nocet, quò vulgò iter ſit, teneat: quòd ſi contra factum fuerit, & homo liber ex ea reperierit, cc. ſolidi præſtabuntur: Si nocitū homini libero dicetur, quanti iudici videbitur condemnatur: cæterarum rerum quantum damnum factum ſit in duplum. ʃ. eo. l. hi enim. §. j. & l. generaliter. & l. qua vulgo. Item pro damno poteſt agi vtili actione de pauperie. Inſtitu. ſi quad. pau. fe. di. §. vltimo.

Edictū cōtra tenētes fera aīalia

## De euictionibus, & ſtipulationibus dupli.

Venditor cum rem vendiderit, tenetur promittere emptori, quòd ſi quis eam rem euicerit (id eſt, probauerit eſſe ſuam) de reſtituendo, quod eo nomine receperit: & vocatur iſta cautio Euictionis ſtipulatio. Eſt ergo Euictio emptæ rei, vel ex alia iuſta cauſa acceptæ per iudicis ſententiam abductio: vel alio euiacente, cauſæ amiſsio. Nec enim neceſſarium eſt ſemper rem abduci, vt videatur euicta. ʃ. eod. l. euicta. §. j. Ad hoc autem vt quis poſsit agere de euictione, tria debent interuenire. Primò quòd præceſſerit contractus ad hoc habilis. Secundò, quòd ſtipulatio de euictione ſit interpoſita. Tertiò, quod res ſit euicta. Si igitur emptori libri, equi, vel prædij, vel alicuius rei lis mouetur, debet hoc venditori denuntiare l. emptor fundi. C. eod. titu. & requirat eum vt ipſum defendat. l. ſi rem. §. fin. ʃ. eodem. Et vt aſsit cauſæ, & cauſam inſtruat: puta dando inſtrumenta, vel teſtes, vel alia ad cauſam facientia, vel vtilia, ſi quæ habet. Niſi enim hoc fecerit emptor, non poteſt agere de euictione, etiam re euicta. Fallit hoc, vbi per venditorem ſteterit, qur minus ei denuntietur: vel vbi ignoretur venditor. l. ſi ideo. §. præſenti. ʃ. eod. Sunt autem quædam cauſæ in quibus

Euictio. Requiſita in euictione.



Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

bus venditor emptori duplam promittere debet, ſi non aliud
conuenerit. Sed non intelligamus hoc ex omni re neceſſarium
fore: ſed de his rebus, quæ pretioſiores eſſent: puta ſi margaritas
vel ornamenta pretioſa, vel veſtes ſericas, vel quid aliud non cõ
temptibile, id eſt, magni valoris quis vendiderit. In alijs autẽ
rebus ſit ſtipulatio ſimplex.

### De exceptione rei venditæ.

Eniace- Contigit aliqñ, quòd poſtquã venditor rẽ vẽdidit, ipſe, vel
re. alius, qui ei ſimilis ſit, conatur eandẽ ab emptore euincere, id eſt
repetere. Cõtra quos emptor opponere poteſt exceptionẽ rei vẽ
ditæ, & repellere ipſum venditorem, qũ eius mandato alius vẽ
didit: vel etiã ſi ipſe venditor p ſe poſtea vellet vendicare, id eſt,
pbare eſſe ſuã. Et habet quis hanc exceptionẽ, etiã ſi res nõdum
Exce- fuerit tradita, dummodo poſſeſsionem ſiue vitio nactus
ptio rei fuerit. Et prodeſt exceptio rei venditæ & traditæ nõ tãtũ ei, cui
ven. res eſt tradita: ſed etiã ſucceſſoribus eius, & ſecundo emptori.

## LIBER XXII.

### De vſuris, & fructibus, & cauſis. & omnibus acceſsionibus, & mora.

ACcidit quandoque, quòd ad principales petitiones, ſiue
perſonales ſint, ſiue reales, aliquid aliud præter ſortem
Vſuræ (id eſt, debitum principale) peti poteſt: de quo tractat hic titul.
qũ pe. Et primo de Vſuris, quæ ſcilicet ex pecunia proueniunt, & dici
tur acceſsio ciuilis, quia extra corpus venit. Item & de Fructi-
bus, ſcilicet prædiorũ, quæ eſt naturalis acceſsio: vt J. de verbo-
rum ſignific. l. vſura pecuniæ. Item & de Cauſa, vt de partu, &
primo, & ſequentibus: vt J. eo. l. equis. Item de omnibus acceſsio
nibus, ſcilicet prædictis, & alijs: quia non eſt nouũ poſt ſpecia-
lia generale ſubijci verbum. ff. ad legem aquiliam. l. ſi ſeruus. §.
inquit. Item quia occaſione moræ, id eſt, negligentia debitoris
Mora. prædicta eueniunt, dicit etiã de Mora. Et intelligitur mora fie
ri, nõ ex re, ſed ex perſona: ſi interpellatus opportuno loco quis
non ſoluerit, dicitur eſſe in mora. Et eſt ſciendum, quòd olim
de iure ciuili vſuræ omnes erant permiſſæ: hodie autem ex
quo leges in materia præſenti non dedignantur imitari ſacros
canones: vt in Autenti. de eccleſ. titul. §. primo: collatio. ix.
Ideo



Ideo dicim⁹, qđ etiã hodie de iure ciuili vſurę ſunt ꝓhibitę. Eſt
aũt Vſura qcqd vltra ſortẽ accipitur: vbicũq; enĩ ampli⁹ req̃ri-
tur, quã qđ datur, etiã ſi ſit eſca. vel veſtis, vel alia res vilis, etiã
quæ non cõſiſtat in pecunia q̃ accedit ſorti principali, qđcũq;
nomẽ ei imponas, vſura eſt. Cõtra qđ clamat diuina autoritas
Mutuũ dãtes nihil inde ſperãtes. c. cõſuluit. de vſuris. Et cõmit
titur vſura in his reb⁹, in quibus eſt mutuũ, id eſt, quæ cõſiſtũt Qñ com
in põdere, numero, & mẽſura. In alijs aũt reb⁹, puta equo, vel do mittit.
mo aut libro, licitum eſt recipere ſortem & lucrum: quia in his
nõ trãſfertur dñium, ſicut in mutuo, in quo res ſtatim eſt peri-
culo eius qui accepit. Ergo incõuenies eſſet, ſi aliqs pro tali re a
liquid dãdo grauaretur. In ſex aũt caſib⁹ nõ cõmittitur vſura. Qñ nõ.
Primò fauore eccl. de vſur. c. j. & c. cõqueſtus. Scđo cũ fideiuſſor
ſoluit ſortẽ & vſuras, põt petere vſuras à principali: de fideiuſ.
c. cõſtituris. Tertiò cũ pœna petitur præter ſortẽ. xij. q. ij. legi- Vnde di
bus. Quarto cũ petitur vſura tãq̃ intereſſe. vt dicit gl. in d. c. cõ- catur.
queſtus. & in l. eos. C. eo. Quintò, cũ recepitur aliqd pro re, quę
non conſiſtit in numero, pondere, vel mẽſura: vt ſupra dixim⁹.
Sexto ratione incertitudinis. de vſur. c. in ciuitate. Et dicitur v-
ſura, quia vſus rei vẽditur: & pro nudo vſu aliquid recipitur.

### De nautico fœnore.

Nauticũ fœnus eſt, quod ꝑpter nauticã, vel quaſi nauticã pe
cuniã exigitur. Eſt aũt nautica pecunia, quæ periculo creditoris
in nauigio ſuſcepto dať traijciẽda. Quaſi nautica eſt, vt cũ peri Pecunia
culũ mutuatæ pecuniæ in me recipio. ſi aliqua cõditio nõ exi- nautica
ſtat, & exiſtẽte cõditiõe, idipſm qđ credidi recipiã cũ cẽteſima
vſur. J. eo. peric. In his aũt multa ſpecialia ſũt. Nã vſurã cẽteſimã
licet ſtipulari, id eſt, tãtũ quãtũ eſt ſors reuoluto anni ſpacio. Et
incipit currere hęc vſura, ex quo nauẽ nauigare conueniat: & q̃
diu pertinet periculũ ad creditorẽ. J. eo. l. in nautica. & l. j. & l.
Item & hæc vſura debetur ex nudo pacto. J. eod. l. pericu. §. vlti.

### De probationibus, & præſumptionibus.

Probatio eſt rei dubiæ per argumẽta oſtenſio, ſecundum
Azo. vel eſt rei dubiæ in iudicio per legitiuos modos facta de-
claratio. Et ſecundũ Pla. dicitur à Probè aduerbio, facit enim
probè, qui probat: manifeſtat enim dubium, vincit aduerſariũ.
& euitat pœnam non probantium. Vel dicitur Probatio, quaſi
propalatio vel manifeſtatio eius quod dubiũ eſt. & eſt regulare
quod

Universidade de Deusto Biblioteca



quod ſemper ei incũbit probatio, ꝗ dicit:& iſta regula eſt affir-
matiua. Fallit aũt in multis caſibus notat. per gl. Inſt. de l. §.
quod aũt dicim⁹. & C. eo. l. actor. & C. de eden. l. ꝗ accuſare. & in
c. vno. vt ecc. bñ. Præſumptio aũt eſt triplex. Nã quędã eſt talis,
cui ſtatur, etiã ſi contrariũ quis probaret. Et iſta appellatur iu-
ris, & de iure: vt eſt in dote mulieris ſtipulata. Alia eſt, cui ſta
tur, donec contrariũ probetur. vt ſi res ſit patris, pręſumitur hæ
redis eſſe. Tertia, cui non ſtatur aliquo mõ, niſi habeat admini
culũ: vt probatio per priuatũ iſtrumẽtũ. C. eo. l. inſtrumẽta. Et
differt Præſumptio à Fictione: quia fingitur ſup eo qđ eſt certũ,
Præſumptio ſup incerto: vt dicit gl. in l. vna. C. de rei vxo. act.
Et ſunt in materia præſumptiõis varia vocabula: Aliqñ appel
laſ Indiciũ. C. de rei vend. l. iudicia. Aliqñ ſuſpicio. l. abſentẽ. ff.
de pœ. Aliqñ Opinio. l. iij. §. eiuſdẽ. ff. de teſti. Aliqñ præſum-
ptio Temeraria. de ſent. excom. inquiſitioni. Aliqñ præſum-
ptio Nõ modica c. ſuper eo. de teſt. Aliquãdo præſumptio. Pro
babilis. d. c. inquiſitioni. Aliquãdo Vehemens. c. literas. de reſt.
ſpo. Aliquãdo Violenta, quæ idem eſt quod vehemens. c. cum
continentia. de hæred. lib. vj. Et de varijs generibus præſum-
ptionũ eſt gl. in c. is qui. de ſpon. & in c. quãto. & c. ſcribã. de prę
ſumpt. ponit Barto. in l. admonendi. ff. de iureiurãdo.

Pręſumptio triplex.

Iuris & de iure.

Fictio

Pręſumptio variè appellata.

## De fide inſtrumentorum.

Inſtrumẽti appellatione, largo ſumpto vocabulo, omnia ex
accipiẽda ſunt quibus cauſa inſtrui poteſt: & ideo tam teſtimo
nia, quàm perſona inſtrumentorum loco habentur. Strictè au
tem accipitur pro ſcriptura quæ fit ad probationem alicui⁹ rei
in futurũ faciendã: vel ſcriptura ad memoriã alicuius rei confe
cta. Et ſunt inuenta inſtrumẽta ad faciliorẽ ꝓbationẽ. Fiũt enĩ
ſcripturæ: vt quod actũ eſt, per eas facilius probari poſſit. l. con-
trahitur. ff. de pig. Et ſunt tria vocabula principalis inſtrumẽ-
ti: ſcilicet Originale, Autenticũ, Exemplar. Itẽ alia nomina in
de extracta: ſcilicet Index, Exemplũ & Sumptũ vel etiã memo-
ria: vt C. de edẽ. Autẽ. ſi ꝗs in aliquo. Et cui fides habeaſ, tractat
gl. in l. ij. ff. eo. Nã ſoli publico inſtrumẽto habetur fides per ſe,
id eſt, ſine alicuius adminiculo: eo quòd ſine vituperatione ali
qua appereat: vt in Auten. eo. ti. §. ſi vero morãtur, niſi is, con-
tra quem profertur, probet eſſe falſum. C. eo. l. ſynceris. calum
nioſam enim ſcripturã vim obtinere nõ oportet. ff. eo. l. ij. Si ve
rò

Inſtrumẽtorũ varia nomina.



rò non ſit publicũ inſtrumẽtũ ſed priuatũ: fides non habetur ei
niſi per teſtes id probetur: vel per comparationẽ literarũ. C. de
proba. l. inſtrumẽta. Alioquin ſi eſt ſcripta manu illius, cõtra
quẽ agitur, facit fidem contra ſcribentẽ. Quod ſi neget eſſe ma
nũ ſuã, recurritur ad comparationẽ literarũ. l. comparationes.
C. eo. ipſe negans condẽnatur in duplũ, ſi probatur de manu
ſua confecta: in Autẽ. contra qui propriã. C. de non nu. pec.

## De teſtibus.

Vſus teſtimoniorũ ab his præcipuè exigendus eſt, quorum
fides non vacillat. Et poſſunt adhiberi teſtes non ſolum in cri
minalibus cauſis, ſed etiã in pecuniarijs litibus. Et recipiantur
hi in teſtimoniũ, quibus nõ interdicitur teſtimoniũ: de quibus
l. iij. §. j. & l. idonei. & l. te. l. nullus. & l. ob carmen. &c. ff. eo. vel
qui nulla lege à dicendo teſtimonio excuſantur. de quibus ff. l.
iij. §. lex Iulia. & l. inuiti. de teſt. quæ excuſat ſenes. qui ſunt ma
iores annis ſeptuaginta: & valetudinarios, id eſt, qui morbo
detinentur: & milites, vel eos qui Reipu. cauſa abſunt, vel qui-
bus venire non licet. Dicebantur autem Teſtes antiquitus Su-
perſtites, eo quòd ſuper ſtatu cauſæ proferebantur. Nunc autẽ
parte dominis ablata per aphæreſim Teſtes ſolum dicũtur. c. fo
rus. de verb. ſig. Et in teſtibus conſiderantur hæc: Aetas, condi
tio ſexus. diſcretio, fama, Et fortuna fides, in teſtibus iſta requi
res. gl. in l. iij. ff. eo. & in c. ij. ex. eo.

Supſtites.

## De iuris & facti ignorantia.

In hac materia quatuor ſunt quæ videtur idem, ſunt tamen
diuerſa: ſcilicet Ignorantia, Neſcientia, Error, & Titubatio. Pri
mum ſumitur in malam partem: qui ſcilicet debet ſcire, & igno
rat: vnde dicitur. Qui ignorat ignorabitur. c. niſi cum pridem.
de renum. Neſcire autem in bonã & malã partem. Nam omnis
ignorans neſcit: ſed nõ conuertitur. Error autẽ eſt, cum aliud
eſt quam credam. Quod autẽ aliud ſit errare, quàm ignorare,
patet, quia dicit lex, Si poteſt poſſeſſio acquiri ignoranti, ergo
& erranti ff. de acqui. poſ. l. ſi me in vacuum. §. j. Titubatio verò
cùm hincinde diuerſa vel contraria ſcire videor, nec alicui eo-
rum magis animum applico. C. de condi. inde. l. fin. Et licet in
alijs ſit differentia inter iſta quatuor, tamen quantum ad hunc
titulum non eſt differentia: nam omnia ad factum & ad ei⁹ re
feruntur. Et eſt regula in hac materia: Iuris quidẽ ignorantiam
cuiq;

Ignorãtia.

Error.

Tutubatio.

Universidad de Deusto Biblioteca



cuiq; nocere, Facti verò ignorãtiã minime: quod ita intelligẽdũ
eſt, quòd iuris ignorãtia non prodeſt acquirere volẽtibus, ſuũ
verò parentibus non nocet Et quod dicitur ignorãtiã facti nõ
nocere, ita intelligendũ eſt, ſi nõ ſit ſupina ignorãtia, id eſt, ne-
Ignorã- gligẽtia craſſa vel effectata. Circa quod ſciẽdũ, quòd Ignorãtia
tia iuris. alia eſt iuris, alia facti. Iuris, alia iuris naturalis, alia ciuilis. Fa
cti, alia eſt ꝓbabilis: alia non probabilis. Naturalis iuris igno-
rãtia, eſt in filiũ, qui credebat ſibi licere pulſare parẽtẽ: vel non
procurare eum furioſum, vel captiuũ non redimere, cũ ipſe fi-
lius ſit maior XVIII. an & ideo non parcitur ei, quò min⁹ exhę
redetur, vt in Auten. vt cum de app. cog. §. cauſas. coll. viij. De
ſecũda, ſcilicet quaſi naturalis iuris, pone exemplum in liberto
& patrono. C. de in ius vo. l. ii. De tertio, ſcilicet iuris ciuilis,
pone exemplum in l. j. §. eo. Sed in hoc tertio membro ſubdi-
ſtinguitur. Nam aut ignorans certat de damno vitando, & tunc
nõ nocet: vt ſ. dictum eſt. Fallit in debito. l. error. C. ad le. fal.
Si autem ignorans certat de lucro captando, ſubdiſtingue, an
potuerit conſulere ſperitiores, & tũc ei noceat, id eſt, non pro-
ſit. An non potuit conſulere, & tunc non noceat. l. regula. §. ſed
Spõſus. iuris §. eo. Facti autem ignorantia ſi eſt probabilis, vt in facto
alieno, tunc prodeſt in compendijs, & non nocet in damnis. l.
error. §. e. Aut eſt non probabilis: vt eſt in facto proprio: vel in
alieno facto ſi eſt ſupina ignorantia, & tunc non excuſat. Fal
lum autem prædicta de ignorantia iuris, vel errore, in minori
bus, fœminis, militibus: vt in l. regula. ſ. allegata.

LIBER XXIII.

## De ſponſalibus.

SPonſalia ſunt mentio & repromiſsio futurarum nuptia-
rum. Et dicuntur ſponſalia à ſpondendo. Nam moris fuit
veteribus ſtipulari, & ſponderi ſibi vxores futuras: vnde &
Sponſi Sponſæq; appellatio nata eſt. Et ſufficit nudus conſen-
ſus ad conſtituenda ſponſalia. Deniq; conſtat & abſentem ab-
ſenti deſponderi poſſe. Et hoc quotidie fit: dũmodo hi qui ab
ſunt ſciant eorum nomine ſponſalia fieri, aut ſi poſtea ratum
Aetas in habuerint. Et in ſponſalibus ætas contrahẽtium diffinita nõ
ſpõſali- eſt, ſicut in matrimonijs: quapropter primordio ætatis ſponſa
bus. lia effici poſſunt: ſi ſaltem id fieri ab vtraque perſona intelli
gatur, id eſt, ſi perſonæ non ſunt minores ſeptem annorum: &
hoc



hoc tenet glo. Inſti. de nup. §. j.

## De ritu nuptiarum.

Ritus nuptiarũ exponitur, id eſt, de feſtiuitate, ſiue ſolẽnita
te nuptiarũ. Et hæc quatuor, Matrimoniũ, Nuptiæ, Coniugiũ,
Conſortiũ, idẽ ſignificant. Contubernium verò eſt tamũ inter Contu-
ſeruos. l. ſerui. C. de adul. Et ſunt ſunt nuptię ſiue matrimoniũ berniũ.
coniunctio maris & fœminæ, indiuiduã vitæ conſuetudinẽ cõ Nuptię.
tinens, & conſortiũ omnis vitæ, & diuini & humani iuris cõmu
nicatio. Inſti. de pat. pot. circa princ. iũcta gl. Et dicũtur nuptiæ
à nubẽdo, id eſt, velãdo: quia mulieres velatæ & quaſi ſub nube
incedere debent. xxxiij. q. v. hæc imago. Matrimoniũ aũt appel
latũ eſt, quia mulier nubit vt mater fiat: & qa onera, dolores, & Matri-
pericula partus mulier ſubit, ideo potius à matre quàm à patre moniũ.
matrimoniũ appellatur. c. fi. de conuer. infide. & l. fi. C. q po. in
pig. Coniugiũ aũt dictũ, quia cõi iugo & æquali cõiuges vitã tra Coniu-
here debẽt, licet aliqñ diſpari tractu. Cõſortiũ aũt dictũ eſt, quia gium.
oĩs vitæ ſocietas inter eos cõicari debet. Sunt aũt quæ nuptias Conſor
fieri ꝓhibẽt, & factas diſſoluũt, quæ no. p gl. Inſt. de nup. §. ſunt tium.
& aliæ Et cõtinẽtur his verſibus: Aetas, cõditio, numerus, mona Matri-
chatus, & ordo, Adop. nobilitas, ſanguis, tutela, poteſtas, Fons moniũ
ſacer, affinis, raptus, repugnat honeſtas: Irrita quæ faciunt cõ qñ impe
nubia legibus hæc ſunt. Secũdũ canones aũt Ioã. an. in ſummu ditur.
la ſup quarto Decre. ponit alios verſus iſtos videlicet: Error, cõ
ditio, votũ, cognatio, crimẽ, Cult⁹ diſparitas, vis ordo, ligamẽ
honeſtas. Si ſis affinis, ſi forte coire nequibis: Hæc copulãda ve
tant, connubia facta retractant.

## De iure dotium.

Reipublicæ intereſt mulieres dotes ſuas ſaluas habere, pro-
pter quas nubere poſsint. Et appellatur Dos, datio quædã, quæ
noĩe vxoris marito ad perferẽdũ onera matrimonij cõſtituiť. Dos.
Et qa dos ĩtuitu matrimonij fit, ideo dotis appellatio ad ea ma
trimonia nõ refertur, quæ cõſiſtere nõ poſſunt. Neq; enim dos
ſine matrimonio cõſiſtere poteſt, ſed benè ecõtra. Vbicũq; igiť
matrimonij nomẽ nõ eſt, nec dos eſt. Et eſt duplex dos: Profecti Dos pro
tia, quæ à patre vel à parẽte, id eſt, auo paterno, vel pauo ꝓfecta fectitia.
eſt, de eius bonis vel facto. Siue igiť parẽs dedit dotẽ, ſiue ꝓcura
tor eius, ſiue iuſsit aliũ dare, ſiue cũ qs eius negotiũ gerẽs dediſ
ſet, parens ratũ habuerit, vel eius intuitu collata. Profectitia dos
eſt

Universidad de Deusto Biblioteca

eſt.Si autē aliunde,puta ex bona fortuna pro muliere dos con-
Aduentitia. ſtituitur,Aduentitia dos appellatur.Et licet dominium dotis
maneat apud vxorem,tamen fructus dotis ad meritum perti-
nere debere æquitas ſuggerit,id eſt,perſuadet.cum enim ipſe
onera matrimonij ſubeat,æquum eſt etiā eū fructus percipere.
Dotis Dotis autem cauſa data accipere debemus ea,quę in dotē dātur
cā data. autem cauſa data accipere debemus ea,quæ in dotem dantur:
cæterùm ſi res dentur ea quæ Græci parapherni dicunt,quæq;
Galli Peculium appellant,id eſt,quæ mulier habet præter dotē
non ſtatim mariti efficiuntur:niſi ſic dentur:vt eius fiant.

## De pactis dotalibus.

Nedum ante nuptias licet ſuper dote paciſci,ſed etiam pòſt.
Quādo Non tamen ſuper dote licet in omni caſu vel omnibus paciſci
liceat pa ante nuptias,& pòſt:vir enim cum vxore conſtante matrimo-
ciſci ſu- nio paciſcendo ſuper dote,ſi quidem donationis cauſa faciat,
per dote aut confertur pactum donationis ſuper dote appoſitum in tem
pus matrimonij,& non tenet.Si verò collatum ſit pactum poſt
matrimonium ſolutum,& tenet,niſi inuitetur quis ad furan-
dum.Sunt & alia Pacta quædam, quæ circa dotem appoſita
quandoque valent,quandoque improbata ſunt, & moribus &
& legibus,& propterea inualida,de quibus tractat hic tit.& C.
de pac.initis,&c.

## De fundo dotali.

Lex Iulia, quæ dotali prædio proſpexit, ſtatuit,ne marito
liceat obligare,aut alienare fundum dotalem:& idem de ſpon-
Fundus ſo.Dicitur autem Fundus dotalis,qui ab vxore marito in do-
dotalis. tem traditur.Fallit hoc in quatuor caſibus.Primò,quando ma
ritus prouocatur ad diuiſionem fundi dotalis,qui cum altero
communis eſt.l.fin.C.de fun.dot.Secundò,niſi ex neceſsitate,
puta quia aliter viuere non poteſt:vel vt exeat carceres.l.j.C.
de libe.cau.Tertio,niſi cum vniuerſitate bonorum ipſius ma-
riti tranſeat.l.ij.J.eod.titu.Quartò,niſi vertatur ad vtilitatem
mulieris.l.ij.J.eod.tit.

## LIBER XXIIII.

## De donationibus inter virum, & vxorem.

COmprobatum eſt moribus,id eſt,iure ciuili,ne inter vi-
rum,& vxorē cōſtante matrimonio donationes valerēt
& hoc ideo:ne mutuo amore inuicē ſpoliarentur,ſi do-
natio



nationibus non obtemperarent:nec eſſet eis ſtudium liberos
potius educandi.Et ſæpe futurum eſſet,vt deſtituarentur,ma-
trimonia,id eſt,ſeparantur,vel exhaurientur : ſi non donaret
is,qui poſſet:atque ea ratione euenturū eſſet , vt venalia eſſent
matrimonia,quod eſſe non debet.l.ij.C.de inuti.ſtipu. Voluit
igitur lex inter virū,& vxorē donationes prohibere,exiſtimās
honeſtū amorē ex animo pēdere debere,non ex lucro:& ne con
cordia pretio conciliari videtur:néve melior in paupertatē in-
cideret,& deterior ditior fieret.J.eo.l.j.ij.& iij.Prohibentur igi
tur iſtæ donationes cōſtāte matrimonio fieri:quibus factis do
nans fit pauperior,& recipiens locupletior.Iſtæ appellantur Lu Dona-
cratiuæ donationes.Remuneratiuæ aūt,puta ſi plebeius nobilē tiones
vxorē ducat,aut plebeia militē,vel ruſticana virū literarū,aut lucrati-
dignitate præditum recipiat : poteſt in compenſationem præ- uæ.
eminentiæ aut prærogatiuæ nobilitatis aut dignitatis aliquid Remu-
donare:iſtud enim conſtitutionibus principum permiſſum eſt. nerati-
C.eod.tit.per totum. uæ.

## De diuortijs.

De diuortijs,id eſt,diſiungendis matrimonijs olim contra-
ctis loquitur hic titulus.Eſt autem diuortiū propriè inter con Diuor-
iunges,qui ſemel coniuncti legitimè diuortiantur,id eſt,ſepa- tium.
rantur.Repudium autem eſt inter ſponſos,qui prius legitimè
coniuncti non fuerant,& nunc à coniunctione abſtinent.Sed Repu-
promiſcue iura vtuntur his vocabulis.l.diuortio.§.j.de verb.ſi dium.
gni.Et erant olim multæ cauſæ ex quibus diuortia fierent,quæ
enumerantur C.eo.l.cōſenſu.Additis tribus per Iuſtinianum
vt in auten.de nup collat.iiij.§.has itaque.Hodie autem paucę
ſunt:vt in auten.vt liceat ma.& auiæ.§.quia verò plurimas.col Cauſæ
lat.viij.Secūdum canones aūt nullæ ſunt cauſæ diuortij veri: diuor.
quia non fit diuortiū,niſi ex cauſa conſanguinitatis:& tūc non
dirimitur,ſed magis nullum declaratur.Item propter adulteriū
ſed tunc non ſit diuortium,quia aliā accipere non poteſt, licet
debitum reddere nō teneatur:vt dicit gl.in.l.diuortio.ff.de ne-
go geſtis.Diuortium aut dictum a diuerſitate mentiū:vel quia
in diuerſas partes eunt qui diſtrahūt matrimoniū.Et in diuor
tio,non eſt niſi vnum verbū quod animo conſtituendi perpe-
tuam diſſenſionem facit,hoc modo. Res tuas tibi habeto:res
tuas tibi agito.In repudijs autem,id eſt,in renuntiatione quæ
f in

Universidad de Deusto Biblioteca



in ſponſalibus diſcutiendis ſit, interuenit renuntiatio in hæc verba, Conditione tua non vtar. Et in illa neceſſarij ſunt teſtes ſeptē ciues Romani, puberes, & rogati. Item neceſſaria eſt ſcriptura, vel libellus. licet enim ſolo conſenſu contrahatur matrimoniū: nō tñ ſolo diſſenſu diſſoluitur, ſed neceſſaria eſt ſcriptura. fauor enim liberorū imperat ſolutionē matrimonij difficiliorē eſſe. Itē neceſſariū eſt, quod duret volūtas eius, q miſit libellū repudij. Nam ſi pœnituerit eū, & p ignorātiā mutatæ volūtatis obligatus eſt alter, durat matrimoniū, niſi pœnitētia cognita, is qui accepit voluit matrimoniū ſoluere: tūc enim p eū qui accepit ſoluitur matrimoniū. C. eo. l. cūſenſu. in princ. & ſ. eo. ſi pœnituerit. Itē neceſſariū eſt quod fiat remiſsio libelli animo cōſtituēdi perpetuā diſſenſionē: quicquid enim calore iracundiæ fit, vel dicitur, non prius ratū eſt, quā pſeuerātia declaret iudiciū animi fuiſſe. Ideóque per calorē miſſo repudio, ſi in breui reuerſa eſt vxor, nec diuertiſſe videtur. ſ. eo. l. diuor.

*Quæ neceſſaria in repudijs.*

# DIGESTI

## INFORTIATI

### TITVLI.

IN hoc principio Infortiati nō eſt caput noui libri ſed diuiſio præcedētis viceſimi quarti. Facti ſunt enim pro dotibus tres ſingulares libri: vt eſt text. in proœ. ff. §. alterutri. Et cōſtat vnū eſſe de ſpō. ſ. lib. xxiij. Aliū de dona. inter vi. & vxo. vt. ſ. lib. xxiiij. ſub quo & comprehenditur præſens titulus. Tertius de impenſis in rebus dotalibus factis vt ſ libro proxi. ergo hic nō poteſt eſſe caput libri: vt C. de ve. iur. enu l. ij. §. poſt hos. Et dicitur Infortiatum addendo eius ſubſtantiuum, ſcilicet ius, vel Digeſtum. Appellatum ex eo (vt quidam volunt) quia forte ius id eſt, efficax, & validum circa hæreditates continet: vel ita denominatum ab eius inuentore vel autore, ſicut Publiciana, & Triticaria. Vel, quod melius eſt, nomen eſt magiſtrale, de quo

*Infortiatum.*



quo diſputare, cur impoſitum ſit, relinqtur pertinacibus, ſecundū Tul. ad Hærēniū. Et quia plura ſunt negotia quā vocabula. ſ. de præſcri. ver. l. natura. Alij dicūt qđ ab Infortiaſin Chaldęo vocabulo denoīatur, qđ idē eſt qđ diſpoſitio: q a vltimæ diſpoſitiōes & volūtates hoc libro cōtinēt. vnde ſolet dici.

Sunt liber ſortis diſponens prælia mortis,
Et clauſis poris me diſcat lector in hortis

## Soluto matrimonio quemadmodum dos petatur.

Quibus modis matrimoniū diſſoluatur: diximus ſupra de ri tu nuptiar. & de diuor. quocūq; ergo modo diſſoluatur matrimoniū habet locū hic ti. j. de ver. ſig. l. cū quærebatur. Et not. quod dicit matrimonio: alias enim nulla actio cōpetit, ſi ſciēs nō valere matrimoniū dotē dederit. Si aūt ignorās, cōdictio ob cām locū habet. l. j. C. de cond. ob cau. Quēadmodū, id eſt, per quos: vt ſ. e. l. ij. Et à quib⁹, & in quātū. ſ. e. l. maritū. Et qñ, qđ cōſtat ex ipſo rubro. ſcilicet ſoluto matrimonio: Petatur, id eſt, repetatur: & ita ſimplex pro compoſito ponitur ſic ſ. de pig. act. l. petenti. Debet itaque ſoluto matrimonio dos ſolui mulieri, & olim ſoluebatur ſibi annua, bima, trima die, id eſt, quolibet anno tertia pars. Hodie autē immobilia ſtatim: mobilia intra annum: vt C. de rei vxo. act. l. vna. §. exactio. Fallit in caſibus, quibus dos ſoluitur, ſed non mulieri. Primo quā do culpa mulieris ſolutum eſt matrimonium: puta propter eius adulteriū. ſ. eod. l. Lucius. in fina. niſi etiam vir deliquerit. ſ. eod. l. cum mulier. & l. viros. Secundo fallit, ſi pactum eſt lucrādæ dotis interpoſitum: vt in Autenti. de ſanct. epiſco. §. ſi verō conſtante. collat. ix. Item fallit ſi aliud poteſt obijci mulieri: vt ſ. eod. ſi mulier. & l. ſol. Item fallit ſi extraneus dedit, & pactus eſt ſibi reddi. C. de rei vxo. actio. l. vna. §. accedit. Itē fallit ſi eſt in poteſtate patris. ſ. eo. l. ij. §. j. Et licet in titulo dicatur, ſoluto matrimonio: tamen aliquando etiam conſtante matrimonio dos repeti poteſt. Primus eſt. ſ. eo. l. ſi conſtante in princi. propter inopiam videlicet mariti, quando euidentiſsime apparuerit mariti facultates ad dotis exactionem non ſufficere. Secundus eſt. ſ. de iur. dot. lege, queadmodum. vt quando bona gratia matrimonium fuerit ſolutum: vt ſi factus fuerit monachus, quod eſſe poteſt lege. fin. C. de epiſco. &

*Dos reſtituiſ ſolu. ma.*

*Soluiſ dos ſed nō mulieri.*

*Repetiſ dos conſtāte matrimonio.*

Universidad de Deusto Biblioteca



cler.& c.ſi:de conuer.coniug. Tertius eſt.C.de repud.l.j. Quar
tus, ſi maritus damnatur in metallum:nam hodie non ſolui-
tur per hoc matrimoniū.vt in Auté.de nup.§.quod aūt.co.ii ij.
& tamen dos reperitur.j.eo.ſi marito. Sunt & alij caſus quibus
conſtante matrimonio maritus non cogitur reſtituere dotem
poteſt tamé ſi vult:& valet reſtitutio.j.e.l. quāuis.& l.ſe. Aliás
ſi reddat vir doté conſtāte matrimonio:non liberatur,niſi qua
tenus mulier eſſet locupletior.l.j.C.ſi dos conſtāte ma.ſol.fu.

LIBER XXV,

*Et Primus huius.*

## De impenſis in rebus dotalibus factis.

SVpra titulo proximo tractatum eſt quomodo ſoluto ma-
trimonio dos debeat ſolui mulieri: Sed quia maritus in
rebus dotalibus aliquando expenſas facit,& aliquid ei im-
pendit, quo dos diminuitur: fuit quæſitum, an in reſtitutio
ne dotis poſſet illud retinere: & diſtinguit Iuriſconſultus, fa-
ciens triplices impenſas: Neceſſarias, Vtiles, & Voluntarias.
Neceſſariæ ſunt, quibus non factis res erat peritura, vel dete-
rior futura: veluti aggeres facere, flumina auertere, vetera ful-
cire, iter reficere, arbores in locum mortuarum imponere. Vti-
les ſunt, quibus non factis, res non erat peritura: ſed eis fa-
ctis, res eſt melior futura: veluti pecora prædijs imponere, id
eſt, ſtercorare. Voluntariæ ſunt, quas maritus ad voluntatem
fecerit, & quæ rem ipſam exornant: vt balnea extruere, pa-
rietes depingere. Imprimis expenſis, ſcilicet neceſſarijs, di
quód minuant dotem ipſo iure, ſi conſiſtat in pecunia,& ſpe
dotis: vt ſi fundus, & pecunia in dotem datur, quantum in
fundum impeditur, tantum in pecunia ipſa deberi deſiuit. Si
veró ſolus fundus in dote ſit, tunc ſi tantum expenditur ſi
mul, vel etiam diuerſis vicibus, quanti eſt fundus, tunc ip
iure deſinit eſſe dotalis: ſed tandiu totus vel pro parte reti
netur, quandiu impenſæ reſtituantur. ff.de iure dot.lege, ſi
qui.§.penul.& finali. Si autem vtiles ſunt, tunc per actione
negotiorum geſtorum, vel mandati, ſi mandato mulieris fe
repetitur: voluntariæ autem non repetuntur, etiam ſi mādato
mulieris factæ ſunt: ſed abraduntur, ſi poſſunt abradi ſine læ
ſione

Impéſæ neceſſariæ.
Vtiles.
Voluntariæ.



ſiōe prioris ſtatus.C.de rei vxo.ac.l.vna.§.ſed nec ad impēſā.

## De actione rerum amotarum.

Quia in diſſoluendis matrimonijs, per diuortium, vel ali-
ter, aliquādo fiunt amotiones rerū, quæ repetitione etiā dotis p
compenſationé opponitur ob res amotas.vt in l.j.C.e. ideo re-
rū amotarū titulus, hoc eſt, de amotiōe rerū,& earū actiōe, q̄ di
citur Rerū amotarū, ſupponit. Et dicūtur res res admoueri quā
tū ad hūc titulū largè: puta ſi celatæ ſint, id eſt, abſconditæ, vel
delatæ, id eſt, aſportatæ, vel cōſumptæ, vel cōtrectatæ ſint do-
losè non errādo. Et eſt ſingularis actio rerū amotarū introdu-
cta aduerſus eā, quæ vxor fuit: quia non placuit, cū ea furti a-
gere poſſe, quam ſocietas vitæ quodam modo dominam fa-
ceret rerum ipſius mariti. Nā in fauorem matrimonij turpis
actio aduerſus vxorem amouētem negatur. Et qui rerum amo-
tarum inſtituit actionem, quatuor neceſſarió habet probare,
vt locum habeat hæc actio: ſcilicet, quód res mariti dolo ma
lo ab vxore amoueatur, vel res vxoris à marito j.eod.l.con-
tra.§.item cum.& lege, mulier. Item vt fiat amotio conſtante
matrimonio: nam poſt diuortium, vel ſolutum matrimo-
nium quondam vxor viri res amouet, conueniretur actione
furti.j.eod.l.& ideo.j.reſpon. *Item* quod & cauſa diuortij.
& ſecutum ſit diuortium: vel quód fiat cauſa ſperatæ mortis,
& ſequatur mors.j.eo.l.ſi mulier.& l.rerum quidem. Actio iſta
perſonalis eſt, perpetua, & prætoria.j.eo.l.rerum amotarum.&
l.ſi mulier.§.hæc actio.& habet naturam condictionis, vt ſcili-
cet non infamet.j.de act.& obl.ceſſet.

Res amotæ.

Quatuor ꝓbāda in hac actione.

## De agnoſcendis liberis, vel parentibus, vel patronis, vel libertis.

Senatuſconſultum Plancianum, quod factum eſt de liberis
agnoſcendi, duas ſpecies complectitur: vnam eorum qui
agnoſcunt, id eſt, tenentur, agnoſcere: alteram eorum qui
falſum partum ſubijciunt: Prima, vt veri liberi agnoſcātur: Se
cūda, vt falſi, & ſuppoſiti repellātur, & examinātur an veri ſint
vel falſi. Qui ergo falſum partū ſubijciūt tenētur crimine falſi:
& perperuò, & ſoli parētes, vel quorū intereſt accuſāt.j.de falſis
l.qui falſis.§.j. Nec differtur hæc accuſatio in tēpus pubertatis.
Permittitur igiť mulieri per hoc ſenatuſcōſultū, ſe putet ſi præ
gnāté, denūtiare intra xxx.dies cōtinuos poſt diuortiū cōmuni

Planciañ ſenatuſcó ſultū.

Denūcia. q̄d vxor ſit ꝑgnas.

rãdos ipſi marito, vel parenti eius, aut ad domũ denuntiare, ſi nullius eorum copiã habeat, Mulierẽ ex eo eſſe prægnantem. Et extunc maritus poteſt mittere cuſtodes, aut eidem nuntiare quòd non ſit ex eo prægnans: & eſt pœna mariti, quòd niſi aut cuſtodes præmiſerit, aut contra denuntiauerit, non ex ſe eſſe prægnantem, cogatur maritus partum agnoſcere, id eſt, alere. Et ſi non agnouerit, extra ordinem, id eſt, arbitrio iudicis pœna plectatur. Et pertinet hoc ſenatuſconſultum ad eos partus, qui poſt diuortium eduntur. Aliud eſt ſenatuſconſultũ, factũ temporibus diui Adriani, vt etiam ſi conſtante matrimonio partus ſit editus, de agnoſcendo eo agatur, præiudiciali in rẽ actione, qua ſe in filium vendicabit, vel in nepotem, dicens ſe ab eo gentium: vt ab eo percipiat alimenta, & ſucceſsionem, quæ filij à parentibus percipere debent. Tenetur igitur per hũc titulum pater alere filios, & nepotes, qui in artificio ſe nutrire non poſſunt. Et econtra filius patrem, auum, proauum, cæteroſque aſcendentes ex vtrunque linea. Tenetur etiam patronus alere libertum, & econtra. Alimenta autem pro modo facultatum erunt præbenda indigentibus: aliàs enim qui tenetur præſtare alimenta, & non facit, ſed eum adijcit quem alere deberet, vel ei alimoniam denegat, videtur eum necare, ac ſi partum ſuffocaſſet, id eſt, antequam naſceretur extinxiſſet, vel natum ad fauces ſtrinxiſſet. l. necare. ff. eod. Generale tamen eſt in omnibus parentibus, vt non compellantur alere, ſi habeant quid obijciant liberis: & econtrà. ff. eod. l. ſi quis. § ſed & filius. & § idem iudex.

Agnoſcere partum. — Alere qui qs tenetur. — Alimẽta qualia.

## De ventre inſpiciendo, cuſtodiendoq; partu.

Qui vbi ſoluto matrimonio mulier fatetur ſe prægnantem ex viro, locum habet ſenatuſconſ. Plancia. vt ſcilicet de inſpiciendo ventre, cuſtodiendóque partu, ſeruentur ea quæ dicta ſunt ſ. titu. proxi. vt videlicet mulier his, ad quos ea res pertinebit, procuratoribus ve eorum, bis in menſe denuntiandum curet, vt mittant ſi velint quæ ventrem inſpiciant. Mittantur autem mulieres liberæ duntaxat quinque, hæque ſimul omnes inſpiciant. Et ne qua earum dum inſpicit inuita muliere vẽtrẽ tangat. Et pariat mulier in domo honeſtiſsimæ fœminæ, à iudice deputandæ. Et in quo mulier paritura erit, ibi non plures aditus ſint, quàm vnus: nec plures mulieres liberæ ſint, quàm decem, vel ancillæ ſex. Et hæ quæ intus futuræ erunt excutiantur omnes, id eſt, inquirantur, in eo conclaui ne qua prægnans ſit: tria lumina, nec minus ibi ſint, ſcilicet quia tenebræ ad ſubijciendum partum aptiores ſunt. Et quod natũ erit, his ad quos ea res pertinet, ſi inſpicere volent, oſtẽdatur, & apud eum educetur, apud quem parens iuſſerit. Econtrà cùm maritus prægnantem mulierem dicit, vxor aũt negat: eligetur domus honeſtiſsimæ fœminæ, in qua vxor veniat: & ibi tres obſtetrices probatiſsimæ & artis & fidei, quæ à iudice aſſumptæ fuerint, eam inſpiciant. Et ſi quidem omnes vel duæ retulerint prægnãtem videri, tunc mulier cuſtodem à viro adhibitum admittat, ac ſi ipſa hoc deſideraſſet. Si autẽ omnes vel plures non eſſe grauidam renuntiauerint, nulla cauſa cuſtodiendi erit: poterit igitur iudex mulierem ad ſe euocare, & apud eum interrogare, an ſe putet prægnantem: cogendáque erit reſpondere, & in ius venire, captis pignoribus, & diſtractis, ſi contemnet: vel impoſita mulcta coërceatur: & tunc locum habeat titulus noſter,

Inſpicere vẽtrẽ.

## Si ventris nomine mulier in poſſeſsionem miſſa, eadem poſſeſsio dolo malo ad alium tranſlata eſſe dicatur.

Contingit aliquando quòd mulier quæ ſe prægnantẽ eſſe dicit, propterea in poſſeſsionẽ bonorũ mariti ventris noĩe mittitur: ipſa eãdẽ poſſeſsionẽ dolo malo, id eſt, fraudulenter in aliũ transfert: quapropter hoc edicto proſpectum eſt, vt in mulierẽ quæ in aliũ hãc poſſeſsionẽ dolo malo tranſtulit actio cõſtituatur in factũ, quãti interfuit eius ad quẽ poſſeſsio pertinebit. Et dabitur hæc actio etiam poſt annũ, quia habet rei perſecutionẽ id eſt, datur ad intereſſe: & rectè à prætore puiſum eſt, ne dũ ĩ fauorẽ partus poſſeſsionẽ polliceatur cã ventris. alijs prædæ occaſionẽ præbeat, id eſt, iniuſtæ acquiſitionis materiam.

## Si mulier ventris nomine in poſſeſsione calumniæ cauſa eſſe dicatur.

Si de poſſeſsione ventris nomine quæratur, & deferente hærede mulier iurauerit ſe prægnantem eſſe, ſeruandum eſt iuſiurandum, nec tenebitur mulier quaſi calumniæ cauſa fuerit in poſſeſsione miſſa: nec vis ei facienda eſt poſt iuſiurandum: ſi tamen peperit, quæratur veritas, an ex eo prægnans fuerit. Et dicitur per calumniam in poſſeſsione fuiſſe, quæ ſciens

Universidad de Deusto Biblioteca



pruſenſque ſe prægnantem non eſſe, voluerit in poſſeſſionē venire. Competit autem actio ei cuius interſuit i poſſeſsioné miſſam non eſſe, puta hęredi, vel ei qui ſubſtitutus fuit, vel qui ab inteſtato, ſi partus nō fuiſſet, ſuccedere potuiſſet. Et bene prouidit prætor. Sicut enim facilis eſt circa bonorū poſſeſsionem dādā mulieri vētris noīe: ita calūniā eius (id eſt, eam non eſſe prægnantem, vel ex alio grauidam) impunitam noluit relinquere.

## De concubinis.

Concubina. Pellex. Amica. Focaria. Clauigera.

Concubina olim dicebatur Pellex, poſtea autem Amica dicta eſt: nunc aūt honeſtiori vocabulo Concubina appellatur, quæ lege coniugali ſoluta, ei cohæret, qui poſſet eſſe maritus, & ſecū concūbit: qua propter etiā cōcubina appellata eſt, quæ & Focaria, id eſt, ſocū, vel culinā præparās: vel Clauigera appellatur, maxime ſi clerico cohæret. Et poſſunt in cōcubinatu ſolū illæ mulieres retineri, in quas ſtuprum nō cōmittitur, id eſt, quæ nō ſunt virgines vel viduæ: vel in quas inceſtū nō cōmittitur, vt ſunt cognatæ, & moniales. Et regulariter iſta poteſt eſſe cōcubina, quę poteſt eſſe & vxor: vt in auté. vt lice. ma. & auiæ. §. ad hæc. coll. viij. Et cuiuſcūq; ætatis cōcubinā habere poſſe palā eſt, niſi minor annis duodecim ſit. Et quia cōcubinatus p legis nomē aſſumpſit, id eſt, effectū, vt ſit legitima cōiūctio, ideo extra legis eſt pœnā: ſcilicet adulterij vel ſtupri: intelligamus lege ciuili vel fori permiſſum eſſe cōcubinatū, nō iure poli. Nā ſecūdū diuinas & canonicas inſtitutiōes omnis fornicatio ꝓhibita eſt. xxxij. q. iiij. nemo ſibi blādiatur de legibus. & c. meretrices.

Concubina q̄ poſsit eſſe.

# LIBER XXVI.

## *Et ſecundus huius.*

## De tutelis.

Tutores. Aeditui. Fœminæ tutela.

TVtela eſt (vt Seruius diffiniuit) vis atque poteſtas in capite libero conſtituta, id *eſt*, violenta poteſtas, ad tuendū eum, qui propter ætatē ſuam ſe defendere nequit iure ciuili data, & permiſſa à teſtatore. Tutores ſunt, qui eam vim atque poteſtatē habent: ex qua re ipſi nomen acceperunt. *I*taq; appellantur tutores, quaſi tuitores, atque defenſores: ſicut æditui dicuntur, qui ædes tuentur. l. I. §. j. ff. de offi. præfec. vr. Et eſt Tutela virile officiū: fœminæ enim tutores dari non poſſunt





niſi à principe filiorū tutelā ſpecialiter poſtulent, &c. C. q̄ mulier tu. off. l. ij. Sed hodie mater & auia abſque hac impetratione oībus pręferūtur, ſi renūtiat ſecūdis nuptijs, & ſenatuſcōſul. Velleiano. exceptis teſtamētarijs, in Auten. de hæred. ab inteſt. §. ex his. & in Auté. matri. C. q̄ mul. tu. off. & l. omnes. C. ad Tertul.

## De teſtamentaria tutela.

Triplex reperitur tutela: Teſtamētaria, Legitima & Datiua. Inter quas quia Teſtamentaria principalior eſt, & magis priuilegiata, quandiu enim ſupereſt teſtamentarius tutor, nō admittitur legitimus, vel datiuus: qua propter de teſtamentaria tutela præmittitur. Eſt autem Teſtamentaria tutela, quàm teſtator in teſtamēto ſuo facit. Eſt enim lege x I I. tab. permiſſum parētibus liberis ſuis, ſiue maſculini, ſiue fœminini ſexus, ſi ſaltem in ſua poteſtate ſint, tutores teſtamento dare, & etiam poſthumis vel nepotibus. Et dicuntur teſtamēto dati tutores etiam hi, qui codicillis teſtamento confirmatis ſcripti ſunt. Et teſtamento dati tutores nō ſunt cogendi ſatiſdare rem pupilli ſaluam fore, quia fides eorum à teſtatore videtur eſſe approbata.

Tutela teſtamētaria.

## De confirmando tutore, vel curatore.

Tutores ſecundum teſtamenta recti dari intelliguntur, ſi dati ſunt à quibus oportet, id eſt, à patre: & quibus oportet, puta liberis. Et quomō oportet, id eſt, quibus verbis, puta, Liberis meis tutorem do: & vbi oportet: puta in teſtamentis, vel codicillis cōfirmatis. Si autem fuerit perſona talis, quæ non poteſt dare tutorem, veluti mater, aut extraneus: aut talis perſona, cui non poteſt dari, veluti pater filio non exiſtenti in poteſtate: aut codicillis non confirmatis: tunc quod deficit repletur à conſulari poteſtate. Et poteſt talis tutor per iudicem confirmari. Et ſiquidem pater fuit qui dederit, amplius nihil inquirit qui præeſt, ſed ſimpliciter eum confirmat ſine ſatiſdatione, ſiue inquiſitione. Si autem alius quis dederat, tunc inquirit perſonam, ſi eſt apta. *I*n confirmando autem tutore prætor inquirere debet, an patris voluntas durauerit, vel an improbitas morum ipſius tutoris prius ignorata, vel celata emerſerit vel inimicitiæ cum patre exarſerint.

## De legitimis tutoribus.

Legitimæ tutelæ ſunt, quæ delatæ ſunt agnatis, & conſan-

Universidad de Deusto Biblioteca

guineis.Item patronis,id eſt,his,qui ad legitimam hæredita-
tem admitti poſſunt:& hi dicuntur Legitimi tutores: quia lex
XII.tab.eos dat:& habuit in hoc lex ſummam prudentiam,vt
hi qui ſeparent ſucceſsionem pupilli ſi moreretur,ijdem etiam
tuerentur bona,ne dilapidarentur Sunt autem agnati, qui per
virilis ſexus perſonas cognatione coniuncti ſunt,quaſi à patre
cognati:veluti frater eodem patre natus,fratris filius,nepos ve
Agnati. ex eo.Item patruus,& patrui fili⁹,& nepos. Hodie aũt inter a-
gnatos & cognatos quo ad tutelam nulla eſt differẽtia.Sed qui
proximior eſt,ſicut in ſucceſsione vlteriorem repellit,ita & in
tutela onus ſubeat:dummodo nullo defectu ætatis, vel morbi
ſint impediti:in Auten.de hæred.ab inteſt.§.ex his.coll.ix.

## De tutoribus & curatoribus datis ab his, qui ius dandi habent, qui, & in quibus cauſis ſpecialiter dari poſſunt.

Deficiente tutore teſtamentario vel legitimo,olim dabatur
tutor ex lege Attilia per prætorẽ cum tribunis in ciuitate Ro-
mana.In prouincijs autem ex lege Iulia,& Titia per præſides,
Datiuus tu. qui propterea Datiuus appellatur erat,quia ſpecialiter à iudi-
ce datus:quoties etiam ſpes erat teſtamentarij tutoris,forte ſub
conditione aut die certo dari,interim tutor datiuus in locũ eius
ſubſtituebatur,donec ceſſaret impedimentũ teſtamentarij:ho-
Attilianus. die autem iure nouo deſierunt tutores dari ex prædictis legi-
bus.Et Romæ quidem præfectus & prætor,in prouincijs verò
præſes,& magiſtratus eius iuſſu,ſi facultates pupilli non ſunt
magnæ,dant tutores.Et ſi quidem facultates pupilli ſe extẽdũt
vſque ad quingentos ſolidos,poſſunt dari tutores à quocũque
magiſtratu,etiam ſine iuſsione præſidum:recepta tamen cau-
tione rem pupilli ſaluã fore.de hoc Inſti.de attil.tut.per totum.

## Qui petant tutores, & curatores, & vbi petantur.

Quidam ſunt,qui minoribus non habentibus tutores, vel
curatores,qui ex legibus eorum ſint defenſores, ex neceſsitate
tutores petunt: vt ſunt omnes qui impuberi poſſunt ſuccede-
re,etiam mater impuberis.Et confeſtim eſt petitio tutoris fa-
cienda,id eſt,vbi primum potuit quis:hoc eſt,prætoris habuit
copiam huic rei ſedentis:niſi forte infirmitate quis detineatur,
vel alia magna cauſa: Et idem in curatoribus impuberum.
vel

vel furioſorum,vel vẽtris eſt intelligẽdum Item liberti impu
beris eſt neceſsitate petunt ei tutores:ipſi enim de hoc accuſati
puniuntur,& emendantur,ſi appareat propter negligentiã,vel
malitiam non petijſſe tutores.ff.eo.l.Græca,ſi minores.Item ex
neceſsitate petunt ſibi curatores adoleſcentes in litæ.C.eo.l.j.
& Inſti.de cura.§.item inuiti.Sunt & alij qui petunt ex volun-
tate,vt cognati & affines familiares parentũ,& amici eorum,
& educatores ipſorũ puerorũ.dicta l.ſi minores. Sunt autem
petendi tutores vel curatores minoribus in eo loco, vnde ipſi Vbi tutores petantur.
ducunt originẽ,vel ex perſona ſua,vel ex perſona patris,vel ſi
vulgo concepti eſſent ex perſona matris,& in eo loco vbi ſunt
eorũ facultates.Si etiã alibi morantur,vel habent domiciliũ,e-
tiã ibi recipiũt.ff.ti.proxi.l.j.§.quod de hoc.C.vbi tu.per totũ.

## De adminiſtratione & periculo tutorum, vel curatorum: qui geſſerunt, vel non:& de agẽtibus, vel cõueniendis ab vno, vel à pluribus.

Solent tutores cogi extra ordinem, id eſt,officio iudicis, ad
gerendum atque adminiſtrandum tutelã: & ſi non voluerint,
poteſt iudex eos captis pignoribus, vel indicta mulcta,aut ban-
no coërcere.ff.ſi quis ius di.non obt.l.vna.& Inſtit.de ſatiſ.tu.
§.vl.Debet autem quiuis tutor vel curator adminiſtrare:facto Inuẽtarium.
prius mox poſtquam ordinatus fuerit tutor à ſe publico inuen
tario:& ſecundum ſolitũ morem facta prius ſibi traditione re-
rum.Niſi teſtatores,qui ſubſtantiam tranſmittũt,ſpecialiter in
uentarium conſcribi vetauerunt.C.arb.tut.l.vlt.§.vl.Item de-
bet adminiſtrare tutor vel curator præſtito iuramento de re- Iuramẽtum tutoris.
bus minoris utiliter agendis.& fit hoc iuramentum tunc, cum
celebratur decretum,quod tradit ei curam.in Auten.vt hi qui
ob.per.ha.res mi.§.vlt.non ergo debet prætermittere quæ pu-
tauerit vtilia minori,neq; admittere quæ non vtilia æſtimaue
rit.C.de epi.aud.l.de creationibus.Itẽ debet tunc ſatiſdare pu- Satiſdatio tutoris.
pillo vel alteri eius nomine rem pupilli ſaluam fore,niſi ſit te
ſtamentarius,vel cum inquiſitione datus: alioquin non po-
teſt adminiſtrare, neq; aliquid ex bonis pupilli alienare.C.de
tut.vel cu.qui ſat.non de l.j.iij.& vlt.Si autem fuerint plures,
quis tunc ageret,habetur Inſt.de ſatiſ.tut.per totum.

## De autoritate, & conſenſu tutorum.

Pupillus ex omni contractu ſine tutoris autoritate celebra-
toobl

Universidad de Deusto Biblioteca

to obligari non poteſt, neq; vllum actū gerere, per quē cōditio eius deterior fiat. Eſt ergo in qbuſdā caſibus tutoris autoritas neceſſaria pupillis, qbuſdā nō eſt neceſſaria. Nā ſi quid dari ſibi ſtipuletur pupillus, non eſt neceſſaria autoritas tutoris: quia cōditionē ſuā meliorē facere poteſt ſine autoritate cuiuſcunque. Si autē pupilli alijs promittāt, vel patrimoniū eorū diminuitur neceſſaria eſt autoritas tutoris: quia rē ſuā non aliter deteriorē facere poſſunt, quā ſi tutoris acceſſerit autoritas. Et ideo nullā obligationē pupill' contrahere, neq; hæreditatē adire, neq; fideicōmiſſum agnoſcere ſine tutoris autoritate pōt. Et tutor interponēs ſuū cōſenſum, debet ſtatī in ipſo negotio pñs eſſe, & approbare qđ agitur: poſt tēp' verò, aut per epiſtolā interpoſita ei' autoritas nihil agit. Eſt aūt ꝑſtare autoritatē, cū quis dicit ſe ꝓbare id quod agitur: hoc eſt enim autorē fieri. ꝭ. eo. l. etiam.

Autoritas tutoris qñ neceſſaria.

Autoritatē præſtate.

## Quando ex facto tutoris, vel curatoris minores agere, vel conueniri poſſunt.

Si tutor vel curator ex pecunia pupilli, cuius negotia adminiſtrant, mutuo dederint, vel prædia ſuo nomine emerint, datur minori, id eſt, pupillo, cuius ea pecunia fuit actio ad rē vendicandam, vel mutuam pecuniam exigendam. Dolus autem tutorum pupillo neq; nocere neque ꝓdeſſe debet: quod verum eſt, quādo ex fraude illius pupillus non eſt factus locupletior. Regulare tamē eſt quod ex pacto alterius alteri nō datur actio. ꝭ. de re. iu. l. e. quo tutela. Idem intellectūri in adulto & curatore.

Dolus tutorum.

## De ſuſpectis tutoribus, & curatoribus.

Suſpectum tutorem dicimus, qui moribus talis eſt, vt ſuſpectus ſit. Enimuero tutor vel curator quāmus pauper eſt, fidelis tamen & diligens, remouendus non eſt quaſi ſuſpectus. Inſti. e. §. vlt. & ꝭ eo. l. ſuſpectum, & C. eod. l. j. Sic ergo tutorem ſuſpectum non facultates, ſed fruduléta vel callida conuerſatio in rebus pupillaribus cōmendat. Et ex omni genere tutorum, ſiue teſtamentarij ſint, ſiue legitimi, ſiue etiam datiui, poſſunt tā quam ſuſpecti remoueri. Et eſt hæc actio quaſi publica, id eſt omnibus patens: quinimo etiā mulieres admittuntur: ſed hæ ſolæ, quæ pietatis neceſſitudine mouentur: vt mater, nutrix, auia, & ſoror, & ſi qua ſit ſimilis, quæ ſexus verecundiam non tranſgreditur, vt fecit Calphurnia: ſed pietate quandam iniuriam pupilli continere non poteſt: imo etiam tutor ſuum con-

Pauptas

Actio ſuſpecti.

tu-



tutorem ſuſpectum facere poteſt. Et qui remouetur tanquam ſuſpectus, ſi ob dolum remouetur, eſt infamis Si ob culpam, id eſt, negligentiam, non erit infamis.

# LIBER XXVII.

## Et tertius huius.

## De excuſationibus, & temporibus earum.

Excuſatur quidam à tutela in perpetuū, vt mutus, & ſurdus: quidam ad tempus, minores, & furioſi qui habent dilucida interuella. Sunt & aliæ multæ cauſæ, propter quas tutores & curatores excuſantur: quia tres liberi Romæ, & quatuor in Italia, & quinq; in prouincijs præſtant excuſationem à tutela. Item procurator fiſci excuſatur. Itē abſens Reipub. cauſa à tutela vel cura noua in totum excuſatur: ab antiqua verò non niſi durante abſentia. Item habens publicam poteſtatem à tutela excuſatur. Item habens litem cum pupillo, de omnibus bonis, vel maiori parte excuſatur. Itē tres tutelæ oneroſæ non affectatæ diuerſorum patrimoniorum tandiu præſtant excuſationem, quādiu durant. Qui probat ſe ita pauperem, quòd tutelæ vel curæ ſupreſſe non poteſt, habet excuſationem. Item infirmitas præſtat excuſationem. Item homo ſimplex, & ignarus literarum, habet excuſationē. Item inimicitiæ capitales, de quibus non eſt facta reconciliatio, præſtat vacationem. Maior lxx. annis à tutela ſe excuſat. Minor autem xxv. ann. etiam volens non admittitur. Idem obſeruatur & in milite, & in militante. Item docens grāmaticam, rhetoricam, vel medicinam Romæ, vel in patria inter conſtitutum numerum excuſetur. Qui autem habet multas excuſationes, & vnam proponit, quam non probat, poteſt intra ſtatuta tēpora aliā proponere & probare. Sunt aūt tēpora ſtatuta in iure, quia conſtitutus intra cēteſimū lapidē, id eſt, milliare, habet quinquaginta dies ad probandū excuſationem à die ſcientiæ. Conſtitutus verò vltra vnā diætā habet pro qualibet, xx. milliaria, & inſuper xxx. dies: ita tamen quòd ſemper non ſint pauciores quàm quinquaginta dies.

Cauſæ excuſationum à tutela.

Intra q̄ tēpora excuſatio fieri debet.

## Vbi pupillus educari, vel morari debeat, & de alimentis ei præſtandis.

Diſceptatur quandoq; inter cognatos, vel familiares impuberis, vel inter quoſcunq;, vbi pupillus morari, vel educari debeat:

Pupill' apud quē edcādus.

Universidad de De
Biblioteca



beat an in domo tutoris, vel quondã paterna: ideo neceſſariũ eſt prętoré cauſa cognita id ſtatuere, id eſt, nõ apud eũ q inſidia retur pudicitiæ ipſius impuberis. ff. e. l. pe. Itẽ & ſi teſtator in teſtamẽto cauiſſet, vt filius educetur apud ſubſtitutũ, tũ prætor æſtimabit pñtibus ꝓpinquis liberorũ, an id pupillo expediat: hoc enim curabit prętor: vt ſine vlla maligna ſuſpicione alatur partus: & educetur: & ei cõcedat educationé, qui maiori affectione erga pupillũ moueatur: & ita vel ex perſona, vel ex conditiõe vel ex tẽpore ſtatuet, vbi potius ſit alendus: conſiderãdo qualitaté, & conditioné perſonarũ: & an eo tẽpore, quo pupillus edu

Mater pupilli.

catur apud te, poſsit ei ſuccedere. In primis tũ matri pupillorũ educationé debet concedere, ſi non vitricũ ſuperinduxerit eis. ff. eo. l. j. j. reſpon. & C. eo. l. j. & . ij. Et ne tutores vel curatores cõtrouerſiã habeãt, quaſi amplius dederint nõie alimẽtorũ, quã patiatur pupilli ſubſtãtia: poſtulẽt vt arbitrio prætoris alimẽta pro modo facultaté pupillis vel iuuenibus conſtituãtur. C. e. vlt. In quo attendendũ eſt, vtrũ ſint pupilli egeni, an diuites, an mediocriter ſe habẽtes. Et ſemper ita ſingulis annis expẽdi iubere, vt aliquid ex reditu ſuperſit. l. ius alimentorum. ff. eodem.

## De tutelis, & rationibus diſtrahendis, & vtilis curationis cauſa actione.

De tribus actionibus tractat hic tit. primo de actione tutelę

Actio tutelę directa.

directa, quæ naſcitur finita tutela finitur autem non ſolùm pubertate, ſed etiam morte tutoris, vel pupilli: & alijs modis, de quibus Inſt. quib. mo. tu. finitur. per toñ. & quib. in ea veniat, dicitur hic: & C. arbi. tu. per to. Secundo tractat hic tit. de quadã

Actio de ratiocinijs.

actione, quæ dicitur actio de ratiocinijs diſtrahendis: de qua ff. l. j. ſ. de rationibus. & datur contra tutorem pro his, quæ ſibi reliquit, in duplũ. Et actione de rationibus diſtrahendis nemo tenetur, niſi qui in tutela gerenda rem ex bonis pupilli abſtulerit dolo, vel non dolo, vt quia credebat ſibi licere, vel pu-

Actiio curæ.

pillum conceſſurum: quòd ſi furandi animo fecit, etiam furti tenetur. l. ij ff. eo. Tertio tractat de actione curæ, id eſt, de actione vtili negotiorum geſtorum, quæ datur in curatorem. ff. eod. l. ſi tutelæ. Et ſunt iſtæ actiones ſeparatæ, & vna aliam tollit:

Cõtraria tutelæ.

nam ſi vna eſt actum, non agetur alia: & econtra.

## De contraria, & vtili actione tutelæ.

Sicut finita tutela pupillus habet directam actionem tutelæ pro



pro mala, vel inutili, aut negligenti adminiſtratione tutoris: ita & contrariam tutelę actionem prætor præpoſuit, induxitq; in

Cui cõpetit.

vſum, vt facilius tutores ad adminiſtrationem accederẽt: poſtquàm ſcirent pupillum quenq; ſibi obligatum fore ex adminiſtratione. Et iuſte introduxit hanc actionem prætor, vt prouocaret tutores, quò promptiores de ſuo aliquid pro pupillis impendãt: dum ſciunt ſe recepturos id, quod impẽderint. Et competit hæc actio non ſolùm tutori, verũ etiam ei qui pro tutore negotia geſsit, etiam ſi curator ſit vel pupilli, vel adoleſcentis, vel furioſi, vel prodigi, vel curator ventris, & cæteris omnibus curationibus ex ijſdem cauſis dandum eſt cõtrariũ iudiciũ. Et durante tutela non cõpetit, ſed tunc demum finita tutela, ſicut & actio tutelæ. Et veniunt in hoc iudicio ea tantũ, quę in pupillũ, vel in rem eius impenſa ſunt: verùm ea quæ debebãtur aliàs tutori, puta à patre pupilli, cũ pro eis integra ſit actio, nõ deducuntur in cõtrariũ iudiciũ: niſi tutor ideo ceſſauit exigere, quia tutor erat: nã ſicuti quodcunque aliud geſsit pro vtilitate pupilli, id contrario iudicio cõſequitur: ita etiã id quod ſibi debetur conſequi debet, vel eius ſecuritatem. ff. eo. l. j. ſ. an in hoc.

## De eo, qui pro tutore, vel curatore negotia geſsit.

Duæ ſunt partes huius tituli: vna eſt pro tutore, alia pro cu-

Pro tutore gerere.

ratore. ſic & C. de neg. geſt. l. qui pupilli. Et neceſſariò propoſuit prætor actionem pro tutore: quia plerunq; incertũ eſt pupillo, vtrũ quis tutor verè exiſtat, an quaſi tutor, cùm tutor non ſit, pro tutore adminiſtrauerit tutelam. Idcirco in vtranq; cauſam actionem ſcripſit: vt ſiue tutor eſt, ſiue non ſit qui geſsit, tñ tenetur actione pro tutelæ. Pro tutore aũt negotia gerit, qui officio tutoris fungitur in re impuberis, ſiue ſe putet tutorem, ſiue ſcit non eſſe, fingit tamen ſe eſſe. Et qui pro tutore negotia gerit eandem fidem & diligentiã præſtat, quam tutor præſtaret: quã aũt præſtet tutor, dicitur s̄. de tut. & ra. diſt. l. j. in princ. & C. arb. tut. l. quicquid. & . s̄. de admi. diximus. Et ei, qui ꝑ tutore negotia geſsit, datur contraria actio tutelæ: de qua s̄. tit. proxi.

## Quod falſo tutore autore geſtum eſſe dicetur.

Sæpe contrahentes decipiuntur, dum falſus tutor adhibetur. Ideo introductum eſt hoc edictũ, cuius verba hæc ſunt: Inquit prætor, Quod falſo tutore autore, qui tutor non fuerit, geſtum

Universidad de Deusto Biblioteca

Remedia contra falſum tutorem.

ſum erit, dabo in integrũ reſtitutioné. Et ſunt tria remedia ex hoc edicto prodita. Vnum contra ipſum doloſum tutoré. ʃ. eo. l. nouiſsime. in princ. Aliud contra eum qui dolo fecit, vt nõ tutor autoritaté interponat. ʃ. eo. l. huius actionis. Tertiũ eſt de reſtitutione in integrũ dãda cõtrahéti cũ pupillo falſo tutore autore: vt nõ noceat ei, quod egit cũ pupillo, falſo tutore autore, vel cũ ipſo tutore falſo: & de hac reſtitutiõe dicitur. ʃ. ea. l. j. ſ. & l. ſeq. Et differt hic titulus à ſuperiori pximo: quia hic cõſulitur cõtrahéti cũ pupillo falſo tutore autore: alius ipſi pupillo proſpicit. Item alius locũ habet, ſiue ſciat ſe nõ eſſe tutorem, ſiue credat ſe eſſe cũ non ſit. vt dictum eſt. ʃ. rubro prox. hîc autem tantum, quando ſcit ſe non eſſe. ʃ. eo. l. nouiſsime. in princ.

## De fideiuſſoribus, & nominatoribus, & hæredibus tutorum vel curatorum.

Poſtulare tutorem. Noiare. Fideiuſſor tutorum.

Quamuis hæres tutoris tutor non ſit, tamen ea quæ per defunctũ tutorem inchoata ſunt, per hæredem explicari debent: & de eo quod penes tutorem fuit, hæres quoque eius reddere debet rationem. Eſt autem aliud, Poſtulare tutorem: aliud, Nominare. Nam Poſtulare tutorem videtur, qui per alium poſtulat coram iudice, qui dare debet: Sed Nominare inter abſentes fit: vt quando magiſtratus mittit nomina quorundam præſidi, quaſi ſint idonei: vt ʃ. de tut. & cur. da. ab his. l. diuus. Nã & hi tenentur inſolidũ: vt C. de magi. con. l. j. & iiij. Et qui poſtulat, tenetur etiã, niſi ſit fœmina C. de admi. tut. l. ſi. ſ. pſonis. Similiter & fideiuſſor & hæredes fideiuſſoris ad eandem rationem tenentur, ad quam & ipſe tutor. Et hoc ſi ipſi fideiuſſores à tutoribus nominati præſentes fuerint, & non contradixerint: & nomina ſua in acta publica ſcribi paſsi ſunt. Et in eadem cauſa ſunt affirmatores tutorum, qui ſcilicet tutores idoneos eſſe affirmauerint: hi enim fideiuſſorum vicem ſuſtinent.

## De magiſtratibus conueniendis, & eorum hæredibus.

Subſidiaria actio.

Sciendum eſt, non ſolùm tutores vel curatores, pupillis vel adultis, cæteriſque perſonis ex adminiſtratione rerum teneri: ſed etiam in eos, qui ſatiſdationem accipiunt, ſubſidiaria actio datur. Nam ſi tantæ negligentiæ ſint magiſtratus, id eſt, iudex, vt cautionem omnem omitteret, æquũ eſt haberi eum loco fideiuſſoris, vt hæres eius teneatur. Et dicitur iſta actio



actio ſudſidiaria aptitudine, non actu: quia non ſemper datur in ſubſidium: ſed aliquando principaliter, aliquando nihil omnino. Cum hac ſcilicet diſtinctione, quia aut fuit vnus tutor vel curator, aut plures. Primo caſu conuenitur prius tutor vel curator, & poſtea magiſtratus. Si verò plures, tunc aut omnes geſſerunt tutelam aut curam, & omnes cõueniũtur ante magiſtratum. Aut nullus geſsit, & tunc idem. Aut alter tantũ geſsit, & alter non: & tunc ſubdiſtinguitur. Aut fuit diuiſa tutelæ adminiſtratio per iudicem, vel teſtatoré: aut non: Primo caſu pro ſua geſtione quilibet tenetur: & non pro alterius, & poſtea magiſtratus in ſubſidium. Fallit hoc in quatuor caſibus: quibus vnus pro alterius parte tenetur, tamen poſt magiſtratũ ſcilicet ſi tutorem, vt ſuſpectum remouendum, non remouit: vel tardè remouit: vel remouendo iura pupilli prodidit, vel non exegit cautionem rem pupilli ſaluam fore, cũ videret eum non ſoluendo Secundo caſu, quando tutelæ adminiſtratio nõ fuit diuiſa, conuenitur primò gerés: ſecũdò magiſtratus, tertiò non gerés, niſi in dictis quatuor caſibus: vbi conuenitur etiam qui nõ geſſit ante magiſtratum. Iſta habentur in l. ij. C. de diuid. tutela. & in l. etiam. & in l. Aemilius. in fi. ʃ. de admi. tut.

## De rebus eorum, qui ſub tutela, vel cura ſunt, ſine decreto non alienandis, vel ſupponendis.

Neceſſaria in alienatione rerũ pupilli.

Prohibiti ſunt tutores, & curatores per ſenatuſconſul. Clemétianum, & per orationem diui Seueri, prædia ruſtica vel vrbana eorũ, quos ſub tutela vel cura habét, diſtrahere, id eſt, alienare: vel ſuppõere, id eſt, pignori obligare: niſi paréτes ipſorũ pupillorũ i teſtaméto. vel codicillis cauerint, vt id fieri poſsit. Tũc enim licitũ eſt iſta alienare: etiã ſine decreto iudicis, dũ tñ ſeruetur forma In teſtaméto tradita. Si autem aliàs ęs alienum (id eſt debitũ) ipſius pupilli tãtũ ſit, vt ex rebus cæteris inde poſsit exolui: tũc prætor vrbanus adeatur, qui pro ſua religione æſtimet, quæ poſſunt alienari, vel debeant obligari. In quo tria ſunt neceſſaria. Primò, decretum, id eſt, iudicis præceptũ: Secundò, cauſa alienandi, puta æs alienum, id eſt. grande debitum: Tertiò, Præſentia tutoris vel curatoris. C. ſi propter pub. pen. l. fin.

## De curatoribus furioſis vel alijs extra minores dandis.

Furioſus.

Lege x i i. tab. interdicitur prodigo bonorum ſuorum admini-

Universidad de Deusto Biblioteca

miniſtratio. Similiter & furioſi ſtatim adueniente furore, ipſo iure interdicti ſunt, ne bona ſua adminiſtrẽt. Et ideo licet tales perſonę maiores ſint xxv. annis, intantum quod ratione ætatis neq; tutorem neq; curatorem habere deberẽt: quia tamen in ea conditione ſunt, vt rebus ſuis commodè ſupereſſe nequeant, dantur eis curatores Similiter & mentecaptis, & ſurdis, & mutis, & qui perpetuo morbo laborant: quorum curatorum officium ceſſat adueniente ſana mente, vel ceſſante furore, aut morbo, vel impedimento obſtante.

Mẽte captus. Surdus. Mutus.

## LIBER XXVIII.

### Et Quartus huius.

### De teſtamentis, & qui teſtamentum facere poſſunt. & quemadmodum teſtamenta fiant.

Teſtamẽtum.

TRia dicit hic tit. Primò de teſtamentis. Eſt autem Teſtamentum voluntatis noſtræ iuſta ſententia, de eo quod quis poſt mortem ſuam fieri velit, cum inſtitutione hæredis. Et dicitur teſtamentum, quaſi teſtatio mentis. Secundò, qui teſtamentum facere poſſunt: & quidem omnes poſſunt, qui ſpecialiter non prohibentur: prohibentur aũt certæ perſonæ, quæ continentur his verſibus: Prodigus, & cęcus, mutus, ſurdus furioſus: Morte damnatus, & carmine, menteq; captus: Impubes, & dubius, obſes, & religioſus: Cui non eſt ſeruus, exiſtens cũ patre natus: Cuiq; interdictum, dico quod octo bis iſti, Quimodo tanguntur teſtari iure votantur. Tertio quemadmodũ teſtamenta fiant: Et debent fieri ſecundũ regulas iuris ciuilis: quæ ſunt, vt ſeptẽ teſtes interſint, & rogati, & vnico contextu, id eſt, continuatione Et debet nomen hæredis palàm dici in teſtamẽto nuncupatiuo. Teſtamẽtũ aũt in ſcriptis debet fieri coram ſeptẽ teſtibus rogatis, & ſubſcribẽtibus, & ſigillantibus. Et quod teſtator vel alius pro eo ſcribat nomen hæredis: vt C. eod. l. hac conſultiſsima. & l. iubemus. & in Auten. ibi poſita.

Qui teſta. facere poſſunt.

Quomodo teſtamenta fiant.

### De liberis & poſthumis hæredibus inſtituendis, vel exhæredandis, vel præteritis.

Pater faciens teſtamentum, debet filium, & filiã, poſthumũ, & poſthumũ, emãcipatos: & in poteſtate, vel inſtituere, vel nominatim exhæredare. Alioquin. Suus hæres, id eſt, exiſtens in po-



teſtate teſtatoris, dicit teſtamẽtũ nullũ. Emãcipat⁹ verò agit contra tabulas. Et dicitur ille Suus, qui eſt in poteſtate, & in primo gradu, ſiue ſit filius, ſiue nepos. Et cautũ eſt, nepotẽ etiã nõ ſuum inſtituere, ne rumpat teſtamentũ effectus ſuus. Et dicuntur Liberi omnes deſcendentes in infinitũ. l. liberorũ. §. de verb. ſig. Poſthumus aũt dicitur propriè, qui poſt humationẽ, id eſt, mortẽ patris naſcitur, id eſt, poſtquam pater datus eſt humo. Impropriè aũt dicitur etiam ille, qui facto teſtamẽto naſcitur. l. iij. §. de iniuſ. rup. teſ. Et eſt duplex Poſthumus: Suus, qui ſtatim ſi naſceretur viuo teſtatore in poteſta ſua futur⁹ eſſet. Poſthumus aũt Alienus eſt, qui incontinenti cum eri natus, non erit ſuus teſtatoris. Et hodie poſthumus non poteſt exhæredari: qa non poteſt committere cauſam ingratitudinis is, qui nondũ natus eſt. l. ſi quis. §. legis. C. de offi. teſta. Sic etiam filij, & filiæ non poſſunt exhæredari, niſi iuſta cauſa exprimatur in teſtamẽto, & hæres inſtitutus eãdẽ probet. C. de li. pręter. Auten. nõ licet. Et ſunt iuſtæ exhæredationis cauſæ xv. quas enumerat tex. in Auten. vt cum de appel. cog. §. cauſas. coll. viij. & glo. in c. quintaualllis. de iureiur. Præteriti aũt ille dicitur, qui non eſt inſtitutus in teſtamẽto vt oportet: nec exhæredatus ex legima cauſa: ſed ſilentio teſtatoris prætermiſſus: & talis habet querelam inofficioſi: de qua dictum eſt ſupra de in offi. teſta.

Suus hæres. Liberi. Poſthumus. Prætereti quis dicatur.

### De iniuſto, rupto, & irritto facto teſtamento.

Proximo tit. poſitum eſt, quomodo liberi, & poſthumi debeãt inſtitui, vel exhæredari. Si autem hoc non fiat, quid iuris tunc ſit, tractat hic tit. Nam eiuſmodi teſtamentum dicitur aut iniuſtum, aut rumpitur, aut fit irritum. Circa quod ſciendum, quod teſtamentum non iure factum dicitur, vbi ſolennia iuris defuerunt, ſcilicet circa teſtes, & ſigilla, & ſimilia: & tale teſtamentum dicitur non iure factum. Aliquando teſtamentum eſt nullius momenti, id eſt, vtilitatis: quando ſcilicet filius, qui fui in patris poteſtate, præteritus eſt. Aliquando autem teſtamẽtũ rumpitur: quando ſcilicet teſtator paganus (id eſt, non miles) poſt primũ teſtamẽtũ factũ ſecundũ legitimè faciat: quando poſt teſtamentum incipi habere filium, vel nepotem, de quo an dicto teſtamẽto nõ eſt facta mentio: vel quãdo teſtator poſtea patiatur capitiſ dimi. Aliquãdo autem teſtamẽtum fit irritum, quando ſcilicet ex eo nemo adit hæreditatem:

Teſtamẽtũ nõ iure factum. Nullũ. Ruptũ. Irritũ.

Universidad de Deusto Biblioteca

vt ſ. de teſt. l. ſi nemo. Poſtquã aũt teſtamẽtũ legitimè factũ eſt nõ rũpitur, licet teſtator poſtea dicat, quòd nõ velit iſtud teſtamẽtũ valere: vel poſtea incipiat facere aliud teſtamẽtũ. & nõ pficiat: quia teſtamẽtũ imperfectũ nullũ eſt, niſi fiat à milite: vel niſi in ſecundo reperiãtur inſtituti, qui aliàs ſucceſſuri erãt ab inteſtato: vel niſi teſtator iſtã volũtatẽ in effectũ extrinſecũ deducat puta incidẽdo mẽbranã, vel deponẽdo ſigilla, vel ſimilia.

## De his quæ in teſtamento delentur, inducuntur, vel inſcribuntur.

Quia per deletionem, vel cancellationem eorum, quæ in teſtamento continentur, teſtamẽtũ ipſum ceſſatur: ideo poſt materiam titu. præcedentis locatur hic titul. quæ igitur in teſtamenti delentur, vel inducuntur, ſi in conſultò deleta, vel inducta ſint, nihilominis valent, ſi legi poſſunt poſt deletionem. Sed ſi non poſſunt legi, tunc diſtinguitur, an ante teſtamentũ conſummatũ facta ſint, vt tunc non valeat: ſi poſt, valet. Si aũt conſultò ſunt deleta, non valent: ſiue legi poſſint, ſiue non: & hoc volũtate domini, vel iuſſu factũ ſit. Id verò quod ſine iuſſu domini ſcriptũ, inductũ, id eſt, interpoſitũ, aut deletũ eſt, pro nullo eſt. Legi aũt ſic accipiendum eſt, non quod tantũ intelligi poteſt, ſed oculis perſpici quæ ſcripta ſunt. Nam ſi extrinſecus intelligũtur, fortè ingenio vel ſubtilitate, alicuius, nõ ex vi ipſius literæ: ſed ex his forte quæ præcedunt in teſtamento, vel quæ ſequuntur, non videntur legi poſſet.

Inductum. Legi qñ dicatur.

## De hæredibus inſtituendis.

Qui teſtatur, ab hæredis inſtitutione plerunque ſolet initium facere teſtamenti: ideo poſt materiã eorum qui teſtamẽtum poſſet facere, & qui inſtitui debent, tractat iuriſconſultus de hæredibus inſtituẽdis, id eſt, qui poſſunt inſtituit. Eſt aũt inſtituere hęredes, id eſt, dominos intus in bonis ſuis ſtatuere. Nã Hæres, id eſt, dominus inſt. de hære. qual. & diff. § j. & ideo dicitur intus: quia ſubintrat hæres in dñm rerũ defuncti, ac ſi eadẽ eſſet perſona: vt in Autẽ. de iureiur. à mor. præ. § j. coll. viij. põt autẽ vnuſquiſq; hæres inſtitui: ſiue liber ſit, ſiue ſeruus. Et ſeruus ſiue alienus, ſiue proprius. Et dicitur proprius ſeruus, in quo quis habet proprietatẽ. etiã ſi vſusfructus ſit apud aliũ. Alienus aũt ſeruus dicitur ille, in quo quis habet vſumfructũ ſine proprietate. Et põt quis quoſcũq; velit hæredes inſtituere, & di-

Inſtituere hær. Hæres. Seru' ꝓpri. Alien'.





uidere hæreditatẽ in quãplurimas partes vult. Regulariter autẽ hæreditas in xij. vncias diuiditur: quas partes, & earum vocabula ponit textus Inſt. e. tit. § hæreditas. Et eſt triplex iſtitutio. Propria, cũ aliquis inſtituit in totũ, vel in quota: de qua loqtur hic titulus, & præſertim l. quoties. § hæredi. j. eod. Impropria inſtitutio eſt, cũ filius inſtituitur in legitima. vel in eo quod ad legitimã reducitur. Nã licet iſta ſit quota & pars, non tñ quota hæreditatis abſtracta ab omni ærẽ alieno. C. de rei vend. l. cum matre. § fin. Improprijſſima inſtitutio eſt quãdo inſtituto hærede vniuerſali, alius extraneus inſtituitur in re certa: quia talis inſtitutio non eſt quota hæreditatis, nec bonorum, adeunte hærede vniuerſali. l. ex facto. j. eod.

Hæreditas in xiij. partes. Inſtitutio triplex.

## De vulgari & pupillari ſubſtitutione.

Hæredes autem dicuntur eſſe inſtituti, aut ſubſtituti. Inſtituti dicuntur primo gradu, id eſt, primo loco, Subſtituti. autem ſecundo, vel tertio. Dicitur itaque Subſtitutio ſecunda inſtitutio, etiam ſi ſint vlteriores. Sicut omnes ſecũdæ dicũtur nuptiæ, quæ poſt primas contrahuntur. C. de ſecũ. nup. in rubro. Et fit inſtitutio, & ſubſtitutio hoc modo: Lucius Titius mihi hæres eſto: iſta dicitur Inſtitutio, quaſi prima hæredis factio, Subſtitutio autem ſecunda inſtitutio hoc modo fit: Si Lucius Titius mihi hæres non erit, tunc Seius hæres eſto: ſi Seius non erit, Sempronius eſto: & ſic conſequenter poteſt quis in teſtamento quod gradus hæredum vult facere, & plures in locum vnius, vel vnum in locum plurium ſubſtituere. Sunt autem quinque genera ſubſtitutionum, Vulgaris, Pupillaris, Exemplaris, Breuiloqua, & Compendioſa: quas proſequere, vt ponit gl. Inſtitu. de pub. ſub. § qua ratione. & gloſ. in c. Raynutius de teſta. & aliquid per glo. in c. ſi poteſt. de teſt. lib. vj.

Inſtituti. Subſtituti.

## De conditionibus inſtitutionibus.

In inſtitutione hæredum ſæpe apponitur conditio, de qua hic ti. tractat. Eſt aũt multiplex cõditio. Quædã enim poſſibilis eſt, quædã impoſſibilis. Poſſibilis ſubdiuiditur in cauſalẽ, poteſtatiuã, & miſtã. Poteſtatiua dicitur, quę depẽdet à poteſtate aut volũtate implere debẽtis: vt hęc, ſi decẽ dederis. Cãſalis aũt eſt, q̃ depẽdet extriſec', nõ à volũtate hoĩs, ſed ab ipſa fortuna: vt hęc: Si nauis venerit ex Aſia: Si pluet tali die. Miſta eſt, quæ partim à poteſtate hominis: partim à fortune euẽtu dependet:

Cõditio multiplex.

Universidad de Deusto Biblioteca

vt hæc, Si conſul factus fueris, Si ieris pro Romã. Impoſſibilis conditio tribus modis põt dici: vel natura: vt, ſi cœlũ degito tetigeris, hæres eſto. Vel de iure: vt, ſi patrẽ ab hoſtibus non redimeris. nã hoc facere nos non poſſe præſumit ius. ff. e. l. conditiones: & l. filius. Et de his duabus dicitur, quòd impoſſibilis conditio in inſtitutionibus & legatis, vel fideicõ. & libertatibus pro non ſcripta habetur. ff. e. l. j. Eſt tertia impoſſibilis de facto vt ſi montẽ aureũ dederis, hæres eſto. & talis inſtitutio vel libertas non valet iuris præſumptione: quia præſumitur animus dicti defuiſſe. l. cũ hæres. §. j. ff. de ſta. li. Eſt & quædã quarta impoſſibilis propter perplexitatẽ, id eſt intricationẽ verborũ: & hæc ſimiliter vitiat: vt ſi faciã inſtitutionẽ hoc modo, Si Titius hæres erit, Seius hæres erit: & ſi Seius hæres erit, Titius hæres erit: quia primo videor velle, quod ſoli Titius hæres ſi velit: & poſtea, quod Titius & Seius ſimul ſint hæredes: & ſic iſta conditio vitiat, & nõ vitiatur: quia verè nullanus apparet de volũtate teſtatoris l. ſi Titius. ff. eod. In contractibus autem omnis impoſſibilitas vitiat contractum quę eſt in faciendo: ſecus ſi in non faciendo: vt ſi cœlum non aſcenderis. l. impoſſibilis. ff. de verb. oblig. & l. non ſolum ff. de act. & oblig.

## De iure deliberandi.

Hæredes inſtituti deliberant de adeũda hæreditate, an expediat eis hæreditatẽ admittere, vel repudiare. Deliberare autem nihil aliud eſt, quã ſecũ diligẽter cogitare vel in mẽte ſua reuoluere, vel cũ amicis explorare, an expediat ſibi admittere id, de quo quæritur. Subuenitur etiã hæredibus per prætorẽ, vt habeant copiã inſtrumẽtorũ conſpiciẽdorũ: vt proinde inſtruere ſe poſſit, expediat nec ne agnoſcere hæreditatẽ. ff. eo. l. Ari. & ff. de acquir. hæred l. Ari. Datur hoc tẽpus imperatore vſq; ad annum ab alijs autẽ iudicibus datur vſq; ad nouem menſes: vltra enim dari non poteſt. Sed nec minus debet dari centum diebus. Medium ergo tempus eſt in poteſtate iudicantis. Sic ergo dabitur quandoque ſemel tantum, vt cum a principio dantur nouem menſes: quandoque dari poterit ſæpius, vt cum a principio dedit minus nouem menſibus. C. eod. l. vlt. §. ſed quia quidam. & ff. cod. l. j. §. vlt. Eſt autem effectus deliberationis, quòd interim bona non debent diminui, niſi cauſa cognita: & his verbis nõ tantum alienatio prohibita eſt, verũ etiã exercitium actionum, Huiuſmodi autem deliberatio hodie non eſt neceſſaria, ſi quis inuentarium ſecundum legẽ facere voluerit. Nam ſi velit aliquis ſpe certiſſima hæreditatẽ adire, vel ſe immiſcere, vt non poſtea repudiet eam, nullo indiget inuentario: cum omnibus creditoribus ſuppoſitus eſt, vt pote hæreditate ei ex ſua voluntate infixa. C. eo. l. vlti. §. j. Item & legatarijs tenetur inſolidum, per Auten. de hære. fal. §. ſi verò non fecerit Si verò quis non titubanti animo reſpuendam vel abſtinendam crediderit eſſe hæreditatem: dicebat enim ſe repudiaturũ, vel abſtenturũ, non tamen reſpuebat, vel abſtinebat: expectatur eius enuntiatio vſque ad tres mẽſes. C. eo. l. vlti. §. ſimiliq́ue modo. Si aũt dubius eſt, vtrũ ne admittenda ſit defuncti hæreditas, non putet ſibi neceſſariã deliberationẽ, ſed adeat vel ſe imiſceat: omni tamen modo cõfecto inuentario ab ipſo, vt exordiũ capiat inuẽtariũ intra xxx. dies poſtquàm cognouerit hęreditatẽ ſibi delatã: & intra alios ſexaginta dies hoc inuentariũ compleatur. Dicitur aũt Inuentarium conſcriptio rerũ in hæreditate defuncti inuentarum: cuius vtilitas eſt maxima: quia qui inuentarij beneficio hęreditatem adierit, ille non grauabitur propter improuiſum debitum, vel etiam prouiſum, ſi hæreditas non eſt ſufficiens. l. ſcimus. §. ex omnibus. C. eod.

Delibe-rare.

Effect' delibe-rationis.

Inuenta-rium.

# LIBER XXIX.

## *Et quintus huius.*

## De militari teſtamento.

Hic titulus ius ſpeciale continet, quod conceſſum eſt militibus exiſtentibus in expeditione, vt iuris communis ſolennitates circa teſtamenta condenda obſeruare non teneantur. Habent enim milites libram teſtamẽti factionem: faciant igitur teſtamenta, quoquo modo velint, faciant quoquo modo poterunt, ſufficiatq́ue ab bonorum ſuorum diuiſionem faciendam nuda voluntas ipſorum, omni à ſolennitate remota. Et hoc quando eſt in prelio miles: tunc enim nullo vocato teſtẽ condere poteſt teſtamentum. l. milites. C. eod. dum tamen duobus ſaltem teſtibus probetur teſtamentum factum ff. eo. l. Lucius. Si autem non in conflictu, ſed in tentorio fecerit, vocandi ſunt duo teſtes l. diuus. ff. eod. Quòd ſi non ſit in

Universidad de Deusto Biblioteca

expeditione,ſed domi:tunc iure communi vtetur.l.penul.C.
Miles vnde. eod.Miles autem appellatur vel à militia,id eſt, duritia quam
pro nobis ſuſtinet:aut à malo,quod à nobis arcere ſolent : aut à
multitudine,aut à numero mille hominũ:dictum à Græco ver
Chilia. bo chilia:nam Græci mille hominum multitudiné chilian ap
pellant:quaſi milleſimum quéque dictum,vnde ipſum ducem
Chiliarchon appellant,id eſt,principem militiæ.Exercitus au
Chiliarchon. tem nomen ab exercitatione traxit. Et competit hoc priuilé-
gium veris militib⁹,vt dicit Bal.in l.j.C.de iuris & fac.igno.nó
Exercitus. militibus tempore noſtro:hi enim non faciunt ea:nec habent
in ſe iſtas proprietates,quas enumerat gl.in l.penul.§.ex quib.
cau.ma.Et continentur his verſibus.Stigma,genus,ſcriptura,fi
des,examen,& enſis:Hęc faciunt militem,lex dicit Bononiẽſis.

## De acquirenda hæreditate.

Adire hæreditatem:nihil aliud eſt, quàm velle eam habere:
nam adire non tam facti eſt,quàm animi: imò in nuda & ſola
voluntate cõſiſtit.Nam hoc animo debet eſſe,vt velit eſſe hæ-
res.Cæterùm ſi quid pietatis cã fecit,ſi qd cuſtodiæ cã,vel aliud
non quaſi hæres fecit,ſed quaſi alio iure,apparet eũ nó pro hæ-
rede geſsiſſe:& ideo ſolent præſtari liberi qui neceſſarij exiſtũt,
non animo hæredis ſe gerere quæ gerunt, ſed aut pietatis, aut
cuſtodiæ cã,aut pro ſuo:vt puta patrem ſepeliuit,vel buſta fe
cit ei:ſi animo hæredis,pro hærede geſsit.Enimuero ſi pietatis
cã,contrariũ eſt.Eſt aũt multo hæredũ differẽtia:quidã Neceſſa
rij tantũ dicuntur:vt ſunt ſerui à dominis inſtituti:qui dicunt.
Neceſſarij. Neceſſarij:quia ſiue velint,ſiue nolint, coguntur eſſe hæredes:
ſed in præmium recipiunt libertatem. Alij ſunt Sui & Neceſ-
ſarij:& ſunt hi,qui in poteſtate & primo gradu teſtationis ſunt.
Sui & Neceſſarij. Et dicuntur Sui,quia etiam viuo teſtatore quodam modo bo-
norum domini ſunt.Neceſſarij verò dicuntur,quia de iure ciui
li velint nolint coguntur eſſe hæredes:ſed de iure prætorio ha-
bent abſtinendi licentiã,& ſufficit ſi ſe non immiſceant.§.eo.
Extranei. l.ei qui ſe.& C.vt ab hæred.abſti.l.j.Tertij dicuntur Extranei:
& ſunt,qui non ſunt in poteſtate teſtatoris.Inter iſtos hæredes
traditur talis differentia:quia ſi eſt Suus hæres,agnoſcendo hæ
reditatem dicitur ſe immiſcere,eò quia etiam viuentibus parẽ
tibus ipſi quodam modo ſunt domini rerum paternarum. Si
autem hæreditatem noluerint,dicuntur ſe abſtinere.Si verò eſt
Ex-



Extraneus hæres,dicitur adire hæreditatem:& ſi non vuult,di
citur repudiare:vterque autem dicitur acquirere hæreditatẽ.Et
ideo titulus noſter vtitur verbo vtriſque communi.Vnde ſolet
dici,Reſpuit extraneus,adit:& ſuus abſtinet, atque immiſcet:
ſemper acquirere conſtat vtrunque.

## Quemadmodum teſtamenta aperiantur, inſpiciantur, vel deſcribantur.

Gratia deliberationis & aditionis hæreditatis,opus eſt tabu
las teſtamenti aperiri,ideo de hoc ſequitur. Pollicetur autem
prætor cuicunque deſideranti tabulas teſtamenti inſpicere,vel
etiam deſcribere aut legere,ſe facturum poteſtatem inſpicien-
di,vel deſcribendi:ſiue hoc ſuo.vel alieno nomine deſiderent.
Debet ergo ad hoc impetrandum iudex adiri:quia neque ſine
iudice tranſigi,neque apud iudicem exquiri veritas aliter po-
teſt de his controuerſijs,quæ ex teſtamento proficiſcuntur,quã
inſpectis cognitiſque verbis teſtamenti. Et ideo æquum fuit,
vt deſiderium volentis aperiri teſtamentum reciperetur.Et di Teſtamentũ
citur propriè illud Teſtamẽtum,quod iure perfectum eſt. ſed mentũ
abuſiuè etiam ea appellamus teſtamenta,quæ falſa ſunt,vel in propriè.
iuſta,vel irrita,vel rupta.Et cùm ab initio aperiẽdæ ſunt tabu
læ teſtamenti,iudicis officiũ eſt,vt cogat ſignatores ſi præſen-
tes ſint conuenire,& ſigilla ſua recognoſcere,& iurare dicere ve
rum,an ſua ſint,vel non:& an teſtamentum ſit illius:vel nega-
re ſignaſſe.Publicè enim expedit ſuprema hominum iudicia
(id eſt voluntates)exitum habere.

## Si quis omiſſa cauſa teſtamenti.

Sepæ contingit,quòd inſtituti in teſtamento omittunt ad-
ire hæreditatem ex inſtitutione,propter euitanda onera lega-
torum:& accipiunt hæreditatem ab inteſtato, vſurpantes ſibi
in ius minime conceſſum:tales incidũt in pœnam huius tituli.
Datur enim cõtra eos vtilis ex teſtamẽto actio:quod prętor ideo
ſtatuit,vt volũtates defunctorũ tuereẽ,& calliditati(id eſt,frau
di)eorũ occurreret,q omiſſa cã teſtamẽti ab inteſtato hæredita
tẽ totã,partẽ ve eius poſsideãt,ad hoc quòd eos circũueniãt(id
eſt,decipiant)q̃bus aliqd ex volũtate defuncti deberi potuit.Et
ꝑpter tria introducitur hoc edictũ.Primò,ꝑpter eum q omit-
tit ex teſtamento,& ipſe idem tenet ab inteſtato.de quo.§.l.j.in
prin. Secundò, ſi quis per fraudem omiſerit hæreditatem,vt

 ad

Universidad de Deusto Biblioteca

ad legitimam perueniat, accepta inde pecunia: talis enim omittens tenebitur petitione legatorum. ʃ. l. j. ʃ. fin. Tertiò, cùm inſtitutus omittat vt ad ſubſtitutum veniat. ʃ. eo l. ſi non ſolus.

## De ſenatuſconſulto Syllaniano, & Claudiano. & quorum teſtamenta non aperiantur.

Hoc titulo ponitur hæres, ſi hæreditatem adeat ante quæſtionem habitam de familia: quando enim teſtator necatus vel interfectus reperitur, nõ debet hæres aperire tabulas teſtamenti, neque adire hæreditatem, niſi prius quæſtio (id eſt, tortura) habita ſit circa familiam, quis teſtatorẽ interfecit, ad eruendã veritatem nomine necati. Cùm enim aliter nulla domus (quæ tamen cuiq; debet eſſe tutiſsimũ refugiũ) tuta poſſet eſſe, niſi à domeſticis dñi etiã proprio periculo capitis cuſtodientiũ tuerentur: ideo Senatuſconſultũ Syllanianũ & Claudianũ introducta ſunt ad publicam quæſtionẽ de familia necatorũ habendã.

Occiſi q̃ dicãtur.

Appellatione autem Occiſorũ continentur, qui ꝑ vim aut per cædẽ ſunt interfecti: vt puta iugulati, ſtrangulati, præcipitati, vel ſaxo, vel fuſte, vel lapide percuſſi, vel aliquo telo necati. Et toties puniendi ſunt qui auxiliũ dño nõ tulerunt, quoties potuerũt ei aduerſus vim opem ferre, & nõ tulerũt. Et punit hoc Senatuſconſultũ eos, qui ſub eodem tecto fuerũt. Qui verò nõ ſub eodẽ tecto, ſed in eadẽ regione fuerunt, non aliter puniuntur, niſi conſcij fuiſſent. Qui ergo teſtamentũ aperit hac inquiſitione nondum facta, vel aliquid aliud fecerit, in hanc popularem actionem incidit, cuius pœna in centum aureos ex bonis dãnati, id eſt, hæredis extenditur: & pars dimidia ei, cuius opera conuictus erit, præmij nomine dabitur: reliqua pars in vſum publicum redigetur.

## Si quis aliquem teſtari prohibuerit.

Aliam cauſam ponit ꝑdẽdæ hæreditatis, q̃n quis ꝓhibet aliquẽ, ne teſtetur: & habet locũ q̃n cogo te, vt me inſtituas. Item & q̃n cogo te, vt aliũ inſtituas: vt. C. eo. l. j. Q̃n impedio te teſtari vel de nouo, vel quia teſtamẽtũ primũ mutare, vel teſtamẽtariũ (id eſt, notariũ ſcribente teſtamẽtũ) introire ad teſtatorẽ veto: tunc enim mihi denegantur omnes actiones pro eadem hæreditate cõpetentes. Denegatisque actionibus, hæreditas ad veniẽtes ab inteſtato deuoluitur: aliàs ſi delinquẽs proximior reperi

Prohibere quis dicitur. Teſtamẽtarij.



tur, vel habes pares in gradus, pars delinquentis ad fiſcum ſpectabit. l. ij. ʃ. eod.

## De iure codicillorum.

Nunc de iure codicillorum (id eſt, de parua, vel minime ſcripta voluntate) diſſeramus: qui ideo codicilli dicuntur, quia in breuiori chartutula vel codice, id eſt, libello fiebãt, quàm teſtamentum. Et ſolum in eis fideicommiſſa relinquebantur. Et habẽt ſe codicilli ad teſtamentum, ſicut ſchapha ad nauem. Et poſſunt codicilli fieri, etiam ſi nullum fiat teſtamentum. Si autem poſt codicillos qui teſtamentũ fecerit, videtur codicillos confirmaſſe, niſi expreſsè eoſdem reuocauerit. Et poſſunt fieri plures codicilli: & non requirunt ſolennitates, niſi quòd ſolùm adſint quinque teſtes, ſicut & in qualibet vltima voluntate. C. eo. l. fi. & de fideicom. l. fi. Codicillis autem non poteſt dari hæreditas, neque auferri (ſcilicet directe) neque conditio hæredi in teſtamento inſtituta apponi, neque directa ſubſtitutio fieri: ſed per fideicommiſſum bene.

Codici-li.

Plure codicil-li.

## LIBER XXX.

### Et ſextus huius.

## De legatis, & fideicommiſsis.

Expedita materia teſtamentorum, nunc de acceſſoria teſtamenti, id eſt, de legatis Iuriſconſultus ponit: cum regulariter ſecundum principale etiam acceſſorium reguletur. Et diuiditur iſte titulus in tres libros, vel tractatus, in quibus nihil aliud niſi de legatis diſponitur: & eſt hoc factũ, vt quidã volunt, propter prolixitatem vitandam: quæ eſſet, ſi longa iſta materia legatorum ſub vno titulo poſita fuiſſet. Vel quod melius eſt titulus de legatis. j. agit principaliter de rebus legatis, quæ ſcilicet poſsint legari, vel non. Poteſt autem legari omnis res vel propria, vel hæredis, vel etiam aliena, dummõ hoc vltimo caſu hæres rem legatam redimat, & legatario præſtet ſi poſsit: alias ſoluet ipſius rei æſtimationem, quando teſtator ſciuit rem eſſe alienam, & illius rei commercium communiter haberi poteſt: aliàs ſi res legata non eſt in cõmercio hominum vel eſt, ſed cum difficultate: tunc nec æſtimationem hæres præſtabit, niſi aliter appareat de mente teſtatoris. ʃ. eo. l. ſi quis inquilinus. & niſi quando liber homo ſibi legatur, qui fuerat redemptus ab hoſtibus. ʃ. eo. l. ſenatus. ʃ. fi. Et eſt Legatũ donatio quædam

De le-gatis.

Lega-quid.

Universidad de D... Bibliote...

quædam à defuncto relicta, & ab hærede præſtanda: vnde ſolet dici: O puer hoc dictum tu credas eſſe legatum, Quod ſit donatum, vel à teſtatore relictum. Et inquo differat à Donatione cauſa mortis, habetur Inſt. eo. in prin. Vel legatū eſt deliberatio hæreditatis, qua teſtator (ex eo quod vniuerſum foret hæredis) alicui quod collatum velit. ℑ. eo. l. legatum eſt.

## LIBER XXXI.

### *Et ſeptimus huius.*

### De legatis, & fideicommiſsis. II.

IN hoc libro principaliter tractatur de perſonis legantium, & legatariorum: poteſt ergo quilibet legare, qui & teſtamētum facere poteſt. Et ſimiliter legari poteſt omnibus perſonis, quæ capaces ſunt receptionis, & quæ ex teſtamento aliquid recipere poſſunt. Sunt autem quatuordecim perſonæ, quæ nō poſſunt facere legata: de quibus glo. in l. ſi quæram. ff. de teſta. & no. glo. Inſti qui non eſt per. fa. teſt. §. fin. Et nouem perſonę, quibus nihil poteſt relinqui, quas enumera gl. in l. j. ℑ. de iur. fiſ. & Inſti. de lega. §. legari.

*Qui poſſunt legare, & quibus.*

## LIBER XXXII.

### *Et octauus huius.*

### De legatis, & fideicommiſsis. III.

IVriſconſultus hoc libro tractat de ſignificatione verborum tam circa res legatas, quam circa perſonas legantium, & legatariorum. Supradicti tamen tituli non obſeruant in omnibus iſtam ſpecificam diſtintionem inter hos tres liberos de legatis traditam. Sæpe enim quo vni eſſet attribuendū, in alio ponitur: vt dicit gl. ff. de leg. j. in rubro. Iſtud tamen ſummariè ſciendum, quod olim inter Legata & Fideicommiſſa longa eſſet differentia: hodie tamen exæquata ſunt Legata Fideicommiſſis per omnia, vt nulla ſit inter ea differentia, niſi quantum ad vocabulum: & quod deeſt legatis, repleatur ex natura fideicommiſſorum: & ſi quid amplius eſt in Legatis, per hoc creſcat Fideicommiſsi natura: inſti. eo. §. j. Et quicquid ſtatuitur in vno, ſtatuitur in reliquo: imò eſſe Legatum eſt Fideicommiſſum, & econtra: & hoc in fideicommiſsis ſingularibus: nam vniuerſalia fideicommiſſa adhuc aliquid ſingularitatis habent.

*nter le ata & ſi eicom uſſa.*

LIBER



## LIBER XXXIII.

### *Et nonus huius.*

### De annuis legatis, & fideicommiſsis.

CVm annos ſingulos aliquid legatū ſit, illud annuū legatū appellatur. Et ſi nō ſit aſcriptū, quo loco ſolui debet: quocūq; tunc loco petur, dari debet. Et cum aliqd in ſingulos annos legatū fuerit, tūc plura ſunt legata: & primi anni purū eſt, ſequētiū aūt annorū conditionale: videtur enim ineſſe hæc cōditio, ſi viuat: & ideo mortuo legatario ad hæredē ſuū legatū nō trāſit. Cū enim in ſingulos annos legatū relinctū eſt, ſimile eſt vſufructui, cum morte finiatur. Cum hoc autē ab vſufructu differt. quia capitis diminutione non finitur legatū in ſingulos annos relictū: quia legatū ſequētis anni eſt aliud legatū: & ſic iſtud habebit legatarius, cū plura ſint legata, & in capite cuiuſcūq; anni inſpicitur, an ſi capax legati, vel nō: & ideo in principio anni etiam ſolui debet. Si autem legatum ſit per hæc verba: Hoc anno, vel Quolibet anno: & tunc in fine anni ſit ſolutio. l. qui hoc anno. ℑ. de verb. obl. Vnde ſolet dici: Annua ſi debes, tūc inſpicias caput anni: Anno ſi debes, in fine teneberis anni. gl. Inſt. de ver. obl. §. omnis. & de inuti. ſtip. qui hoc anno.

*Annuū legatū.*

*In ſingulos ānos lega.*

### De vſu, & vſufructu, & reditu, & habitatione, & operis per legatū, vel fideicōmiſſum relictis.

Iſte titu. differt à titu. vſufructu, & vſu, habitatione. &c. in quibus etiam tractatur de tali materia. Sed hic in vltima voluntate tantum proſequitur: albi etiam interuiuis. Et eſt regula, quòd nec vſus, nec vſusfructus itineris, actus, viæ, aut aquæductus legari poteſt ab eo, cui debeātur huiuſmodi ſeruitutes: quia ſeruitus ſeruitutis eſſe nō poteſt. Nec obſtat quod dicitur, quòd omnium quæ in bonis ſint legati poſsit vſusfructus: quia ſeruitus neq; ex bonis, neq; extra bona ſit: imò in alienis bonis eſt ſemper: quia ſua res nemini ſerui ff. ſi vſusfru. pet. l. vtifrui. Poſſunt etiam liberi hominis operæ legari, ſicut & locari, & in ſtipulationem deduci: habitationis quoq; legatum in ſingulos annos ſactum ab initio deberi conſtat.

*Seruit' an poſſit legari.*

*Operæ legātur,*

### De ſeruitute legata.

Qui iuris circa ſeruitutes conſtituendas, vel acquirendas ſit traditū eſt ſuprà in materia ſeruitutū. Sed quia hic teſtamēta,

&

Universidad de Deusto Biblioteca



& legata quæ in his ſiunt, examinantur: ideo etiam inter cæte-
ra ponitur hic titulus, tractans quomodo ſeruitus legari poſ-
ſit, & quid in eo legato veniat, aut quem effectum habeat.

## De dote prælegata.

Iſtud præ, nihil operatur in toto tit. ſicut & cũ dicitur præ-
electo: vt C. de emẽ. Iuſ. co. l. j. & eſt figura epilepſis vel tautolo-
gia, ſec'm Azo. vel ideo dicitur dos prælegata, ſecundũ Roge-
riũ, quia ante tẽpus dotis tale legatũ dotis vel relictũ capitur.
Ideo immerito prælegata dos, id & eſt, præmaturè capibilis di-
ci poteſt. Et cum prælegatur, illud dotis prælegationi ineſt, &
nihil plus, quod inerat actioni de dote, niſi in ſolo tempore.

## De optione, vel electione legata.

Optionis legatum eſt, vbi teſtator ex ſeruis ſuis, vel alijs re-
bus optare (id eſt, eligere) iuſſerat. Et olim habeat tale legatum
in ſe conditionẽ: ſcilicet, ſi legatarius elegerit. Et ideo niſi ipſe
legatarius viuus optaret, ad hæredem tale legatum non tranſ
mittebat: hodie autẽ ex noua cõſtitutione l. ſi. C. communia de
le. data eſt licẽtia etiã hæredi legatarij optare: licet viuus legata
rius hoc non fecit: & ſi plures ſint plures quibus optio relicta
eſt, & diſſentiant in corpore eligendo, talis diſcordia dirimẽta
eſt ſorte, & fortuna erit iudex huius optionis: vt ad quem ſors
deueniat, illius ſententia in optione præcellat. Et mittetur iſta
ſors tali, vel alio modo, ſicut ſuprà de iudi. l. in his tribus.

Sors index.

## De vino, tritico, & oleo legato.

Vino legato, etiam acetum continetur, quod paterfa. vini nu
mero habuit. Et ſi quis vinum legauerit, omne quod ex vinea
natum, vinum permanſit continetur: ſed ſi mulſum ſit factum
vel hydromellum, id eſt, potio de aqua & melle, & vini appel-
latione non continebitur: ſicut ne defrutum, id eſt, vinum bul
litum, neq; acinaticium neq; cydoniũ, quod ſit ex pomis, con-
tinebitur. Sed œnomellum, id eſt, dulciſsimum vinũ, & paſſum
continebitur: & hoc verum ſi vini numero à teſtatore ſum ha-
bita: alias omnia vini appellatione continentur, quæ vini nu
mero paterfa. habuit, ſicut zytum, & chamum, & cætera, quæ
pro hominum affectione potationis loco longo tempore ha-
bentur. Et legato vino etiam vaſa debentur, in quibus ad per-
petuum vina reſeruari ſolent. De oleo legato quid cõtineatur,
ponit l. iij. de tritico & frumento, & l. quidam hæredem. ſ. co.

De ſun



## De fundo inſtructo, & inſtrumento legato.

Fundus inſtructus dicitur, qui ea inſtrumẽta habet, ſine qui
bus fundi exercitium inutile eſſet. Qui ergo fundũ inſtructum
legat, videtur fundum cum ſuis inſtrumentis legaſſe. Eſt autẽ
Inſtrumẽtum apparatus rerum diutius manſurarum, ſine qui
bus exerceri nequiret poſſeſsio. Et ſunt inſtrumẽta fundi ea, quę
fructus quærendi, colligendi, conſeruandi ve gratia parata ſunt
Et tractat hic tit. de inſtrumẽto fundi, & domus, & patrisfami.
& horti, & tabernæ, & cauponis, & balnei, & villæ, & vrne, & pi-
ctoris, & piſcatoris, & de lanionis, & piſtoris. & medici.

Inſtrumentũ.

## De peculio legato.

Peculio legato, quicquid viuo teſtatore accedit, ad legatariũ
pertinet. quod autem poſt mortem, non: niſi ipſi ſeruo legatum
fuerit peculium. Et ſeruo teſtamẽto manumiſſo non intelligi-
tur relictum eſſe peculium, niſi expreſſe appareat. Secus ſi inter
viuos fuerit manumiſſus. Et ſeruus, cui legatum eſt peculium,
non poteſt repetere eas expenſas, quas pro domino ſuo expen-
dit. Quid autem ſit Peculium, dictum eſt ſ. de pecu.

Peculiũ legatũ.

## De penu legata.

Si quis penum legat, continentur in legato omnia quæ ſunt
parata eſui, & potui. Continentur etiam ea, in quibus ſolemus
eſſe, id eſt, comedere: vt oleum, & garum (id eſt, ſalſamentum)
amurca, mel, & cætera ſimilia. Eſt autem Penus cella pro conſer
uandis eſculentis & poculentis conſtituta: & in hoc differt à Cel
lario, quia Cellarium eſt paucorũ dierum: vnde & in cella dici-
tur imparatũ frumentum: Penus verò longi tẽporis. & dicitur
penus peni, & penus penoris, & penu: Seruus 1. Aeneid.

Penus. Cellarium.

## De ſuppellectili legata.

Supellex eſt domeſticum patrisfamil. inſtrumentum, quod
neque argento, auro ve facto, vel veſti annumeretur à patrefa.
id eſt, cæteræ res mobiles, non animalia. Et legata ſuppellectili
hæc continentur: menſæ, trapezophora, delphica, ſubſellia, ſcã
na lecti etiam inargentati, culcitræ, toralia, mappæ villoſæ, va
ſa aquaria, pelues, aquiminaria, candelabra, lucerna, trullæ, &
capſæ, & armaria, & vitrea eſcaria & potoria, & preterea omnes
res quæ ad vſum cõmunem patrisfamiliàs paratę ſunt: quæ no
men ſui generis ſeparatim non habent, Supellectilis appellatio
ne continentur.

LIBER

Universidad de Deusto Biblioteca

# LIBER XXXIIII.

*Et decimus huius.*

## De alimentis, & cibarijs legatis.

Alimenta. SI alicui legantur alimenta, debentur ſibi cibaria, & veſti-
tus, & habitatio, quia ſine his corpus ali non poteſt. Alia
autem quæ ad diſciplinam pertinent, in legato non conti
nentur, niſi probetur aliud teſtatorem ſenſiſſe. Sed ſi quis Dia-
ria, vel Cibaria reliquit: neq; veſtiariũ, neq; calcearium debe-
Diariũ. tur: quia de cibo teſtator tantũ ſenſit. Eſt autem Diariũ, quod
alicui ſingulis diebus pro cibo relinquitur. Et ſi quis puero vel
puellæ alimenta relinquat, adueniente pubertate legatum non
expirat. Sed tãdiu ei debenť, donec teſtator voluerit: quòd ſi nõ
appareat quid ſenſerit, p totũ tẽpus vitæ ſuæ debebũtur. Si aũt
experſsit, quòd vſque ad pubertatem alimenta relinquit: hoc
caſu pueri vſque ad xviij. annum. puellæ vſque ad xiiij annum
alantur: & hoc pietatis intuitu, & fauore alimentorum.

## De auro & argento, mundo, ornamentis, vnguentis, veſtibus, vel veſtimentis, & ſtatuis legatis.

Cum aurũ argentumq; legatur, quicquid auri argentique re-
lictum eſt, in hæreditate hoc legato continetur, & hoc propter
Mũdus. generalitatem verborũ. Species aũt ex auro vel argento facta nõ
cõtinetur: niſi teſtator omne argentum legauerit. Mundus eſt
ornamẽtum mulieris, in quo mulier mundior fit: continentur
& ſpecula, matulæ (id eſt, vrinalia) vnguenta, vaſa vnguentaria
Ornamenta muliebria. & ſi qua ſimilia dici poſſunt. Ornamenta aũt muliebria ſunt,
quibus mulier ornatur, veluti in aures, armillæ, viriolæ, anuli,
& omnia quæ ad aliam nullã rem parantur, niſi corporis ornã
di cauſa. Ex quo numero etiã ſunt gemmæ, lapilli, vittæ, mitræ,
ſemimitræ, lautica, acus cũ margarita quam mulieres habere
ſolent, reticula, crocifuſia. Eſt ergo aliud eſſe mulierem mundã
aliud ornatam, vt ſolet contingere in his, quę ſe mundauerint
lotæ in balneo, neque tamen ſe ornauerint: & econtrà, eſt ali-
qua mulier ſummè ornata, neq; tamẽ emundata, ſi nõ loca ſit.
Vnguenta. Vnguenta dicuntur nõ ſolum quibus vngũtur voluptatis cau-
ſa, ſed etiã valetudinis, id eſt neceſsitatis: qualia ſunt comagin
glaucina, roſamirra, colum, nardũ purum, quo quidem etiam
mul-



mulieres vngũtur, vt elegantiores & mundiores ſint. Nihil re-
fert an veſtis, vel veſtimenta legentur: & omnia lanea, linea, ſeri
ca, vel bombycina, quæ induendi, præcingendi, amiciendi, in-
ſternendi, injiciendi, accubandi ve cauſa parata ſuns: Et quę his
acceſsionis vice accedunt, vt ſunt picturæ inſitæ, vel quæ claui
veſte inſinuantur, veſtimentorum vocabulo continentur. Ve- Veſtimenta virilia.
menta aũt omnia aut virilia ſunt, aut puerilia, aut muliebria,
aut cõmunia, aut familiaria. Virilia ſunt, quæ parata ſunt cau-
ſa ipſius patrisfa. veluti togæ, & tunicæ, palliola, veſtimenta,
ſtragula, anſitaria, & ſaga, id eſt, veſtis vilis, & raſa. Puerilia ſunt Puerilia
quæ ad nullum aliũ vſum pertinent, niſi ad puerilẽ: veluti præ
textæ, togæ, aliculæ, chlamydes, & talia quæ filijs noſtris com- Muliebria.
paramus. Muliebria ſunt quæ matrisfa. cã parata ſunt, quibus
vir nõ facile vti poteſt ſine vituperatione: veluti ſtolæ, capitia,
pallia, tunicæ, zonæ, mitræ, plagulæ, penulæ. Cõmunia ſunt, Cõmunia.
quibus vtitur mulier cũ viro: veluti penula, pallium, & reliqua
huiuſmodi: quibus ſine repræhẽſione vel vir vel mulier vtatur.
Familiaria ſunt, quæ ad familiã veſtiendã parata ſunt: ſicuti ſa- Familiaria.
ga, linthea. ſtragulæ veſtis ex pellibus, pelles caprinæ. & agnelli
næ veſtes. Si ſtatuam quis leget, & poſtea ex alia parte brachiũ
ei adiectum ſit per teſtatorẽ, omnimodo ſtatua à legatario ven
dicari poteſt, id eſt, poteſt petere legatarius ſtatuam ipſam cum Statua.
omni re adiuncta.

## De liberatione legata.

Si quis debitori ſuo liberationem legauerit, legoaum eſt vti
le: & neque ab ipſo debitore, neque ab hærede eius poteſt hæres
petere, neque ab alio qui loco hæredis eſt: quia debitor habet ex
ceptionẽ ex tali legato: immo poteſt debitor etiam hæredẽ con
uenire vt liberet eũ. Et poteſt legatũ liberationis fieri vel in per
petuũ, vel ad tempus iubere, ne hæres à debitore petat: & habe-
bit hoc tempus liberationis non ſolùm debitor donec viuat,
ſed etiam poſt mortem eius hæres ſuus. l. non ſolùm. ſ. eo.

## Da rebus dubijs.

Quia in ambiguo ſermone non vtrunque dicimus, ſed id Ambiguus ſermo.
duntaxat, quod volumus: & qui aliud dicit, quàm vult, Ille
neq; id dicit quod vox ſignificat, quia non vult: neq; id quod
vult: quia non illud loquitur. Et quia tales perplexitates, ambi-
guitates, & amphibologiæ, & cætera multa dubia, obſcura, &

 caligino

caliginoſa in teſtamentis,& legatis intercidunt::ideo de inter-
pretationibus rerum dubiarum hic tit.tractat.

### De adimendis legatis, & fideicommiſsis.

Legata dicuntur adimi ,quando ex eodem teſtamento ſiue codicillis ea quæ prius legata fuerunt reuocantur,vel in alium transferuntur. Et ſit ademptio ſiue verbis contrarijs,veluti qui legauit per verba Do,Lego:ita adimat Non do,Non lego.Siue ſiat verbis non contrarijs,ſed alijs quibuſcunq; verbis de notātibus reuocationē,ademptionē,vel trāſlationē:puta Adimo,vel Pœniteo eius quod dedi,vel ſimilia . Imò etiā nuda voluntate præſumpta ſit adēptio:puta ſi teſtator factus ſit inimicus capitalis ipſius legatarij poſt factū teſtamentū.l.iij.§.eo.Sed ſi tales inimicitiæ poſtea ceſſent,& rurſus amici ſiant,tunc reconualeſcit.l.quod ſi iterū §.eo.quia ambulatoria eſt defuncti voluntas vſq; ad vitę ſupremæ exitū.Trāſfertur aūt legatū quatuor modis. Aut enim à perſona in perſonam transfertur. Aut ab eo qui dare iuſſus eſt transfertur,vt alius det. Aut cū re pro res datur: vt pro fundo decē aurei. Aut quod purè datum eſt,transfertur ſub conditione.l.tranſlatio.§.eo.

Ademptio quomó fit.

Trāsfertur legatum.

### De his quæ pœnæ nomine relinquuntur.

Legare pœnæ nomine is dicitur,qui in legato aliquid expreſſit quod coërcēdi hæredis cā relinquit:quo magis hæres aliqd faciat,vel nō faciat:veluti ſi reſtutor ſcripſiſſet,Hęres meus ſi ſiliā ſuā i matrimonio eū Titio nō collocauerit,det x,aureos Seio.Vel ita:Hęres meꝰ ſi ſeruū Stichū nō manumiſerit,det Titio x.aureos. Et licet olim inutile erat tale legatū pœnę:hodie tū legatū taliter ſiue adēptū ſiue tranſlatū,ac etiā hæredis inſtitutio pœnę nōie facta valet:niſi ſub cōditione īpoſsibili,vel legibus interdicta,vel ignominioſa ſiant:de hoc.Inſt.de lega.§.fin.

### De regula Catoniana.

Catonis regula circa legat olim vſitabaſ. Et cōtinebat in effectu,qđ ea legata,quę caduca ſierēt,aut eſſent nulla , ſi teſtator ſtatim facto teſtamēto morereſ:quòd iſta nō cōualeſcerēt,ſi teſtator diutiꝰ poſt teſtamētū ſupertiueret,& res iterū ad eū ſtatū puetiſſet,à quo icipere potuiſſet:Puta,teſtator legauit rē ipſius legatarij ipſi legatario:iſtud legatū eſſet inutile,ſi teſtator ſtatim morereſ,qa res ꝓpria alicuius ſibi legare nō pōt.§.ſed ſi rē. Inſtitu.de leg.quia res ſemel ſua nō poteſt amplius fieri ſua.Inſtitu.



ſtitu.de act.§.ſic itaque.Sed ſi vino teſtatore legatarius eandem rē alienauerit,& ita ad ſtatum perueniat , vt amplius non ſit legatarij,per regulam Caton.non cōualeſcebat hoc legatum:ſed erat inutile omnino. Iure autem nouiſsimo ſublata eſt iſta regula per l.vnam.C.de cadu.tollen.& fallit aliàs in multis caſibus quos not.gl.in verbo,ſalſa eſt.in l.j.§.eod.

### De his quæ pro non ſcriptis habentur,

Siquis hæreditatem vel legatum ſibi ipſi aſcripſit,incidit in pœnas legis Cor.de fal.& nihilominus ſcripturæ ſuæ perinde habentur,ac ſi inſertæ teſtamento non fuiſſent.Sic etiam quæ in teſtamento ſcripta ſunt , & non intelliguntur quid ſignificent , ea perinde ſunt,ac ſi ſcripta non eſſent. Quæ pœnæ ſeruo relinquuntur extra cauſam alimentorum , pro non ſcripto habentur . Legatum quod alicui aſcribitur qui in rem humanis eo tempore non erat , vel qui in hoſtium poteſtate fuit,neque ab hoſtibus redijt,pro non ſcripto erit,& deficit.

### De his quibus, indignis, legata auferuntur.

Legatarius qui teſtatorem de illicita negotiatione poſt mortem detulerit , carere debet legato , ſeu fideicommiſſo , quæ ſibi ex teſtamento relicta fuerint. Similiter & ille , qui maniſeſtiſsimè comprobatus eſt id egiſſe , vt per negligentiam , & culpam ſuam mulier , à qua hæres inſtitutus erat , moreretur. Aut qui teſtamentum dicere voluit inofficioſum , in quo ſibi legatum eſt factum,vel ſi quis non obtemperauit mandato aut conditioni in teſtamento legali appoſitæ:vel ſi inimicitiæ capitales interuenerunt inter legatarium & teſtatorem : vel ſi palàm , & apertè teſtatori maledixerit , & infauſtas voces aduerſus ipſum iactauerit.

## LIBER XXXV.

*Et undecimus huius.*

### De conditionibus & demonſtrationibus,& cauſis, & modis eorum, quæ in teſtamento ſcribuntur.

DE legatis ſupra dixit : in quibus , quia quandoque ponitur conditio ,demonſtratio,modus,& cauſas,ideo de his dicit. Eſt autem conditio, quædam legati ſuſpenſio, Cōditio

Universidad de Deusto Biblioteca



Demõ- cuius de futuro defectus vel cõfirmatio pẽdet. Demõſtratio, eſt
ſtratio. quædã in exiſtẽtibus vel præteritis accidẽtibus notitia, quo ma
Cauſa. gis legatũ ſit liquidũ, adhibita. Cauſa dicitur quædã de præteri
tis præcedẽs ſuaſio: quo teſtimonio noſtro magis quẽ honora-
Modus. mus. Siue eſt animi cõpulſio à nobis expreſſa. Mod⁹ eſt de futu
ro, & quaſi cuiuſcũ remunerationis à legatario petitæ exhorta-
Cõditio tio: quo nõ cõpleto, ita relicto qs priuatur, & ſicut deficiẽte con
multi- ditione ab initio nõ capitur. Et eſt natura Cõditiõis vt ſi ſit po
plex. teſtatiua, ei obtẽperetur, nec per eũ, qui obtẽperare debet, aliqd
fiat, quo minus adimpleatur, quo caſu pro impleta habetur, &
relictũ capietur. C. de cond. inſer. l. ſi. Si verò eſt turpis, vel inho
neſta, ſi qdẽ ex parte legatarij, pro nõ adiecta habetur: & idẽ de
impoſsibili. Si aũt ex parte heredis ponatur, tũc legatũ vitiatur.
Inſt. de leg. §. ſi Si vero caſualis, vel miſta fuerit, euẽtus ſpectabi
tur. C. de cad. toll. l. vna. §. ſin autem aliquid. In miſta vero lega
tarius adiuuatur, ſi per eum non ſtetit, ſed per hũc, in cuius for
tuitum caſum ſteterit: vt C. de condi. inſer. l. legatum. Et fit
Si. Conditio per Si. ff. de condic. inde. l. qui promiſit, fit etiam per
Cum. Cùm: vt ff. de verb oblig. l. quodcunq. §. non ſolũ. Natura verò
Cauſæ, vel demonſtrationis eſt, vt quamuis falſa demõſtratio,
vel cauſa dicatur, legatum tamen non vitiatur: Inſti. de lega. §.
ſi quis in nomine. & C. de falſ. cau. adiec. l. ij. Et fit cauſa per
Quia. Quia: demõſtratio autẽ, oſtendẽdo aliquid. Natura verò Modi
hæc eſt, vt modus adimpleatur. vel per legatarium nõ ſtet, quo
minus adimpleatur: & ſic legatum non reuocatur. C. de his quæ
Vt. ſub mo. l. j. & ij. Et fit Modus per Vt, vt ibi: vnde ſolet dici. Scito
quòd vt modus eſt: & ſi conditio: quia cauſa. de hoc glo. in c. ve
rum. de cond. appo. & inſt. de leg. §. longe magis.

## Ad legem falcidiam.

Quia lege falcidia legata minuũt, ideo de ea ſeq tur. Cũ enĩ le
ge. xij. ta. libera erat legãdi poteſtas: vt liceret etiã totũ patrimo
niũ in legatis erogare. Cautũ enĩ erat ea lege in hũc modũ: Vti
quiſque legat rei ſuæ, ita ius eſto. Sed qa oportunũ erat, gratia
teſtatorũ legãdi licẽtiã coartare, plerũq; enim inteſtati morie
bantur, recuſantibus ſcriptis hæredibus pro minimo aut nullo
lucro hæreditates adire. Lata eſt ergo nouiſsime lex Falcidia,
qua cauetur, ne plus legare liceat, quàm dodrantem, id eſt, no-
uem vncias totorum bonorum. Siue ergo hæres inſtitutus ſit,
ſiue plures, etiam ſi eſſent mille, apud eum, eos vt pars quar-
ta remaneat, communiter inter eos diuenda. Et dicitur Fal- Falcidia
cidia ideo, quia ſicut ſarx fœnum, ſic lex hæc legata reſecat:
vel à Falcidio autore dicta, ſicut Publiciana, à Publiciò. In
ſtitu. de act. §. alle. de hoc ij. diſ. quædam. & in c. Raynaldus. Qñ ha-
de teſta. gloſſ. vlti. & in c. Raynuntius. in gloſſ. potuit. Et ante bet locũ
quam detrahatur falcidia detrahendum eſt prius ex patrimo- falcidia
nio totum æs alienum: item funeris impenſæ: Item pretium
ſeruorum manumiſſorum. Et de reſiduo patrimonij debent fie
ri quatuor partes: ita quòd vna ex illis remaneat penes hære-
dem, de alijs tribus ſoluantur legata, vnicuique plus vel minus,
ſecũdum quod teſtator voluit: & ſi plus ſit legatum, quàm ſint
vires patrimonij: id æs ante omnia deducitur, & poſtea falci-
dia detrahitur. Vnde ſolet dici: Tunc defalcabis, cùm per lega-
ta grauaris. gl. in c. Raynutius. de teſta.

## Si cui plus, quam per legem falcidiam licue rit, legetur.

Si alicui plus quam licuerit legetur: & dubitari iuſtè poſsit,
vtrum lex falcidia locum ſit habitura, vel ne, ſubuenit prætor
hæredi, vt ei legatarius ſatiſdet: id eſt, caueat, quod ſi appa-
ruerit eum amplius legatorum nomine cepiſſe, quam ex lege
falcidia capere licebit, quanti ea res eſt, tantam pecuniam ſibi
reddat: doluſq; malus ab eo abſuturus ſit: hoc eſt, ſi ſciẽs legatũ
indebitum cepit, vel dolo ſuo res interierit, etiam ex doli. Et
clauſula, quæ in iſta ſtipulatione ſupradicta continetur, tenebi
tur. Et ſi opponat exceptionẽ de rei interitu, poterit ipſe repel
li replicatione: quia dolus eius factum eſt. Et hæc cautio quæ
propter l. Fal. interponitur, fideiuſſorum habet præſtationem.

# LIBER XXXVI.

*Et duodecimus huius.*

## Ad ſenatuſconſultum Trebellianum & Pegaſianum.

EXplicito tractatu qui ad fideiuſſores ſingularum perti-
net rerum: & ti. de leg. j. vſque huc: Nunc tranſeamus ad fi
dei cõmiſſa vniuerſalia, & ad interpretationẽ ſenatuſconſulti Tre
belliani. Factũ eſt enim ſenatuſcõſultũ tẽporibus Neronis, viij.
Kal. Septẽbris, Anneo Seneca & Trebelliano Maximo conſuli-
bus: in quo diſponitur quòd ipſe hæres inſtitutus grauaueri

Universidad de Deusto Biblioteca

poſsit per fideicõmiſſum, vt reſtituant totam hæreditatem, vel partem eius: ſed de his detrahere poteſt quartam, quæ Trebellianica appellatur. Et pro rata illius quartæ poteſt agere & conueniri contra debitores, & à creditoribus hæreditariis. Et differt in hoc iſta quarta à quarta Falcidia: quia Falcidia reſecat ſuperflua legata particularia vſque ad dodranem: ſed Trebellianum reſecat fideicommiſſa vniuerſalia. Et hodie ceſſat. Senatuſconſultum Pagaſianum, & in locum eius poſitum eſt Trebellianũ: cuius vigore hæres rogatus reſtituere, hæreditatem, poteſt retinere quartam vel etiam ſolutam repetere: & pro ea poteſt agere & conueniri. Et dicuntur Fideicommiſſa ideo, quia olim nemo inuitus cogebat præſtare id, de quo rogatus erat. Quibus enim non poterant hæreditatem, vel legata relinquere, ſi relinquebant, committebant teſtatores fidei eorum, qui capere ex teſtamẽto poterãt, vt alijs reſtituerẽt: & ideo fideicomiſſa appellata ſunt quia nullo vinculo iuris, ſed tãtũ pudore eorum qui rogabantur, continebãtur. Hodie autẽ in iuris neceſsitatẽ deductum eſt, vt hæres taliter rogatus, inſtante fideicõmiſſario, etiã ſi nolit, inuitus cõpellitur ad eundẽ hæreditatẽ, & reſtituẽdã eãdẽ ei, pro quo rogat⁹ eſt, retẽta tamen ſibi quarta Trebellia. Vnde ſolet dici: Tũc trebellia, cũ reddere cuncta grauaris. gl. in d. c. Raynutius. de teſta.

Quarta. Trebel. Falcidia Pegaſianum.

Fideicõmiſſa.

## Quando dies legatorum, vel fideicommiſſorum cedit.

Cedere.

Verbum Cedere duas habet ſignificationes: aliquando enim exponitur, id eſt, incipere deberi. ℐ. de verb. ſigni. l. cedere. Aliquando cedere dicitur quantum ad tranſmiſsionem: vt C. de cad. tol. per totum. Pro huius pleniori notitia ſciendum, quædam pure, id eſt, ſine diei vel conditionis appoſitione relinqui: quædam ſub conditione. Et ſiquidem purum fuerit legatum, cedit eius dies à morte teſtatoris, ſcilicet quantum ad trãſmiſsionem, non quantũ ad hoc, vt debeãtur, aut peti poſsint. C. de ca. toll. §. cum igitur. Et in ſeruitutibus perſonalibus, vt ſuus vſusfructus, vſus habitatio, non cedit dies ante aditam hæreditatem: & ſi pure ſint relictæ: nec quo ad petitionem, nec quo ad tranſmiſsionem, ſi cedat legatarius. Idem in alijs ſeruitutibus, & in quibuſdam alijs caſibus not. C. de cad. toll.

Cedere ſeruitutes.





§. nouiſsimo. & ℐ. eod. l. habitatio. Hæreditate verò adita cedit dies quo ad petitionem, non quo ad tranſmiſsionẽ, cũ nõ tranſeant ad hæredes. d. §. in nouiſsimo. & Inſti. de vſufruc. §. finitur. niſi ſint relictæ Titio & hæredi. C. de vſufruc. l. cum antiquitas. Cætera verò legata cedũt à morte teſtatoris quo ad trãſmiſsionem, licet non poſsint peti niſi ea adita. Item ſi ſunt relictæ ex die certo vel incerto, vel ſub conditione, non cedit ante diem l. ij. ℐ. eo & ti. quando dies vſuf. le ce. l. j. §. fin. Sed cætera legata ex die certo cedunt: vt C. de caduc. tollend. §. cum igitur. & ſic conſtat quod ſupra diximus duobus modis diem cedere: vt etiam not. d. l. vna. C. de cad. tol.

## Vt legatorum, ſeu fideicommiſſorum ſeruandorum cauſa caueatur.

Hæc publica in Codice cumulatur cum illa, Vt in poſſeſsionem legatorũ, &c, quæ eſt ℐ. prox. Oportet igitur ſatiſdare nõie legatorũ: vt quibus teſtator dari legata, fieri ve voluit, iiſdẽ legatarijs vt detur vel fiat, dolusq́ue malus ab futur⁹ ſit. Et pro hoc cogitur hæres ſemp ſatiſdare cuiuſcũque ſit dignitatis, vel quarumcunque facultatũ. Fallit hoc in caſibus: primo in fiſco. ſecundo in legato repetito: tertiò, ſi teſtator vetuit: quartò: qñ offertur cognitio, & dicit hæres, Hodie conſtat, hodie agamus: quintò, qñ calũnioſe petitur: quia conſtat fideicõmiſſum nõ deberi, vel conſtat repudiatum fideicõmiſſum, vel hæreditatem nõ aditã. Item liberi teſtatoris nõ ſatiſdãt, niſi teſtator præceperit. l. iubemus. §. j. C. ad Trebel. Et non ſolũ legatarijs ſatiſdare oportet, ſed etiam ſucceſſoribus eorum & procuratoribus: & non ſolum hæredes cauent, ſed etiam ſucceſſores eorundem. ℐ. eo. l. j. §. non ſolum. Eſt autem ſatiſdatio præſtanda demum adita hæreditate, vel agnita bonorum poſſeſsione.

Satiſdare nõie legati.

Cui caueatur. Quãdo.

## Vt in poſſeſsione legatorum, vel fideicommiſſorum ſeruandorum cauſa eſſe liceat.

Suprà tit. proxi. propoſita eſt quædam ſatiſdatio, vel cautio fideiuſſoria, quam præſtare debet hæres legatarijs, vel fideiuſſoribus, de ſoluendis legatis, vel fideicommiſsis: quòd ſi hæres eandem cautionem præſtare recuſauerit, & non, vti iure cautum eſt, ſatiſdederit, mittitur legatarius vel fideicommiſſarius in poſſeſsionem bonorum cauſa legatorũ, vel fideicõmiſſorũ: de qua miſsione tractat hic tit. Non tamẽ ex tali miſsione

Universidad de Deusto Biblioteca

dominus eſſe incipit, nec tam poſſeſsio rerum ei quàm cuſtodia datur. Mittitur ergo ſolum cauſa cuſtodiendi, neq; ius habet expellendi hæredem, ſed ſimul cum eo poſsidere iubetur, vt ſaltem tædio perpetuæ cuſtodiat extor queat ab hærede cautionem. Eſt tamen alia poſſeſsio hæredis, alia legatarij: hæres enim verè poſsidet, & vſucapit: ſed legatarius eſt in poſſeſsione iuris pignoris. ʃ. pro hærede. l. ij. in prin.

## LIBER XXXVII.

*Et tredecimus huius.*

### De bonorum poſſeſsionibus.

BOnorum poſſeſsio eſt ius perſequendi retinendíque patrimonij ſiue rei, quæ cuiuſque, cùm is moritur fuit. Et dicuntur bona vniuerſitatis cuiuſque ſucceſsio qua ſucceditur in ius mortui, ſuſpiciturq; eius rei commodum, & incommodum. Nam ſiue ſoluendo ſint bona, ſiue non ſint, ſiue damnum habeant, ſiue lucrum, ſiue in corporibus ſint, ſiue in actionibus in hoc loco propriè bona appellantur. Et in omnibus habẽtur bonorum poſſeſſores vice hæredum, non autem ſunt veri hæredes: vide non habent petitionem hæreditatis directam, ſed bonorum poſſeſsionem. Et inductæ fuerunt bonorum poſſeſsiones à prætore emandandi, ſupplendi, & coadiuuandi iuris ciuilis gratia. Et competunt tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato. Prætor enim cùm videret multos à iure ciuili excluſos, ſecutus naturalem æquitatem, eiſdem ſucceſsionẽ pollicitus eſt, non tamen fecit eos hæredes, quia id non potuit: cum hæreditas iuris ciuilis ſit vocabulum: ſed perinde conceſsit eis bono. poſ. ac ſi hæredes à iure ciuili fuiſſent: & conſtituũtur loco hæredum vocanturq; Bonorum poſſeſſores. Et ſunt bonorũ poſſeſsiones ex teſtamento duæ: Vna contra tabulas, alia ſecundum tabulas. Ab inteſtato verò erant olim octo: hodie verò tantum ſex ſunt bonorum poſſeſsiones ordinariæ: & ſeptima extraordinaria, quæ locum habet, vt ex legibus nouis bonorum poſſeſsio detur: de quibus plenè Inſt. eo. §. quos autem prætor. vſque ad §. cum igitur.

Bonrũ poſſeſſores.

### *Si tabulæ teſtamenti extabunt.*

Hic tit. differt ab illo ʃ. ſi tab. teſt. nullæ extiterint: quia hic dicit, extrahunt: ibi, nullæ extiterint. Et eſt hic tit. communis





bonorum poſſeſ. ſecundum & contra tab. Superior verò generalis omnium bonorum poſſeſsionum. Et ſunt communia vtriuſque ſecundum tabulas & contra tab. primo in eo, quia vtraque competit capacibus: non capacibus non. ʃ. de contra tab. l. iij. §. liberi. Secundò, quia vtraque competit ex eiſdem tabulis, id eſt, eius qui potuit teſtari. ʃ. de ſecun. tab. l. j. §. exigit. Tertiò, quia ex quacunq; materia ſcripta ſit, vtraque competit. ʃ. de ſecun. tab. l. j. in prin. Quartò, quia vtraq; competit, tam ex teſtamento ſcripto, quàm non ſcripto. Sed tunc dicitur ſecundum nuncupationem, vel contra nuncupationem: vt C. de ſecundũ tab. l. j. Quintò, quia competunt & dantur quando tabulæ ſunt tempore mortis, licet poſtea intereant. ʃ. de ſecun. tab. l. j. §. ſufficit. In multis autem differunt: vt. ʃ. de contra. tab. l. illud. §. ad teſtamenta. Et in multis alijs conueniunt & differunt, vt patebit ʃ. in ſpecialibus ti. de ſecundum, & contrà tab.

### De bonorum poſſeſsione infanti, furioſo, muto, ſurdo, cæco competenti.

Quinq; perſonas exprimit hic tit. admittendas ad bonorũ poſſeſsiones: de primis duabus tractat lex prima: & præſertim ẽ. tit. ij. l. non eſt ambigendum. vbi ſpecialiter de furioſo. de infante autem ſpecialiter tractat l. ſeruus. ẽ. tit. ij. Alij verò tres, mutus, ſurdus, cæcus, procedunt iure communi in petenda bonorum poſſeſsione, & in die cedenda ʃ. eo. l. ij.

### De bonorum poſſeſsione contra tabulas.

Liberis præteritis, id eſt, non inſtitutis vt oportet pretor bonorum poſſeſsionem contra tab. teſtamenti paterni concedit: poſſunt enim petere bonorum poſſeſsionem in rebus paternis, non obſtante, quod pater in teſtamento ſuo nullã de eis fecerit mentionem. Et debemus accipere hoc loco Liberos, non ſolùm naturales legitimos, ſed etiam adoptiuos, ſi neque inſtituti neque exhæredati ſunt, ritè poſſunt contratabulare. Et vocãtur ad bonorum poſſeſsionem contra tabulas eo iure & ordine, quo vocantur ad ſucceſsionem iure ciuili. Et pertinet hæc clauſula etiam id poſthumus præteritos. Si autem liberi ſint exhæredati: & fortè minus legitimi, nõ habent hanc bonorum poſſeſsionem contra tabulas, ſed in ipſorum arbitrio eſt inſtituere inoſſicioſi querelam, ſi velint.

Præteriti.

Liberi.

Universidad de Deusto Biblioteca



## De legatis præſtandis contra tabulas bonorum poſſeſsione petita.

Hic tit. æquitaté quandã habet naturalem, & aliquid nouũ: vt hi qui iudiciũ patris, id eſt, vltimũ volũtaté reſcindũt per bonorũ poſſeſsioné cõtra tabulas petitã, iuxtã eius volũtaté ſaltẽ legata & fideicõmiſſa quibuſdã pſonis præſtarét: hoc eſt, liberis & parẽtibus ipſius teſtatoris, & vxoribus nurubuſque dotis nomine legatũ. Generaliter aũt parentes & liberos prætor excipit nec gradus liberorũ parentumve enumerauit: ergo in infinitũ eis præſtabitur. Quiſquis igitur ex liberis, parẽtibusve fuerit, ad legati petitioné admittetur: nõ obſtante irritatione teſtamenti per bonorum poſſeſsionem contra tabulas factam.

## De collatione bonorum.

Collatio bonorum, dicitur communicatio, quaſi in commune latio, Nam quod erat proprió, cõfertur, & communioni ſubijcitur. Et habet hic titul. manifeſtã æquitatem: cũm enim prætor ad bonorũ poſſeſsioné cõtra tabulas emãcipatos admittat, participeſque efficiat cũ his, qui ſunt in poteſtate bonorũ paternorũ: cõſequẽs eſſe credidit, vt ſua quoque bona in mediũ cõferantur, qui appetunt paterna. Inter eos ergo dabitur collatio cũ tali diſtinctione: Nam aut ſunt hæredes aſcendentes, & tunc ſiue ipſi ſuccedãt liberis eorũ emãcipatis, vel in poteſtate cõſtitutis, non tenentur inter ſe inuicé aliqua bona conferre. Et idem per omnia in collateralibus & extraneis hęredibus, qui ſimiliter nõ aſtringũtur ſibi inuicem conferre: ſiue tales perſonæ ſuccedant ex teſtamento, ſiue ab inteſtato: quia hoc non reperitur aliquo iure cautũ. Sic ergo titulus ille non habet locũ in ſupraſcriptis perſonis, ſed in ſolis hæredibus deſcẽdentibus, qui liberi appellantur, inter quos ita diſtinguitur: aut ſoli emancipati ſuccedũt patri, vel auo: & tunc ſola profectitia tenentur conferre ſibi inuicem: vt probatur in l. vt liberis. C. de colla. Aut ſuccedunt cũ collateralibus vel extraneis, & idem quod ſupra. Aut ſuccedunt cum alijs exiſtentibus in poteſtate, & tunc emancipati conferũt ſuis in poteſtate conſtitutis ſola profectitia: & econtra ſui emãcipatis. Et ſic eſt æqualitas inter eos in modo collationis. de hoc in Auten. ex teſtamento. C. de coll. niſi teſtator aliud diſpoſuerit, vt ibi.

Colla-
tio quo-
mó ſit.

De

## De collatione dotis.

Licet pater faciẽs filio donationé tãq̃ benemerito, hoc expreſſo vt cõmuniter fit in inſtrumẽtis donationũ, nõ tenetur filius iſtã donationé conferre: cũ talis donatio dicitur peculiũ aduentitiũ potius, quam profectitiũ: vt not. gl. in Auté. vnde ſi parẽs C. de in offi. teſta. Tñ vbi pater tradit liberis ex aliqua cauſa, ꝑpter quã cogitur filio donare, puta ex cauſa dotis, vel donationis, propter nuptias: vt in l. fi. C. de dot. ꝓmiſ. & in l. qui liberos ff. de ri. nup. & tũc talis donatio debet differri: vt §. toto ti. & l. filiæ. & l. illã. C. de dona. Et eſt ratio, quia cum pater de ex iuris neceſsitate, videtur velle quod conferatur: & etiã, quia hæc donatio quæritur filio in vita patris, ideoq; cõferenda eſt, vt ꝓbatur l. Põponius Philadelphus. ff. fa. ercifc. Et ſic ſorores maritatæ & dotatæ quæ volunt venire ad ſucceſsioné hæreditatis paternæ ſimul cũ fratribus, tenentur dotes ſuas cõferre: & eodem modo frater alteri fratri donationem propter nuptias, quam pater ei contulit, quando ipſe vxorem duxit.

## De ventre in poſſeſsionem mittendo.

Sicuti liberum eorum, qui iam in rebus humanis ſunt, curã prætor habuit, dando eis Carbonianã, & cõtra tabulas cæteras poſſeſsiones. Ita etiã eos qui nõdũ nati ſunt, ꝑpter ſpé naſcẽdi, nõ neglexit, Nã & hac parte edicti eos intuitus eſt, dũ vẽtré mittit in poſſeſsionem vice, & loco bonorũ poſſeſsionis contra tabulas. Oportet ergo oĩmodo mulieré eſſe pręgnãté ad hoc vt detur ei hæc bonorũ poſ. Nec ſufficit ſe dicere prægnanté vt ſibi cõpetat hoc edictũ. Quare nec tenet datio bonorũ poſſeſsionis, niſi veré prægnans fuerit &, mortis tempore, & eo tempore, quo ſe mitti in poſſeſsionem petit.

Prægnã
ti dat vẽ
tris nor,
poſſ.

## De coniungendis cum emancipato liberis eius.

Per legem antiquã XII. tabu. ſolum ei ſuccedunt: vt Inſti. de hæred. ab inteſt. §. j. Et ſunt Sui, etiam nepotes in poteſtate retenti, ſi pater eorum eſt emancipatus, vt inſtit. de hæred. qua. & dif. §. ſui. Per prætorem autem etiam emancipatus ac ſi in poteſtate permanſiſſet: vt ff. de bon. poſſ. contra. tabu. l. j. §. vocantur. Hanc diſcordiam ſedat hic prætor, vt partem quã erat habiturus emancipatus, ſi poteſtate ſtetiſſet, diuidat cum ſuis filijs: vt ipſe dimidium, illi aliud dimidiũ habeant: & eis ſolum conferat, non alijs fratribus. Ideo dicitur ille titul. coniungere

emanci

Universidad de Deusto Biblioteca

Quæ ſint neceſſaria in coniũctione eman.

emancipatos cũ eorũ liberis. Sed ad hoc quòd fiat hæc coniunctio, multa ſunt neceſſaria. Primo, vt pater ſit emácipatus, aliàs ipſe ſolus ſuccederet iure cómuni: vt j. cod. l. j. in princ. Secũdò, quòd liberi eius ſint in familia, id eſt, in poteſtate aui tépore quo is moritur. Tertiò, quòd hi nepotes ſint naturales & legitimi tantũ, id eſt, adoptiui: vt j. eo. l. ſi quis. Quartò, quòd hæreditas pertineat ad eos, ſcilicet nepotes, & filiũ quòd filius præteritus ſit, & illi inſtituti, vel econtra: vel omnes præteriti & alius inſtitutus, vel prorſus inteſtatus deceſsit. Quintò, quod ſuo nomine pertineat, aliàs ſecus. j. e. ſi nepos. Sextò, quòd hæreditas ſit paterni gñis, vt aui paterni: vel quòd præterito pro exhæredatione habeatur. ff. contra ta. l. illud. §. ad teſtaméta. Septimò quod nó ſint ex hæreditati filius & nepos: quia tũc in cõtra ta. nó iũgerẽtur: quia oĩo eis denegatur ſuo & alieno iure. Octauo, quòd emãcipatus non ſit in adoptioné datus: nã tũc ſit ei iũctio quia nec habet contra tab. niſi ſit conſtitutus, & alius cómittat edictũ: vt ff. de contra tab. l. non putauit. §. in adoptionem. Sed hoc edictum hodie locum non habet, quia ſublata eſt differentia patriæ poteſtatis: vt in Autent. de hæred ab inteſt. §. j coll. ix. Vnde ſolus filius hodie ſuccedit, ſiue ſuus, vel emancipatus, & non nepos.

## De Carboniano edicto.

Hoc edictum inuentum eſt à Carbone prætore, & ab eo denominatũ: ſicut Publiciana à Publicio: Inſti. de act. §. aliæ. Et habet locum hoc edictum, quãdo alicui filio non inſtituto, vel exhæredato, ſed præterito controuerſia fit à poſsidéte bona paterna: an inter liberos ſit connumerandus. Et ita de ſtatu eius, id eſt, filiatione ſimul & de bonis agitur: ſi tunc talis eſt impubes cauſa cognita, perinde poſſeſsio corporalis rerum hæreditariarum ſibi datur, ac ſi nulla de ea re controuerſia eſſet, & iudicium in tempus pubertatis cauſa cognita differtur. Et habet hoc edictum locum tam in maſculis, quàm fœminis ex virili ſexu deſcendentibus: omnes enim commodum Carboniani habent: & generaliter his competit Carbonianũ, quibus & contra tab. bo. poſ. His verò qui repelluntur à contra tab. bonorũ poſſeſsione non cõpetit. Et vertitur cauſæ cognitio in eo, vt ſi manifeſta calũnia appareret eorum, qui infantibus bonorũ poſſeſsionem peterent, non daretur bonorũ poſſeſsio ſummatim. Ergo cùm petitur ex Carboniano edicto bonorum poſſeſsio, debet



debet prætor cognoſcere: & ſi quidé abſolutã cãm inuenerit, id eſt, ſine dubitatione, euidéterq; probetur filiũ nó eſſe: quod duobus modis probari põt: vt eſt tex. in l. filiũ. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. negare debet ei bonum poſſeſ. Carbonianã. Si verò ambiguã cauſam, hoc eſt, vel modicũ pro puero faciété vt non videatur filius euidẽter non eſſe, dabit ei Carbonianã bonorũ poſſeſsioné. Duæ ergo cauſæ ſunt, de quibus prætor cognoſcit. Vna dãdæ Carbonianæ poſſeſsionis, quæ habet cómodũ illud, vt perinde ac ſi nullã controuerſiã pateretẽ, impubes poſſeſsioné bonorũ accipiet. Alia eſt cauſæ cognitio, vtrũ debeat differri in tempus pubertatis cognitio: an præſentari poſſeſsio.

## De bonorum poſſeſsionibus contra tabulas.

Iuriſconſultus ſecutus ordiné bonorũ poſ. primò ſuprà tractauit contra tab. quia iſta prius defertur, quàm ſecundũ tab. vt ff. ti. px. l. ideoq;. Et nũc demũ de ſecũdũ ta. q a iſta poſterior eſt. Sed imperator C. e. ti. aliã habuit conſiderationé, præmittẽdo ſecũdũ tab. tãquã digniorẽ: quia magis nititur ex voluntate defuncti. Et debem⁹ accipere Tabulas teſtaméti omné figurã materiæ. Siue igitur tabulæ ſint ligneæ, ſiue cuiuſcũq; alterius materiæ, ſiue chartæ, ſiue mẽbranæ, ſiue coriũ alicuius aĩalis, tabulæ rectè dicũtur. Non tamé curamus hic omnes tabulas, ſed ſupremas, id eſt, eas, quæ nouiſsimè factæ ſunt. Sufficit aũt extare tabulas, etiã ſi non proferãtur, ſi certum ſit eas extare. Si autem apud furem ſunt, vel apud eum apud quem depoſitæ ſunt: dubitari non oportet admitti poſſe bonorum poſſeſsionem. Nec enim opus eſt aperiri eas. vt bonorum poſſeſsio ſecundum tab. cognoſcatur. Et eſt ſecutus prætor ordiné æquiſsimum: voluit enim primò ad liberos bonorum poſſeſsioné contra tab. pertinere. Quòd ſi hoc occupatum non fuerit, iudicium defuncti ſequendum eſt. Expectandi igitur liberi erunt quãdiu bonorum poſſeſsionem petere poſſunt. Quòd ſi tempus fuerit finitũ, vel ante deceſſerit, vel repudiauerit, vel ius petendi bonorũ poſſeſſionem amiſerit, tunc reuertitur bonorum poſſeſsio ad ſcriptos hæredes: & pro qua quiſq; parte hæres ſcriptus eſt. pro ea accipiat bonorum poſſeſ. ſic tamen, vt ſi non ſit qui ei concurrat, habeat ſolus bonorum poſſeſsionem.

Tabulæ teſtaméti.

## Si à parente qui manumiſſus fuerit.

Manumiſſus hoc titulo impropriè pro emácipato ponitur.

Man miſſu

Scr.

Universidad de Deusto Biblioteca

Emãci-patus.

Seruus enim dicitur manumitti: filius autem emancipari: vt C. quando actio de per. eſt an. l. j. Quia autem ſuprà de bono. poſſ. contra tab. quæ datur liberis contra teſtamentum parentum actum eſt, vt ibi dictum eſt: nunc econtra de ea poſſeſsione, quæ parentibus contra teſtamẽtũ liberorũ datur: licet hæc non ſit ita fauorabilis, ſicut alia, quæ recto ordine naturæ liberis debetur, non autem econtra: vt j. vnde lib. l. ſcripto. in fi. Et cautè dicitur in hoc titulo contra teſtamentum emãcipati. Nã ille qui eſt in poteſtate, nõ poterat olim habere hæredem, etiã parentem, niſi haberet caſtrenſe peculium: & faceret teſtamentum & adiretur hæreditas: & tunc ceſſat contra tab. & querela: vt C. de inoffi. teſt. l. fi. Similiter etiam in quaſi caſtrenſi nõ potuit, per l. nam & ſi parentibus. ff. de inoffi. teſt. & d. l. fi. Hodie autem in quaſi caſtrenſi videtur quòd habeat locum quærela, & contra tab. vt C. de epi. & cle. Auten. presbyteros. Si autem non adiretur hæreditas, pater omnia occupat iure peculi: vt j. de caſt. pec. l. ij. Sicut ergo pater prætereundo filiũ ſuum in teſtamento, patitur contra tabu. bonorum poſſeſ. filio adiudicari etiam emancipatio: ita & filius etiam emancipatus patrem præteriens, eundem exitum contra tab. teſtamenti ſui patietur: niſi parens pecuniam acceperit, vt filium emanciparet: vel poſtea filius in eum, quantum ſatis eſt, contulit: ne iudicia eius inquietet: vel niſi filius militare cœpit, militia vel armata, vel inermi. j. eo. l. j. §. ſi parens.

## De bonorum poſſeſsionibus ex teſtamento militis.

Quia quædam ſpecialia ſeruentur in bonorum poſſeſ. ſecundum tab. ex teſtamento militis, quæ in teſtamento pagani locũ non habent: ideo de hac dicitur. Non eſt autem dubium, quin voluntates eorum ratæ eſſe debeant, qui in hoſtili loco, id eſt expeditione, vel procinctu ſuprema iudicia quoquo modo ordinaſſent, ibidemque diem ſuũ obijſſent. Omnes ergo qui eius ſunt conditionis, vt iure militari teſtari non poſsint, quia fortè milites non ſunt: ſi tamen in hoſtili loco deprehẽdantur, & illic decedant quoquo modo velint, & quoquo modo poſsint teſtabuntur: ſiue præſes ſit prouinciæ, ſiue legatus, ſiue quis alius, qui iure militari teſtari non poteſt. Item nauarchos id eſt, principes nauis: & trierarchos claſsium, id eſt, qui præſunt nauibus triremibus, iure militari poſſe teſtari nulla dubitatio eſt.





## De iure patronatus.

Supra titulo ſecundo viſum eſt, quomodo patri & patrono, quod vnum eſt, contra tabulas teſtamenti bonorum poſſeſsio detur: Nunc de omni iure patronatus tractat, quod in multis conſiſtit. Primò enim ſuccedunt patroni & eorum liberi libertis ab inteſtato decedentibus, ſi liberos nullos reliquerint. Ex teſtamẽto autem ſi libertus habeat in bonis minus quàm centem aureos, excluditur patronus penitus: ſi habeat plus quàm centum, & inſtituat extraneum hæredem, non poteſt patronus excludi, quin habeat adminus tertiam de bonis liberti: vt Inſt. de ſuc. liber. poſt prin. Secundum ius eſt, vt patronatus non vocetur in ius à liberto ſine venia: vt C. de in ius voca. l. ij. Tertius: vt libertus alat eum inopem: vt ff. de lib. ag. l. ſi quis à liberis §. ſolent. Quartum, vt turpem actionem, vel exceptionem contra eum non proponat: vt j. de exc. dol. l. apud Celſum. §. aduerſum. Quintum, vt poſsit eum ingratum in ſeruitutem reuocare: vt in Auten. vt liber. de cæ. §. j. Sextum, vbi patronũ inuenerit: faciat ei reuerentiã. ff. de in ius vo. l. generaliter. Vnde dicitur. Patrono debetur honor, onus, vtilitasq;: Præſenti præſit, defendat, alatur egenus. Gloſſ. in c. nobis. de iure patron. Et hæc iura multis modis tolluntur: quos ponit glo. Inſti. de ſuc. lib. §. cum verò maiores.

patronorum ſucceſ. & ius

## De obſequijs, liberis, & libertis, parentibus, & patronis præſtandis.

Honori parentum ac patronorum tantum tribuitur, vt quãuis per procuratorem iudicium accipiant, tamen nec actio de dolo neque iniuriarum in eos datur. Interdictum quoq; vnde vi, non eſt aduerſus eos reddendũ. Et tanta pietatis ratio etiam militibus in parentes conſtare debet: quòd ſi filius, etiam miles in patrem aliqua commiſit, pro modo delicti puniendus eſt. Et ſi filius patrem aut matrem (quos venerari oportet) contumelijs afficit, vel impias manus eis infert, pro modo delicti, talis tranſgreſſa pietas punienda eſt. Et indignus eſt militiæ iudicãdus, qui patrem & matrem de aliquo maleficio accuſauerit: quia filio & liberto ſemper honeſta, & ſancta perſona patris, ac patroni, videri debet, Et etiam magiſtri: vt dicit glo. in l. liberto. j. eod. Item nec iuſiurandum calumniæ à patrono exigere poteſt. ff. de iureiuran. l. ſi patronus. & l. iuſiurandum.

Magiſtri.

Universidad de Deusto Biblioteca



*Et ultimus huius.*

## De operis libertorum.

OPeræ ſunt diurnũ officium, id eſt, officiũ quod quis exhibet alicui per di, ſcilicet artificiala, non naturalem: vt ß. de aii. leg. l. ij. & ſ. de verb. ſig. l. ij ſ. j. Aliquã tamẽ Opera ponitur pro breuioris tpis officio, vt in ſalutãdo, vel aſſurgendo, & ſimilia, vt. ß. de cõd inde. l. ſi nõ ſoltẽ. ſ. libertus. Et cõſiſtit opa in act⁹. ß, de op. ſer. l. j. Et differt hic tit. ab illo quia ibi de operis ſerui, hic de liberti operis dicit. Et pollicetur p̃tor in hoc edicto ſe daturũ iudiciũ in libertos & libertas ſuper operis præſtandis, ad hoc vt emeret atq; honoraret libertinas perſonas. Qui ergo operas præſtare debet diurnas, non eo die præſtare tenetur, quo promiſit. Nec illi, qui ſex horis ante meridianis paratus eſt ſeruire hodie: & talia die per alias ſex horas liberatio eius diei cõtingit: quia opera non diuiditur. Et aliæ ſunt operæ diei hodiernæ, aliæ craſtinæ.

## De bonis libertorum.

Hoc edictũ à prætore propoſitũ eſt honoris, quẽ liberti patronis exhibere debent, moderandi gratia. Nam vt Seruius ſcribit, antè ſoliti fuerunt patroni à libertis duriſsimas res exigere ſcilicet ad remunerãdũ tã grãde & inæſtimabile beneficiũ, quod in libertos confertur, cum ex ſeruitute in ciuitatẽ Romanã perducũtur. Et q̃dẽ primus prętor Rutilius edixit, ſe amplius non daturũ patrono, quàm operarũ & ſocietatis actionẽ: videlicet, ſi hoc pepigiſſet, vt niſi obſequiũ ei præſtaret libertus, in ſocietatẽ admitteretur patronus: vt quia dixit dñs, ob hoc te ſolũ manumitto, vt mecũ cõtrahas ſocietatem: talis aũt ſocietas iure poſtea prohibita fuit: vt in l. Labeo ß. tit. prox. poſteriores autem prætores pollicebantur patronis certæ partis bo. poſ. quod & poſtea per imperiales conſtitutiones redactũ eſt in id ius, quod habetur Inſtit. de ſuc. lib. & dictum eſt ß. de iur. pat. circa prin.

## De liberis vniuerſitatum.

Muni-ceps.

Municipibus, id eſt, vniuerſitati plenum ius in bonis libertorum libertarumq; defertur: hoc eſt, illud ius, quod etiam patrono. poſſunt ergo omnino petere bo. poſ. libertorum: & tempora bono. poſſeſsionis petendæ cedũt municipibus exinde, id eſt, ab eo tempore, ex quo decernere de petenda potuerunt: id eſt,



id eſt, eligere ſyndicum vel actorem.

## De aſsignandis libertis.

Temporibus Claudij imperatoris, Velleio Ruſo, & Scapula conſulibus, factum eſt ſenatuſconſultũ de aſsignatione libertorum: quo cauetur, quòd patronus habẽs plures liberos in poteſtate, poteſt vni ex eis libertum aſsignare, ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato: quæ aſsignatio euaneſcit, ſi talis filius poſtea emancipatus fuerit, & ille cui aſsignatio eſt facta ſolus ſuccedit liberto, excluſis alijs, etiam in eodẽ gradu conſtitutis. Eſt ergo Aſsignatio quædam prælegatio, & præ alijs liberis donatio: & poteſt fieri quacunq; voluntate, & quibuſcunque verbis, etiam nutu. ſ. e. l. j. ſ. aſsignare. & purè, & ſub cõditione. ſ. e. l. aſsignare.

Aſsigna-tio.

## Si quid in fraudem patroni factum ſit.

Libertus tenetur patrono ſuo relinquere partẽ debitã iuxta diſtinctionem ß. de iur. pat. traditam. Si ergo libertus dolo malo, ſiue teſtamento fact ., ſiue ab inteſtato decedens, aliquid fecerit, quo minus debita pars bonorum ad patronũ, vel eius liberos perueniat: habet patronus actionem quæ appellatur Fauiana. Et eſt in factum actio perſonalis, & perpetua, quæ datur ſoli patrono ad reuocandũ ea, quæ libertus in fraudẽ eius alienanit inter viuos, vel vltima voluntate, quo minus patronus habeat tertiam: vt ſ. eo. l. j. ſ. j. & inſtitu. de ſuc. lib. ſ. ſed curam. de hac actione Inſtit. de act. ſ. Item ſi quis in fraudem.

## Si tabulæ teſtamenti nullæ extabunt.

Poſtea quàm prætor locutus eſt de bonorũ poſſ. eius q teſtatus eſt, tranſitũ fecit ad inteſtatos: eum ordinẽ ſecutus, quem & lex xij. tab. ſecuta eſt. Fuit enim ordinariũ ante de iudicijs, & voluntatibus teſtãtiũ, & deinde de ſucceſsione ab inteſtato loqui: Sed ſucceſsionẽ ab inteſtato in plures partes diuiſit: fecit enim gradus varios, id eſt, capita: primũ liberorũ, ſecũdũ legitimorũ tertiũ cognatorũ, quartũ viri & vxoris. Tũc ab inteſtato poteſt cõpetere bonor. poſ. ſi neq; ſecundum tab. neque cõtra tab. bo. poſ. agnita ſit: vel ſi repudiata eſt à bono. poſ. ex teſtamẽto: tũc enim ab inteſtato bo. poſ. eam incipit. Rectè autem prætor à liberis initiũ fecit in ſucceſsione ab inteſtato: vt ſicut cõtra tab. ipſis defert: ita ab inteſtato ipſos vocet.

## Vnde liberi.

Quidã libri habẽt hic proprium titulũ, vnde liberi: alij antẽ

Universidad de Deusto Biblioteca



tab.teſta.&c.Et tractat hic titulus de primo ordine ſuccedendi ab inteſtato,qui datur liberis deſcendẽtibus,ſiue ſuis,ſiue emãcipatis:quibus ordine naturæ parẽtũ hæreditas debetur:nõ autẽ econtrà parẽtibus liberorũ hæreditas. Parẽtes enim quicquid acquirũt,pręſumũtur naturali ratione & cõmuni voto liberis theſaurizare. Econtrà autẽ liberorũ bona ad parẽtes non recto ordina naturę,ſed turbato,& ex ſola miſeratione, id eſt, pietate,in ſolatium filij amiſsi cõceduntur:vt ff. de iur.do.l.in ſucceſsione.& de inoffi.teſt.l.nã & ſi parẽtibus.vbi gl.dicit,Bul dixiſſe,qñ mortuus fuit filius ſuus: Ordine turbano ſuccedis Bulgare nato. Et poteſt hic ſubijci regula,vt quicunq; habent cõtra tab.habeãt hãc bo.poſ.vt ff.tit.proxi.l.j.§.rectè.Liberi ergo in bonis matris vel maternæ lineæ non habent hanc bono. poſ.ita intelligitur quod dicitur.C.de ſuis & leg.hære.l.vlt.

### Vnde legitimi, & vnde agnati.

Agnat⁹. Legitimus. Coniunctio Et.hoc tit.ponitur expoſitiuè: nã idẽ eſt legitimus & agnatus.oẽs enim agnati legitimi dicũtur:quia lege xij tab.ad ſucceſsionẽ vocãtur. Et defertur hæc bo.poſ.p vnde legitimi,nõ tãtũ maſculis,ſed etiã fœminis: nec tãtũ ingenuis,verũ etiã libertis. Eſt ergo cõis pluribus:nã & fœminę poſſunt vel conſanguineos,vel agnatos habere. Deficiẽtibus igitur liberis, id eſt ſuis hæredib⁹,deuoluit hereditas ſecũdo ordine p hoc bo. poſ.ad agnatos pximos ex lege xij.tab.& ſunt illi,qui ex linea maſculina deſcẽdũt,vel etiã ex adoptione,dũmõ vt i priori gradu,q'dã tñ cõiũcti p fœmininũ ſexũ admittũtur ſint legitimi : vt filij ſororis germanæ,vel vterinæ,& fratres emãcipati. Itẽ vterini,& filij eorũ. C.de leg.hære.l.pe & vlt . Item qui ad hæreditatem vocantur vel bono.poſſe.lege vel ſenatuſconſul.Tertul vel Orfic.habent hanc bono.poſſeſ.j.l.ij.§.vlti.& l.iij.

### Vñde cognati.

Hæc bono.poſſeſ.datur coniunctis per fœmininũ ſexũ legitimè,vel nõ legitimè. Et quia ex iure ciuili originẽ non habent, ideo poſteriori & tertio ordine ponitur:& eos inuitat, qui iure ciuili ad ſucceſsionem admitti nõ poſſunt,id eſt, cognatos. Cognati. Cognati aũt appellati ſunt,quaſi ex vno nati,vel ab eodẽ orti, id eſt,progeniti.& qui quaſi cõmune naſcẽdi initiũ habuerũt. Et cõplectitur hæc bo.poſ.ſextũ gradũ cognatorũ,& ex ſeptimo duas perſonas,ſcilicet filium,& filiã,ſobrini, & ſobrinæ.Si itaq;



itaq; liberi,id eſt,primi ordinis hæredes,& poſt illos agnati,id eſt ſecũdi ordinis,minimæ ſuperſunt,qui venire poſsint ad ſucceſsionẽ ab inteſtato:vocantur per vnde cognati,id eſt, beneficio huius tituli, attinẽtes ex linea proximiori fœmina, & agnati capite diminuti,&c. Hodie autem agnati ante cognatos nullã habent prærogatiuã. Nec eſt aliqua differẽtia agnotionis & cognationis,dummodo alias nullo defectu ætatis vel morbi impediantur:vt in Auten.de hære.ab inteſt.§ ex his.coll ix. Nota.

### De ſucceſſorio edicto.

Succeſſoriũ edictũ ideo ppoſitũ eſt ne bona hæreditaria vacua ſine dño diuti⁹ iacerẽt,& creditorib⁹ lõgior mora fiet.bñ igiť ptor pſtituit tẽp⁹ his,qb⁹ bon.poſſ.detulit,& dare inter eos ſucceſſoriũ edictũ. Succeſſoriũ edictum. Cũ eni plures ſunt ſpẽs ſucceſsionũ,& ordines,& in vnaquaquæ ſpẽ ſępe plures exiſtãt diſpari gradu pſonę. Ne igitur actiões creditorũ differatur,ſed haberẽ quos conuenirẽt,& ne facile in poſſeſsionẽ defucti mittãt,eo mõ ſibi conſulerẽtur:ideo petẽdę bon.poſ.certũ tẽp⁹ pfiniuit. Liberis itaq; & parẽtib⁹ tã naturalib⁹, q̃ adoptiuis,ob ſanguinis Prærogatiuã in bonorũ poſ.petenda anni ſpatium,cæteris autem agnatis vel cognatis cẽtũ dierũ dedit. Et ſi intra hoc tẽpus aliquis bonorũ poſſ nõ petierit:eiuſdẽ gradus pſonis accreſcit:partes autẽ nõ petẽtiũ accreſcũt petẽtibus.C.quãdo nõ pe.par.pe.ac.l.j. Sed ſi nullus eius ordinis ſit,deinceps cæteris bono.poſ.perinde ex ſucceſſorio edicto pollicetur,ac ſi is qui præcedebat ex eo non eſſet numero. Et dies præfixi ad bonorũ poſſ.debent eſſe vtiles,& abſq; ſolennitate aliqua bono poſ. corã iudice agnoſcitur. Et olim erat ſucceſſoriũ edictũ ſolũ de ordine in ordinẽ: hodie autẽ etiã de pſona in pſonã:de gradu in gradũ, & de capite in caput:vt no.C e.ſup rubr.& Inſ.de bo.po.§.cum igitur.

### De gradibus affinitatis.

## Quæ in fraudem creditorum facta ſunt, vt in integrum reſtituantur.

Alienata per debitorem in fraudem creditorum, excuſsis bo
nis debitoris reuocantur, ac ſi alienata nõ eſſent, per actionem
quæ appellatur Pauliana, à Paulo eius inuentore: vt ff. de vſur.
l. videamus. & J. eo. l. hac in factum. Si igitur debitor meus frau **Paulia-na.**
dulenter alienauit bona, nec tantũ ſuperſit, vnde mihi ſatiſfiat
habet locũ hæc actio. Et ſic agere debeo primò ex contractu, &
ipſum ſi cõpareat condẽnari facere: vel ſi nõ cõpareat, pronun-
tiari me in poſſeſsionẽ, &c. Requiruntur ergo quatuor in hac
actione. Primò, quòd ſit debitor ex mutuo, vel ſimili cã. Item
quòd debitũ fuit efficax, & ſine exceptione. Itẽ quòd conſilio, &
fraude alienauit. Item quòd re tali alienata non inueniat tantũ
in bonis iam diſcuſsis, vt mihi ſatisfiat. l. j. J. eo. Nec liberatur ce
dendo bonis à carcere propter cõmiſſam fraudem in alienãdo
bona in fraudem creditorũ: vt eſt tex. ſing. in l. fi. §. fi. J eo. licet
aliàs debitor cedendo bonis liberetur à pœna carceris. l. fi. C. q
bon ced. poſ. Item ſi quid acquirit iſte debitor fraudulentus, ex
cutitur vſque ad peram & ſacculum: licet aliàs ſolum excutia-
tur, in quantum facere poteſt: vt dicit gl. in d. l. fi. De hoc plene
Inſtit. de act. §. item ſi quis in fraudem.

# LIBER XLIIII.

## Et V. *huius*.

## De interdictis, ſeu extraordinarijs actionibus, quæ pro his competunt.

QValiter de iure ciuili agatur, ſupra dixit. Nunc qualiter
de iure prætorio, quo plerunq; pro poſſeſsione interdi-
cta agitur: vt Inſt. e. i prin. Et erat interdictũ olim nihil

aliud,quã quædã formata & ſolẽnis verborũ conceptio,quibus
prætor aliq̃d fieri iubebat,aut ꝓhibebat:quod tũc maximè fa-
ciebat,cũ de poſſeſsione aut quaſi inter aliquos cõtendebatur. In
ſti.eo.in prin. Et dicta ſunt interdicta,quia inter duos reddun-
tur:licet quidã dicãt appellari ab interdicendo,id eſt,prohibẽ
do. Inſt.eo.§.ſunt. Et hodie interdicta & Actiones nulla eſt diffe
**Interdictum.** rentia. Eſt ergo Interdictum actio prætoria. Interdictorũ autẽ
alia ſunt prodita gratia iuris diuini, alia gratia iuris humani.
**Interdicta iuris diuini.** Gratia iuris diuini quatuor ſunt: De mortuo inferẽdo: De ſepul
chro ædificando:item, Ne quid fiat in loco ſacro, vel immittatur:
Item id quod factum eſt, vel immiſſum, tollatur: vt ff.eo.l.ij.§.j.
& ne quid in loc.pub.l.ij.§.locorũ. Humani vero iuris cauſa quæ
dam competunt propter vtilitatẽ priuatã:quædã propter pu-
**humani** blicã: vt de locis publicis, & vijs, & fluminibus publicis. ff.e l.j.§.
quæ ſunt. Propter priuatã autẽ vtilitatẽ inducta ſunt interdi-
**Officiũ.** cta quædã gratia iuris ſui tuendi: vt interdictũ De lib.exhib.vel
vxore exhibẽda:vel liberto. Quædã gratia officij tuendi:& eſt
Officium quod homo debet homini ex natura vt interdictum
De lib.ho.exhib. Quædã gratia rei familiaris dãtur. Itẽ quædã
ſunt adipiſcẽdæ poſſeſsionis:vt Quorũ bonorũ:Quorũ legato
rũ:& Saluianũ. Alia cã retinẽdæ poſſeſsionis: vt, Vti poſsid. &
Vtrobi. Alia cã recuperandæ:vt, Vnde vi, & Directum, & Vtile.
Sunt & interdicta quædã duplicia:vt, Ne vis fiat ei q̃ miſ. eſt in
poſ. Item quædam continent cauſam veræ proprietatis: vt ſe-
cundũ interdictum De itinere actuq; pri. Et interdictum quod
datur De aqua ex caſtello ducẽda. Quædã verò obtinẽt cauſam
quaſi proprietatis:vt quæ cõpetũt pro locis ſacris, religioſis &
**Interdicta publica.** lib.exhib. Itẽ quædã ſunt Prohibitoria: quædam Reſtitutoria:
quædã Exhibitoria, & quædã Mixta. Itẽ quædã ſunt Annalia,
quædã ꝑpetua. Itẽ quædã ſunt Publica, id eſt, cuilibet de populo
cõpetẽtia:& ſunt ſeptẽ, De lib.ho.exh. Ne quid fiat in lo.ſac. Ne
quid fiat in reli. Ne quid fiat in pub. Ne quid fiat in flumine vel
mari, quo peius nauigetur. Itẽ Ne q̃d fiat in flumine, vel ripa, vt
aliter aqua fluat, quàm priori æſtate. Itẽ interdictũ Vt in flu.
pub.lacu, foſſa, vel ſtagno liceat nauigare. Eſt & octauũ popu-
lare:ſcilicet, Vt liceat reficere cloacas publicas, licet earũ refe-
ctio principaliter ad magiſtratũ pertineat. Priuata autem in-
**Priuata** terdicta ſunt viginti octo: De mortuo inferendo, Quorum
bo-



bonorũ. Quorũ legatorũ. Vnde vi. Vti poſsi. vtrobi, De tab.ex
hi. De li.exhi. De liberis educãdis, Saluianũ, De ꝑcario, Ne vis fi
at ei q in poſ. De loco publico fruẽdo, De ſupficiẽtibus, De itine
re actuq; priuato. De aqua quotidiana & æſtiua, De riuis reficiẽ
dis, De fonte, De cloacis ꝑ riuatis reficiẽdis, Quod vi aut clã, De
arborib⁹ cædẽdis, De glãde legẽda, De migrãdo, De operis noui
nũtiatione. itẽ interdictũ Fraudatoriũ, quo pupillo tutoris cre-
ditor tenet, ſi eũ conſiliũ fraudis participaſſe conſtabit, vt frau-
daretur pupill⁹, q̃ cõuẽtur⁹ erat at tutorẽ. ff. de ſolu. l. pupilli. ff. re
ſpõſo. Sub præterea alia plura vtilia & acceſſoria interdicta, q̃
ſub prætactis directè inueniũtur. Et circa interdicta ſunt nota **Circa interdicta notãda.**
tãda quatuor negatiua. Primũ, quòd nullũ interdictũ infamat.
ff. de vi & vi ar.l. neq;. Sc̃d⁹m, quod nullũ ꝓponit ſolẽniter, ſicut
nec aliqua actio, id eſt, cũ ſolẽnitate verborũ. Vnde oĩa interdi-
cta ſunt extraordinaria: inſt.e.§.vl. Tertiũ, quòd in nullo in-
terdicto habetur ratio fructũ ante lit.cõteſt. niſi interdicto vn
de vi. ff e.l. interdictis. & de vi & vi.ar.l.j §.ex die. Quartũ, quia
nullũ redditur inter non ſubiectos. C.e.l.ij. Et tria poſſunt no-
tari affirmatiue. Primũ, quia omnia interdicta pſonalia ſunt,
& tamẽ ſcripta ſunt in rẽ, quia dãtur contra quemlibet poſsidẽ
tem. ff.eo.l.j.§.pen. Item in omni interdicto habetur ratio fru-
ctuum poſt lit.conteſt. ff.eo.l. antepe. Item loco cuiuſlibet inter-
dicti redditur actio in factum. inſt.eo. in prin.§.fi.

## Quorum bonorum.

Digniora ſunt interdicta quæ competunt pro vniuerſitate,
quam pro rebus ſingulis: ideo de eis primo Eſt autem interdi-
ctum Quorum bonorum directũ, & vtile, inter omnia alia in-
terdicta ſolum vniuerſale. Et datur Directũ ei, qui eſt bonorũ
poſſeſſor: Vtile vero ei, qui ſuccedit iure ciuili ex teſtato, vel ab
inteſtato. C.eod.l.j. & ff.l.j. Sic & directa hæreditatis petitio da
tur hæredi: Vtilis autem bonorum poſſeſſori. ff. de bon.poſſeſ.
hære.pe.l.j. Intentatur hoc edictum interdum contra eum qui
poſsidet pro hærede, vel pro poſſeſſore. Eſt perpetuum hoc in-
terdictum: Et nominatur ſic à primis verbis interdicti. Verba
autem interdicti hæc ſunt: Quorum bonorum ex edicto meo
illi poſſeſsio data eſt, quod de his bonis pro hærede aut pro
poſſeſsore poſsides, poſsideres ve ſi nihil vſucaptum eſſet;
quóq; dolo malo feciſti, vt id deſineres poſidere, ad illi reſti-
tuas:

Universidad de Deusto Biblioteca

tuas:niſi incontinenti paratus ſis probare res tuas:vt not.C.de
edic.di.Adria.tol.l.ij.

## ❡Quorum legatorum.

Quod legatorum.

Cauſa adipiſcendæ poſſeſsionis hoc interdictum introdu-
ctum eſt,ſicut & præcedens.Et datur hæredi,& bonorum poſ-
ſeſſori,& cuilibet vniuerſali ſucceſſori , & hæredibus hæredũ.
Et datur contra legatarios qui non ex voluntate hæredis occu-
pauerunt legata. Nec enim debent ſibi ius dicere,occupatis le-
gatis , ſed ab hærede petere.j.eod.l.j.in prin.&.§.j.Et quod di-
ctum eſt in legatarijs,ſeruatur etiam in his , quibus donatũ eſt
cauſa mortis,& in hæredibus eorum.Item ſi legatarius autori-
tate prætoris eſt miſſus in poſſeſsionem cauſa legatorum ſer-
uandorũ:cùm hæres non ſatiſdaret,deinde hæres ſatiſdet , vel
paratus ſit ſatiſdare,tenetur legatarius hoc interdicto.j.eo.l.j.
§.quæſitum.& §.legatorum.Hæredi autem nocet ſi accommo-
dauerit voluntatem legatario poſt aditam hæreditatem,vel in
ipſa apprehẽſione,vel poſtea,vel ante:Et ſi plures ſint hæredes,
& vnus conſentiat legatario,alter non, qui non conſentit habe-
bit interdictũ.j.e l.j.§.quod ait prætor.& l.pdeſt.Eſt tñ notan-
dũ,quòd hoc interdictũ datur contra hoc titulo poſsidẽte, ſcili-
cet pro legato.Sed ille qui poſsidet pro hærede, vel pro poſſeſ-
ſore,conuenitur hæreditatis petitione,vel quorũ bonorũ.Ver-
ba aũt interdicti hæc ſunt,Quod qui legatorũ nomine, non ex
volũtate hæredis,occupauit:id reſtituat hæredi.

## Ne vis fiat ei, qui in poſſeſsionem miſſus eſt.

Hic titulus tãquã gñalis ad oia poſſeſſoria interdicta eſt , id
eſt,ad oẽs,q à prætore in poſſeſsionẽ miſsi ſunt ptinet .Cõuenit
enĩ ptori,oẽs quos in poſſeſsionẽ miſit,tueri. Et dať hæc actio
nõ tãtũ cõtra eũ,q phibuerit quẽ venire in poſſeſsionẽ:ſed & in
eũ,à quo qs ẽ poſſeſsiõe pulſus eſt cũ veniſſet i poſſeſsionẽ. Nec
exigiť vtrũ vi fecerit q prohibuerit. Verba aũt edicti hęc ſunt:
Ait prætor:Si quis dolo malo fecerit,quo minus quis permiſſu
meo,cuiꝰ ve cuiꝰ iuriſdictio de ea re fuerit,in poſſeſsione bono-
rũ ſit:in eũ in factũ iudiciũ,quãti ea res fuit,dabo.

## De tabulis exhibendis.

Ei,qui vtitur interdicto Quorũ bonorũ & Quorũ legatorũ,
expedit agere hoc interdicto , vt tabulæ teſtamẽti exhibeãtur,
& ſibi cognitæ fiãt.Et differũt actio ad exhibẽdũ,& in factũ.&
hoc



hoc interdictũ,& illud,quẽadmodũ teſtamẽta aperiãtur:vt no.
ꝫ.ad exhi.l.iij.in fi.Si quis agitur cõfiteatur penes ſe eſſe teſtamẽ
tũ,iubẽdus eſt exhibere.Tẽpꝰ ei dãdũ eſt vt exhibeat,ſi non põt
in pñtiarũ exhibere.Sed ſi neget ſe exhibere poſſe,vel oportere,
hoc interdictũ cõpetit. Et ptinet non tãtũ ad teſtamẽti tab.ve-
rũ ad oia quæ ad cãm teſtamẽti ptinẽt: vt puta & ad codicillos: Tabulæ teſt.
ſiue ſupremæ tabulæ ſiue priores:ſiue teſtamẽtũ valeat, vel ru-
ptũ ſit alio iniquo vitio:& ad omnẽ ſcripturã teſtamẽti,ſiue p-
fecta,ſiue imperfecta ſit.Verba interdicti hæc ſunt:Quas tabu
las Luciꝰ Titiꝰ ad cãm teſtamẽti ſui ptinẽtes reliqſſe dicetur,ſi-
ue hæ penes te ſint,aut dolo malo tuo factũ eſt,vt deſinerẽt eſ-
ſe,ita eas illi exhibẽdas. *Itẽ* ſi libellus, aliud ve quid relictũ eſſe
dicetur,decreto(id eſt,edicto iſto)cõprehendã. Sed qñq; ceſſat
hoc interdictũ.j.eo.l.fi & in tabulis viui j.eo.l.pen.

## Ne quid in loco ſacro fiat.

Interpoſito titulo ſuperiori,occaſione illorum titulorũ, ſci-
licet Quorũ bonorũ,& Quorũ legatorũ,redit ad propoſitã ma
teriã,ſcilicet Ne vis fiat ei &c. ſcilicet ad prohibitoria interdi
cta :& primo de dignioribus, eſt enim hæc cã diuini iuris.ꝫ.de
interdic.l.ij.§.j.Sacer aũt locus eſt , qui ritè per pontifices Deo
conſecratꝰ eſt:inſt.de re.diui.§.nulliꝰ.Verba edicti hæc ſunt: in
loco ſacro facere,in ve eũ immittere quid, veto .Et ptinet ad ea Sacer locus.
q̄ in loco ſacro fiũt deformitatis, vel incõmodi cã: nõ ſi orna-
mẽti cã.Extẽditur etiã ad res ſanctas,vt ſunt muri,itẽq; portæ
ciuitatis Romanę,& in alijs ſacris locis,vt in muris municipio
rũ aliquid facere,quo dãnũ aut incommodũ irrogetur,non per
mittitur.Itaq; neq; muri,portæ vel habitari ſine permiſſu prin
cipis propter fortuita incendia poſſunt.j.l.fi.

## De locis, & itineribus publicis.

Cuilibet in publicum petere permittendum eſt id, quod ad
vſum hominum pertinet: veluti vias publicas,itinera publica.
Et ideo quolibet poſtulante, de his interdictum redditur. Iter
autem publicum,via militatis dicitur. Vicinalis autẽ dicitur , Iter publicum.
vbi priuati conferunt ex agris ſuis . De triplici genere viarum Vicinalis.
habetur j.tit.proxi.l.ij.

## Ne quid in loco publico, vel itinere fiat.

Superiori titulo ſpecialiter,hic generaliter in omni publico
lo-

Universidad de Deusto Biblioteca



loco dicit:vt J.eod.l.ij.§.publici.vel ſuperior titulus præpara-
torius eſt, nec eſt ibi aliquod interdictũ:hic autẽ quatuor pro-
ponit. Primum in l.ij in prin. Secundũ in §.ait prætor.& ſunt
prohibitoria tantum. Tertium in §.prætor ait.& eſt reſtituto
rium. Quartum in §.ſi.& eſt prohibitorium. in loco igitur pu-
blico prætor prohibet ædificare,& interdictum proponit. Ver
ba interdicti hæc ſunt. Ne quid in loco publico facias, in ve
eum locum immittas, qua ex re illi qui damni detur, prætor
quàm quod lege,ſenatuſconſulto,edicto,decreto ve principum
tibi conceſſum eſt: De eo,quod factum erit, interdictum non
dabo,reſtitutorium videlicet. Ratio huius interdicti eſt, quia
loca publica priuatorum vſibus deſeruiunt, iure ſcilicet ciuita
tis:non quaſi propria cuiuſq; priuati hominis,id eſt,iure ſerui
tutis. Et tantum iuris habemus ad obtinendum vſum publi-
cum,quantum quilibet ex populo ad prohibendum habet. Et
appellatio publici loci continet areas,inſulas,agros, vias publi
cas,itineráq; publica. Viarum quædam publicæ ſunt,quædam
Public' loc'. Via multiplex. priuitæ,quædam vicinales. Publicas vias dicimus,quas Græci
baſilicas,noſtri prætorias,alij conſulares vias appellant. Priua
tæ viæ ſunt,quas agrarias quidam dicunt. Vicinales viæ ſunt,
quæ in vicis ſunt,vel quæ in vicos ducunt. Et pertinet hoc in-
terdictum ad vias ruſticas tantum: ad vrbicas verò non: harũ
enim cura pertinet ad magiſtratus.

## De loco publico fruendo.

Interdictum hoc publicæ vtilitatis cauſa proponi palam eſt
tuetur enim prætor vectigalia publica, dum prohibetur quis
vim facere ei, qui id fruendum conduxerit. Verba edicti hæc
ſunt. Quo minus loco publico, quem is, cui locandi ius fuerit,
fruendum alicui locauit:ei qui conduxerit,ſocio ve eius, ex le-
ge locationis frui liceat,vim fieri veto. Vltra legem autem, vel
contra legem locationis,non debet audiri qui frui deſiderat. So
let tamen concedi,vt imagines,ſtatuæ,quæ ornamento Reipu
bli.ſunt futuræ,in publicum ponantur.

## De via publica,& ſi quid in ea factum eſſe dicatur,& de ædilibus currilibus,

Aediliũ curuliũ cura. Studeant ædiles curules eas, quæ ſecundum ciuitates ſunt
vias,vt adæquentur,& effluxiones non noceãt domibus,& po-
teſtatem faciant vbicunq; oportet. Et vt parietes domorũ eſſi-
ci



ciantur ne labiles ſint. Curent etiã,vt nullus effodiat vias, neq;
ſubruat,neq; conſtruat in vijs aliquid:vias reparẽt,aquæductus
purgent quæ ſub diuo,id eſt,cælo ſunt. Studeãt vt ante ergaſte
ria nihil proiectũ ſit, vel ꝓpoſitũ,ꝑterquã ſi fullo veſtimẽta ſic
cet,aut tector trocos,id eſt,rotas exteriꝰ ponat. Nõ pmittãt rixa-
ri in vijs,neq; ſtercora ꝓijcere,neq; morticina,neq; coria iacere,

## De via publica,& itinere publico reficiendo.

Titulus iſte non ad aliud pertinet,niſi quòd qui viam publi
cam reficiebat,videbatur aliquid facere:ſed hoc facere non eſt
prohibitum. Dicit ergo de via publica qualiter reficiatur, & a-
mittatur:præterea hic titulus de via vrbana & ruſtica,ſed ſupe-
rior tit.ij.tantum de ruſtica,& ideo non ſuperfluit hic tit. Ver
ba edicti hæc ſunt:Quo minus illi viam publicam iter ve pu-
blicum aperire,reficere liceat,dum ne ea via, id ve iter deterius Viã aperire.
fiat,vim fieri veto. Viam aperire,eſt ad veterem altitudinẽ,la-
titudinemq; reſtituere. Sed & purgare refectionis portio eſt pur Purgare reficere.
gari autem proprie dicitur ad libramentũ proprium,id eſt,mo
dum,vel pulchritudinem redigere,ſublato quod ſupereſt. Refi-
cier autem & qui aperit,& qui purgat,& omnes omnino qui in
priſtinum ſtatum deducunt. Et dabitur hoc interdictum perpe
tuò,& omnibus,& in omnes. Et habet condemnationem in id,
quod actoris intererit,

## De fluminibus,& ne quid in flumine publico, ripa ve eius fiat, quo peius nauigetur.

Flumen à Riuo magnitudine diſcernitur,aut æſtimatione,
vel opinione circũcolẽtiũ. Fluminũ q̃dã ſunt perẽnia quædam
torrẽtia. Perẽne eſt,qđ ſemp fluit: Torrẽs eſt,quod tãtũ hyeme
fluit. Fluminũ q̃dã publica ſunt,q̃dã nõ. Publicũ flumẽ,vt Caſ-
ſius diffinit,eſt quod perenne,id eſt,perpetuũ eſt,& ſi iam non
omni tpe fluat,quia fortè æſtate aliqua exaruit. Verba edicti
hæc ſunt:Ne quid in flumine publico,ripa ve eius facias,ne q̃d
in flumine ripa ve eius immittas,quo ſtatio,iter ve nauigij dete
rius fiat. Ripa eſt id,quod flumẽ cõtinet naturalẽ rigorẽ curſus
ſui tenẽs. Stationẽ dicimus à ſtãdo:is igitur locus demõſtratur,
vbicũq; naues tute ſtare poſſunt J.de verb ſig.l.portus. Nauigiũ
ſolemus dicere etiã ipſam nauẽ. Iter ergo nauigij,id eſt,iter na-
uis. Nauigij appellatiõe etiã rates cõtinenſ,& cõnexiones trabiũ
quia plerunq; & ratiũ vſus neceſſarius eſt. Dicitur aũt deterior
ſtatio,

Universidad de Deusto Biblioteca

ſtatio,iterq; deterius fieri,ſi vſus eius corrumpatur,vel diffici-
lior fiat,aut minor,aut rarior,aut ſi in totum auferatur. Ripa
ca putatur eſſe,quæ pleniſsimum flumen continet.

## Ne quid in flumine publico, ripave eius fiat, quo aliter aqua fluat, quam in priori æſtate fluxerit.

Differt à ſuperiori tit. quia illud propter nauigij vtilitatem,
hoc propter agrorũ,vel aliam quàm nauigij,prohibet quicquã
in flumine fieri. Item ille de nauigabili,vel quaſi: hic de omni
flumine:vt.ſ.l.j.circa princ. Item differt ab inferiori, quia hic
prohibetur fieri in publico,ibi econtra vetat fieri vim facienti
& vtenti. Verba edicti hæc ſunt:In flumine publico,in ve ripa
eius facere,aut in id flumen,ripamve eius immittere,quo aliter
aqua fluat,quàm in priori æſtate fluxerit,veto. Et eſt inductum
hoc interdictum, ne deriuationibus minus conceſsis flumina
areſcant:vel mutatus alueus vicinis aliquam iniuriam faciat,
vel afferat:pertinet autem ad flumina publica,ſiue nauigabilia
ſunt,ſiue nõ. Et generaliter tunc interdicto hoc quis tenetur,ſi
mutetur aquæ curſus per hoc quod factum eſt,dum depreſsior,
vel altior fiat aqua,ac per hoc rapidior ſit cum incommodo ac-
colentium:& ſi quid aliud vitij accolæ ex facto eius qui conue-
nitur ſentient,interdicto locus erit.

## Vt in flumine publico nauigare liceat.

Hoc interdicto proſpicitur,ne qui, in flumine publico naui-
gare prohibeatur. Sicut inim ei qui via publica vti prohibe-
tur interdictum ſupra poſitum eſt:ita hoc quoq; proponédum
prætor putauit. Sed ſi priuatum ſit flumen,interdictum ceſſat.
Verba edicti hæc ſunt: Quo minus illi in flumine publico naui-
gare,ratam agere,quo ve minus per ripam onerare,exonerare
ve liceat,vim fieri veto. Item ait:vt per lacum,foſſam,ſtagnum
publicum nauigare liceat,interdicam. Eſt autem Lacus,qui per-
petuam habet aquam: Stagnum eſt,quod temporalem continet
aquam ibi ſtagnantem:quæ quidem aqua plerunq; hyeme con-
gelatur. Foſſa,eſt receptaculum aquæ manufactum.

Lacus. Stagnũ. Foſſa.

## De ripa munienda.

Ripas fluminum publicorum reficere, & munire,vtiliſsi-
mum eſt. Sicut igitur de via publica reficienda interdictum
poſitum eſt: ita etiam de ripa fluminis munienda proponen-
dum fuit. Verba edicti hæc ſunt:Quo minus illi in flumine
pub-



publico ripa vel eius opus facere,ripæ,agrive,quia circa ripam
eſt,tuendi cauſa liceat (dum ne ob id nauigatio deterior fiat) ſi
tibi damni infecti in annos decem boni viri arbitratu vel cau-
tum,vel ſatiſdatum eſt,aut per illũ non ſtat, quo minus boni
viri arbitratu caueatur,vel ſatiſdetur, vim fieri veto. Merito
adijcit. Dũ ne ob id nauigatio deterior fiat. Illa ſola enim refe-
ctio tolerãda eſt,quæ nauigationi impedimẽto nõ ast. Et licet
ripæ,lacus,foſſæ,vel ſtagni muniendi cã prętor nihil hic cauit:
Idem tamen erit obſeruandũ,quod in ripa fluminis muniẽda.

## De vi, & vi armata.

Primum Vi,ponitur hic in genere,ſecundum in ſpecie. Et
idem eſt dicere,ſicut in C. vnde vi. De interdictis igitur quæ
ſunt prohibitoria expedito,nunc de reſtitutorijs dicit: vt in-
ſtitu.de interdict.§.j. Habet aũt locum hoc interdictum,cùm
quis per vim poſſeſsionem ſoli amiſit: vim dico expulſiuam,
non compulſiuam. Si enim compulſus poſſeſsionem rerum ti
bi tradidero,ceſſat hoc interdictum,& datur actio. Quod me-
tus cauſa.ſ.eod.l.ſi rerum. Item vim dico,non legitime admiſ-
ſam:qui enim expulſus eſt,ſi incontinenti velit recuperare poſ-
ſeſsionem ſuam,poteſt quidem incontinenti autoritate ſua:nõ
ex interuallo.ſ.eo.l.iij.§.cum igitur. Et accipe incontinenti,id
eſt,antequam ad alia extranea diuertat negotia.ſ.de verb.obl.
l.continuus.§.j. Sed ille,qui nõdum eſt adhuc expulſus,ſed quẽ
quis vult iniuſte expellere,poteſt reſiſtere vim inferenti,& pro-
pulſare vim illatam,ad defendendam poſſeſsionem:cũ mode-
ramine tamen inculpatæ tutelæ:id eſt,defenſionis. Et eod.l.j.
Quòd autem defenſio dicatur inculpata, & cum moderatione
facta,attenditur circa tria: Primò,quòd fiat cũ ſimilibus armis:
ſecundò quòd incontinenti:tertiò,quòd animo propulſandi in-
iuriam,non irrogandi. Verba huius edicti hæc ſunt: Vnde tu il-
lum vi deiecisti,aut familia tua deiecit:de eo, quodq; ille tunc
ibi habuit tantummodo intra annum:poſt annum verò de eo,
quod ad eum qui vi deiecit peruenerit,iudicium dabo. Et perti-
net hoc interdictum ad ſolam atrocem vim:& ad eos tantũ qui
de ſolo deijciuntur:puta de fundo ſiue ædificio. Ad alium aũt
non pertinet.

## Vti poſsideris.

Poſt interdictum. Vnde vi,quod poſſeſsionem reſtituit, ſe-

quitur hoc, quod defendit. j l.j.ſ. & conſequenter. & eſt interdictum retinendæ poſſeſsionis. Habet autem locum hoc interdictum Vti poſsidetis, in rebus immobilibus omnibus, & ſolidum tamen talia ſint, quæ poſſunt poſsideri. j. eo. l. j. ſ. pe. Non autem poſsidentur forum, baſilica, & res ſacræ. ff. de acq. poſſ. l. j. ſ. vlti. Item habet locũ hoc interdictum in incorporalibus, vt in quaſi poſſeſsione vſusfructus, vel vſus. j. eo. l. vlt. vel aliarum ſeruitutum. ff. de ſerui. l. quoties. Verba edicti hęc ſunt: Vti eas ædes, de quibus agitur, nec vi, nec clam, nec precario alter ab altero poſsidetis: quo minus ita poſsideatis, vim fieri veto. De cloacis hoc interdictũ nõ dabo: neq; pluris, quàm quanti ea res erit, intra annũ, quo primum experiundi poteſtas fuerit, agere permittã. Cauſa huius interdicti fuit, quod ſeparata eſſe debeat poſſeſsio à proprietate. Fieri enim poteſt, vt alter poſſeſſor ſit, dñs nõ ſit: alter dñs quidẽ ſit, poſſeſſor nõ ſit. Fieri etiã poteſt vt poſſeſſor idem, & dñs ſit. j. e. l. ſ. huius. Quoties ergo inter litigatores eſt ꝓprietatis cõtrouerſia: aut cõuenit iter litigatores, vter poſſeſſor ſit, vter petitor: aut non cõuenit. Si conuenit, abſolutũ eſt: ille poſſeſſoris cõmodo, quem conuenit poſsidere, alter petitoris onere fungetur. Sed ſi inter ipſos cõtẽdatur, vter poſsideat, quia alteruter ſe magis poſsidere affirmat: tunc ſi res ſoli ſit, in cuius poſſeſsione contenditur, ad hoc interdictum remittetur, quod vulgò Vti poſsidetis, appellatur: & datur huius rei cauſa, ne vis fiat ei qui poſsidet.

## De ſuperficiebus.

Simile eſt ſuperiori interdicto: vt. j. ea l. ſ. proponitur. Hoc interdicto tuetur prætor eũ, qui ſuperficiẽ defendit, id eſt, materiã ædificij ſiue ſolo. Verba interdicti hæc ſunt: Vti ex lege locationis ſiue cõductionis ſuperficie, qua de agit, nec vi, nec clã, nec precario altero ab altero fruimini: quo min⁹ ita fruamini, vim fieri veto. Si qua alia actio de ſuperficie poſtulabit, cã cognita iudiciũ dabo. Omnia quę in Vti poſsidetis interdicto ſeruant, hic quoque ſeruãtur. Appellamus aũt Superficiarias ædes, quæ in conducto ſolo poſitæ ſunt, quarum ꝓprietas & ciuili, & naturali iure eius eſt, cuius & ſolũ: & idem ſi emit fundũ, nõ tñ vt ſoli dñium tranſeat: ſed ſola licentia habendi, & tenendi ſuperficiem. j. l. j. ſ. qui ſuperficiem. Eſt ergo ſuperficiarius dominus vtiliter, non iure directo, & habet in rem: vt no. j. l. j. ſ. qui ſuperficiem. In fi.

Superficiariæ ædes.

De



## De itinere, actu'q; priuato.

Superiori titulo de poſſeſsione rerũ corporaliũ retinẽda, hic de poſſeſsione rerũ incorporaliũ. Et eſt hoc interdictũ ꝓhibitoriũ, pertinẽs ad ruſticas tãtũmodo ſeruitutes: Verba interdicti hæc ſunt. Quo itinere, actúq; priuato, de quo agitur, vel via, hoc anno, nec vi, nec clã, nec precario ab illo vſus es: quo minus ita vtaris, vim fieri veto. Hoc interdicto prætor tãtũ inquirit, an itinere, actúq; hoc anno vſus ſit, non vi, non clã, non precario, & in hoc tuetur eũ, licet eo tẽpore, quo interdictũ redditur, vſus non ſit. Siue igitur habuerit: in ea cõditione eſt, vt ad tuitionẽ prætoris pertineat. Si modo hoc anno vſus eſt, vel modico tempore, id eſt non minus quàm trigintadiebus. Neq; enim ad præſens tempus refertur vſus: quia plerunq; itineribus, vel via non ſemper vtimur, niſi cùm vſus exegerit. Itaque anni temporis ſpatio concluſit vſum.

## De aqua quotidiana, & æſtiua.

Vſus aquæ, ſicut itineris, eſt quædã quaſi poſſeſsio. Ideo'q; hãc, ſicut illã, prætor tuetur interdicto reddito. Et eſt hoc interdictũ ꝓhibitoriũ, & interdũ reſtitutoriũ, pertinet ad aquã quotidianã. Duo aũt ſunt gña aquarũ: Quotidiana, & æſtiua: quotidiana ab æſtiua differt vſu, non iure. Quotidiana aqua ea eſt, quæ duci aſsiduè ſolet, vel æſtiuo tpe, vel hyberno, etiã ſi aliqñ ducta non eſt. Non enim ideo quotidiana dicitur, qa quotidie ducitur: ſed ea, qua quis quotidie poſsit vti, ſi vellet: quãquã quotidianã interdũ hyeme ducere nõ expediat, & ſi poſsit duci. Aeſtiua aũt ea eſt, qua æſtate ſola vti expedit: ſicut dicim⁹ veſtimẽta æſtiua, ſalt æſtiuos, caſtra æſtiua, q bus interdũ etiã hyeme, plerũq; autẽ æſtate vtamur. Et generaliter ex propoſito vtentis, & ex natura locorum, aqua æſtiua à quotidiana diſcernitur. Nam ſi ſit talis aqua, quæ perpetuo duci poſsit: ergo tamen ea ſola æſtate vtar, dicendum eſt, hanc aquam eſſe æſtiuam. Rurſus ſi talis ſit aqua, quæ non niſi æſtate ſui natura duci poſsit, æſtiua dicetur. Et ſi ea ſint loca, quæ natura non emittant aquã niſi æſtate, dicendum erit rectè æſtiuam dici. Verba interdicti hæc ſunt: Vti hoc anno aquàm, de qua agitur, nec vi, nec clam, nec precario ab illo duxiſti: quo minus ita ducas, vim fieri veto. Hoc anno, prætor dicit, hoc eſt, non quotidie ſed quod anno, vel vna die, vel vna nocte. Et loquitur præto de ea ſo-

Aqua quotidiana.

Aqua æſtiua.

Universidad de Deusto Biblioteca



la aqua, quæ perenni eſt: nulla enim alia duci aqua poteſt, quã quæ eſt perenni. ʃ.l.j.§.loquitur.

## De riuis.

Parũ prodeſſet ius aquæ, de qua ſupra dixit, niſi liceret purgare riuũ: nec tã neceſſaria eſt refectio itinerũ, quã riuorũ: quia non refectis riuis, omnis vſus aquæ aufertur, & homines ſiti necarẽtur: & ſanè aqua peruenire, niſi refecto riuo, non poteſt. At non refecto itinere difficultas tãtũ eũdi, agendiq́; fieret, quæ tẽporib⁹ æſtiuis leuior eſſet. l.fi.ʃ.e. ideo hoc iterdictũ vtiliſsimũ eſt: nã niſi pmittatur alicui reficere, alia rõe vſus incõmodabit. Verba edicti hæc ſunt: Riuos ſpec⁹, ſepta reficere, purgare aq̃ ducendæ cauſa, quo minus liceat illi, dum ne aliter aquam ducat, quàm vti priori æſtate non vi, non clam, non precario à te duxit, vim fieri veto.

Riuus. Riuus, eſt locus per longitudinem depreſſus, quo aqua decurrat.

Specus. Specus, locus eſt ex quo deſpicitur, inde ſpectacula ſunt dicta.

Septa. Septa ſunt ea, quæ ad incile opponuntur aquæ compellendæ deriuandæ ve ex flumine cauſa: Siue ea lignea ſint, ſiue lapidea, ſiue ex alia qualibet materia ſint ad continendam, tranſmittendamq́; aquã excogitata: quæ appellamus Sclusam.

Incile. Incile autem eſt locus depreſſus ad latus fluminum, ex eo dictus quòd incidatur: inciditur enim vel lapis, vel terra, vnde primùm aqua ex flumine agi poſsit. Sed & foſſæ, & putei hoc interdicto continẽtur.

Reficere. Reficere, eſt quod corruptũ eſt, in priſtinũ ſtatũ reſtaurare. Et ſunt verba reficiendi, tegere, ſubſtinere, ſarcire, ædificare: itẽ aduehere, apportareq́; ea, quæ ad eãdẽ rẽ opus eſt continẽtur. Purgandi verbũ ad eũ riuũ pertinet, qui refectione indiget. ʃ.l.j.§.purgandi.

## De fonte.

Seruitutes non tãtũ aquæ ducẽdæ eſſe ſolẽt, verũ etiã hauriẽdæ: & ſicut diſcretæ ſunt ſeruitutes ductus aquæ, & hauſtus aquæ: ita interdicta ſeparatim redduntur. Et pponitur hoc interdictũ ei qui fontana aqua vti prohibetur. Verba edicti hęc ſũt: Vti de eo ſonte, quo de agitur, hoc anno aqua nec vi, nec clã, nec precario ab illo vſus es: quo minus ita vtaris, vim fieri veto. De lacu, piſcina, puteo, itẽ interdicã. Hoc interdictũ locũ habet, ſi qs prohibeatur vti aqua: hoc eſt, ſiue haurire prohibeatur, ſiue etiam pecus id aquã appellere. Hoc interdictũ de ciſterna non competit: Nã ciſterna non habet perpetuã clauſam, nec viuã habet



habet aquã, ex quo apparet, in his omnibus exigendũ, vt viua aqua ſit: ciſternæ autem imbribus concipiuntur.

Coërcere aquã. Coercere aquã, eſt continere ſic, ne deſinat, vel dilabatur, dummodo non permittatur alicui nouas venas quærere, vel aperire, is enim innouat aliquid præter id, quo præcedenti anno vſus eſt. Sed & de lacu, puteo, piſcina, reficiendis, purgandis, interdictum competit. Et omnibus perſonis dabitur, quibus permittitur interdictum de aqua æſtiua. ʃ.eod.l.j.§.fin.

## De cloacis.

Cloacæ indigẽt purgatione, ſicut riui, vt fœtor ceſſet, & cõmoditas veniat. Hoc interdictũ propoſitũ eſt de cloacis priuatis: publicæ enim cloacæ publicã curã merentur.

Cloaca. Cloaca aũt eſt locus concauus, per quẽ colluuies quædã fluat. Curauit aũt prętor per hæc interdicta, vt cloacæ, & purgẽtur, & reficiãtur: quorũ vtrũq; & ſalubritatẽ ciuitatũ, & ad tutelã pertinet. Nã & cœlũ peſtilens, & ruinã minãtur immũditiæ cloacarũ: id eſt, ſi nõ reficiãtur. Verba interdicti hæc ſunt: Quo minus illi cloacã, q̃ ex ædibus eius in tuas pertinet ædes, qua de agitur, purgare, reficere liceat, vim fieri veto: dãni infecti, quod operis vitio factũ ſit, caueri iubebo. Duo ſunt interdicta ſub hoc titulo: vnũ phibitoriũ: quo phibetur vicinus vim facere, quo min⁹ cloaca purgetur, & reficiatur. Alterũ reſtitutoriũ, vbi dicitur, qđ in cloacã publicã factũ ſiue immiſſum habes, quo vſus ei⁹ deterior ſit, reſtituatur. Itẽ ne quid fiat, immutatur ve, interdicã. Quod ex ædibus eius in tuas pertinet, &c. hoc eſt dirigitur, extẽditur, peruenit. Et tã ad proximũ vicinũ hoc interdictũ pertinet, quã aduerſus vlteriores, per quorũ ædes cloaca currit. Immo pot in vicini ædes venire, & reſcindere pauimẽta, purgandæ cloacę gratia dum tamẽ paratus ſit reſtaurare id quod ex neceſsitate reficiẽdæ cloacæ cauſa reſcindat. ʃ.l.j.§.quod ait prætor.

## Quod vi, aut clam.

Superiora interdicta reſpiciunt futurum tempus: hoc præteritum. Vel ſic, Diximus ſupra ſeparatim de vi tã præterita, vt Vnde vi, quàm præſenti, vt Vti poſsidetis: nũc de quodã miſto, ſcilicet tã de vi, quæ p eo quod clãm, factũ eſt, quàm pro præterito, & præſenti datur: vt. ʃ.e.is qui.§.quod ait prætor. & qualitercunq; ſit factũ, agitur quod vi aut clam. ʃ.eod.is qui in puteum. in prin. Item de Vi, tractatur vſq; ad §.clam. in l.ij. poſt-

l 3 la

Universidad de Deusto Biblioteca

ea de clam, vſque ad §. hæc verba. in l. v. & ibi exponit quod factum eſt. Et eſt interdictum hoc reſtitutorium, per quod occurſum eſt calliditati eorum, qui vi aut clam quædam moliuntur: iubentur enim reſtituere ea. Verba edicti hæc ſunt: quod vi aut clam factum eſt, qua de re agitur, id cùm experiundi poteſtas eſt reſtituas. Et pertinet ad ſola opera, quæ in ſolo vi, aut clam facta fuerint. Vi factum videtur, ſi quis contra quam prohiberetur fecerit: vt ſi quis contra teſtationem, denuntiationemq́ fecerit, vel ſi cum ſciret ſe prohiberi, per vim molitus eſt, ne prohiberi poſsit. ĵ. l. j. §. quid ſit. Clam facere videtur, qui celauit aduerſarium, neque ei denuntiauit: ſi modo timuit eius controuerſiam, aut debuit timere. Seruius etiam eum clam facere ait, qui eſtimare debuit, ſibi controuerſiam futuram: quia non opinionem eius, & reſupinam æſtimationem ſequi oportet, ne melioris conditionis ſint ſtulti, quàm periti l. iiij. ĵ. eod. Hæc verba, Quod vi aut clam factum eſt: ita exponuntur, quod tu, aut tuorum quis fecerit, aut tuo iuſſu factum eſt. ĵ. ĵ. aut qui §. hæc verba.

Vi factũ. Clã facere.

## De remiſsionibus.

Sicut nuntiatio parit interdictum Quod vi aut clam, vt ſupra diximus: ita & remiſsio tollit, vt ff. tit. j. l. ſi alius §. j. Et ponuntur ſub hoc tit. remiſsiones faciendæ ei cui nuntiatum eſt. & ſunt tres, vna ex conuentione: alia à iure, quando ſcilicet tenuit nuntiatio: & tertia quãdo nõ tenet, quia poteſt ſperni: nam tunc lex habet pro remiſſa. Et verba prætoris oſtendunt, remiſſionem tunc factum valere, vbi nuntiatio non tenet. Nuntiationem autem tunc prætor voluit valere, vbi ius eſt nuntiati', prohibere, ne ſe inuito fiat. Sed ſi non habet ius nuntiãdi, ſiue ſatiſdatio interueniat, quo caſu fit remiſsio ipſo iure, ſiue non, remiſsio facta eſt conuentione vel etiã iudice, hoc tantũ remittit, in quo non tenuit nũtiatio cũ effectu. Is habet ius nuntiãdi nouũ opus, qui aut diuinum aut ſeruitutem habet. Verba edicti hæc ſunt: Quod ius ſit illi prohibere, ne ſe inuito fiat in eo, nuntiatio tenet: cæterum nuntiationem miſſam facito.

## De precario.

Precarium.

Precarium eſt, quod precibus petenti vtendum conceditur, tandiu, quandiu is qui conceſsit patitur: quod genus liberalitatis ex iure gentium deſcẽdit. Et diſtat à Donatione, eo quòd

Donare



qui donat, ſic dat, ne amplius recipiat. ff. de donat. l. j. in princi. Qui precario concedit, ſic dat, quaſi tunc recepturus, cum ſibi libuerit precarium ſoluere. ĵ. l. ij. & l. & habet. & l. cum precario. Et eſt ſimile Commodato. Nam & qui commodat ſuam rem, ſic commodat, vt non faciat rem accipientis, ſed vt ei vti re commodata permittat. Differt tamen à commodato, vt diximus ff. commo. Verba edicti hæc ſunt: Quod precario ab illo habes, aut dolo malo feciſti: vt deſineres habere, qua de re agitur, id illi reſtituas. Hoc interdictum reſtitutorium eſt, & naturalem habet in ſe æquitatem. Nanque precarium reuocare volenti cõpetit. Eſt enim natura æquum, tãdiu te liberalitate mea vti, quandiu ego velim: & vt poſsim reuocare, cum mutauero voluntatẽ. Habere aũt precario videtur, qui poſſeſsionem vel corporis, vel iuris, id eſt, rei incorporalis, puta ſeruitutis adeptus eſt, ex hac ſolummodo cauſa, quòd preces adhibuit, & impetrauit precibus, vt ſibi poſsidere, aut vti liceat: veluti ſi me precario rogaueris, vt per fundum meum tibi ire vel agere liceat: vel vt in tectum, vel aream, ædium mearum ſtillicidium: vel tignum in parietẽ immiſſum haberes. ĵ. l. ij. §. ſi. & l ſeq.

Cómodatum.

precario habere.

## De arboribus cædendis.

Hoc interdictum competit non ſolũ dño ædium, ſed etiã ei, qui vſumfructum habet, quia etiam ipſius intereſt arborẽ iſtã nõ impẽdere. Nã niſi dñs adimat arborem, quæ alienis ædibus impendeat, permittitur ei, cui arbor officit, vt ſi vellet ſuccideret eam, lignaq́ tolleret. Verba edicti hæc ſunt: Quæ arbor ex ædibus tuis in ædes illius impendet ſi per teſtat, quo minus eã adimas: tunc quo minus eam illi arborem adimere ſibiq́ habere liceat, vim fieri veto. Et eſt hoc ĩterdictũ ꝓhibitoriũ. Arboris appellatione etiam vites cõtinentur. ĵ. arb. fur. ceſ. l. vitẽ in prin.

Arboris appellatio.

## De glande legenda.

Glandis nomine omnis fructus continetur. ĵ. de verb. ſignl. l qui venenum. §. glandis, per hoc edictum datur licentia domino legendi glãdem, id eſt, quencunq; fructum ex arbore ſua in fundum vicini cadentem. Verba edicti hæc ſunt: Glandem, quæ ex illius agro in tuum cadit, quo minus illi tertio quoque die legere, auferre liceat, vim fieri veto. Et cõputantur, primus, ſecundus, & tertius dies ab eo tempore, quo cecidit glans. Et ideo ponit de tertio, quia collectio glandis vix durat ad ter-

Glans.

Universidad de Deusto Biblioteca

tum diem, nam citius colliguntur: vel quia duobus aut tribus
diebus euertuntur in terram, vt nulli eorum nomine compete
ret actio, cum ſine dolo tuo fructus eſſe in rerũ natura deſierit.
Nõ quia interdictum tam breui ſopiatur tempore: nam intra
annum duraret, ſi fructus ſtaret, & plus. ∫ de act. & oblig. l. in ho
norarijs. Sed ſi dolo deſijſſet habere, tunc intra annũ teneretur.
ff. de præſcrip. verb. l. qui ſeruandarum. §. ſi. Et eſt vtilitas huius
edicti ſecundum Azo. quia neceſsitas imponitur ei, in cuius ter
ram cecidit, vt ſingulis tribus diebus ſemel liceat auferre: & ſic
exponitur quoque, id eſt, ſingula tertia die, gl. penult. ∫. eod.

## De libero homine exhibendo.

Hoc interdictum proponitur tuendæ libertatis cauſa: vide-
licet, ne homines liberi retineantur à quoquã. Neq; enim mul
tum à ſpecie ſeruientium differunt, quibus non datur facultas
Liber. recedendi. Verba edicti hæc ſunt: Quem liberum hominẽ do-
lo malo retines, exhibeas. Verbum Liberum, ad omnem liberũ
hominẽ pertinet, ſiue pubes ſit, ſiue impubes: ſiue maſculus ſit,
Exhibere. ſiue fœmina: ſiue vnus, ſiue plures: ſiue ſui iuris ſit, ſiue alieni.
Hoc enim tantum ſpectamus, an liber ſit. Exhibere eſt in pu
Lex fauia. blicum producere, & videndi, tangendiq; hominis facultatem
præbere: propriè autem exhibere, eſt extra ſecretum habere. l.
iij. §. ait prætor. ∫. eod. Hoc interdictum omnibus competit. Ne
mo enim prohibendus eſt libertati fauere. l. ad exhib. l. ſi liber
Et cum hoc interdicto concurrit etiam accuſatio legis fauiæ. de
plag. ∫. ad Leg. faui. l. non ſtatim. & C. ad Lega faui. l. ſi fratrem.
& verſa vice, qui agit fauia, poterit nihilominus hoc interdictũ
habere. l. iij. in princi. ∫. eo.

## De liberis exhibendis, ſeu deducendis.

Hoc interdictum proponitur aduerſus eum, quem quis exhi
bere deſiderat eũ, quẽ in poteſtate ſua eſſe dicit: & competit ei, q
in poteſtate habet. Neq; curat prætor cur apud eũ ſit, qui exhi-
beri debet, quẽadmodũ in ſuperiori interdicto: ſed omni modo
reſtituẽdũ putauit, ſi in poteſtate eſt. Verba edicti hęc ſunt: Qui
quæ ve in poteſtate Lucij Titij eſt, ſi is, ea ve apud te eſt: dolo ve
malo tuo factũ eſt, quo minus apud te eſſet: ita eum, eam ve ex-
hibeas. Hoc interdictũ priuatũ & perpetuũ eſt: ſuique iuris tuẽ
di cõparatũ, vt filius exhibeatur. Eſt & aliud interdictũ hoc ti
tulo, ſcilicet de Liberis deducendis: & datur eis, & in eos, quibus
&



& in quos datur ſuperius: ſed datur ad aliud, ſcilicet vt quis poſ
ſit ducere eos in quos habet ius ductionis, id eſt, qui ſunt in po-
teſtate ſua. Et tũ notãdũ in hoc interdicto, & in notione præto
ria, quã pater habet, quòd ſi poteſt, agit pro filio impubere du-
cendo, aliàs differtur res in tempus pubertatis, aliàs repræſente
tur: idque ex perſona eorũ, inter quos erit cõtrouerſia, & ex ge-
nere cauſæ cõſtituendũ eſt. Nã ſi is qui ſe patrem dicit, autori-
tatis, prudentiæ, fidei exploratè eſſet, vſque in diẽ litis impube
rẽ apud ſe habebit. *Is* verò qui controuerſiã facit, ſi humilis, ca-
lumniator, notæq; nequitiæ ſit, repræſentanda cognitio eſt.

## Vtrobi.

De poſſeſsione rerum mobilium habet locum hoc interdi-
ctum. Sed eius vis exęquata eſt interdicto Vti poſsidetis: quod
de rebus ſoli competit: vt is hoc interdicto vincat, qui nec vi,
nec clam, nec precario, dum ſuper hoc ab aduerſario inquieta- Vtrobi.
tur, poſſeſsionem habeat. Verba edicti hæc ſunt: Vtrobi hic
homo, de quo agitur, maiore anni parte fuerit, quo minus is eũ
ducat, vim fieri veta. Vtrobi exponitur, id eſt, apud quẽ: & com
ponitur ex vtrum & vbi: & ſic vtrũ pro apud, & vbi, pro quem.
Is aũt ex duobus potior erat in hoc interdicto, qui maiore parte
anni poſſederat. Sed hodie qui poſsidet tempore litis conteſt.
potior eſt. inſtit. de interdic. §. ſed hodie. & C. eo. l. j.

## De migrando.

Hoc interdictum De migrando, id eſt recedendo, proponi-
tur inquilino, qui ſoluta penſione vult migrare, id eſt, exire, Migrare
vel recedere cum rebus ſuis: poteſt ergo inquilinus liberè per
hoc interdictum cum rebus ſuis de habitatione migrare, ſi ta-
men locatori ſatisfaciat de penſione, & de damno, ſi quod in
domo conducta dederit. Colono autem non datur hoc inter-
dictum, ſed aliàs extra ordinem officio iudicis ei ſubuenitur:
ſi velit non dico migrare, ſed colonariam poſt exactum tem-
pus conſtitutum derelinquere ∫. l. j. §. j. Verba edicti hæc ſunt:
Si is homo, quo de agitur, non eſt ex his rebus, de quibus inter
te locatorẽ & actorẽ (id eſt, inquilinũ) conuenit, vt quæ in eam
habitationẽ, qua de agitur, introducta, importata, ibi nata, fa-
cta ve eſſent, ea pignori tibi pro mercede eius habitationis
eſſent: ſiue ex his rebus eſſet, & ea merces tibi ſoluta, eo ve no-
mine ſatiſſactũ eſt, aut per te ſtat quò minus ſoluatur: ita quo

Universidad de Deusto Biblioteca

minus ei, qui pignoris nomine eum induxit, inde abducere liceat, vim fieri veto. Et datur hoc interdictum inquilino etiam de his rebus, quæ non ipſius ſunt: ſed ſorte commodatæ ei, vel locatæ, vel apud eum depoſitæ ſunt. J.l.ſi.

### De Saluiano interdicto.

Saluianum.

Saluianum interdictũ datur locatori fundi ruſtici cõtra colonũ, & eius hæredẽ: vtile verò datur eis cõtra extraneũ poſſeſſorẽ ꝑ adipiſcẽda poſſeſsione eorũ, quæ tacitè locatori ſunt obligata. J.l.j. & C.e.l.j. & ſ̄.de inter.l.ij.§.hoc aũt. Et eſt hoc interdictũ adipiſcẽdæ poſſeſsionis cõparatũ: eoq; vtitur dñs fundi de rebus coloni, quas is ꝑ mercedibus fundi pignori futuras ꝑpigiſſet: Inſt.de inter.§.interdictũ quoq; & ſufficit tacitũ pactũ C.loca.l.certi iuris. Differt aũt hoc interdictũ à Seruiana: quia in Seruiana oportet locatorẽ ꝓbare colonũ fuiſſe interdictũ tpe obligationis. ſ̄.de pig.l.j.§.cũ prædium. Sed interdicto iſto ſufficit, ſi probet ipſum poſſediſſe J.l.j.vt dicit glo.in d.§.interdictũ. & Inſti.de act.§.item Seruiana. Et ſicut Seruiana vel quaſi Seruiana dicit à ſeruãdo, vt ibi: ita & Saluianũ à ſaluãdo, id eſt, retinẽdo dicitur. Omne enim ius aut in acquirẽdo, aut ĩ ſeruãdo, vel ſaluãdo, aut in amittẽdo cõſiſtit ſ̄.de leg.& ſen.con.l.ſi.

## LIBER XLIIII.

### Et VI. *huius.*

### De exceptionibus, ſeu præſcriptionibus, & præiudicijs.

Exceptio. Replicatio. Duplicatio. Triplicatio. Quadruplicatio. Dilatoria.

EXceptio dicta eſt, quaſi quædam excluſio quæ interponi actioni cuiuſq; rei ſolet, ad excludendum id, quod in intentionem condemnationem deductum eſt. Sicut autem exceptio actorem excludit, ita Replicatio reum. Nam Replicationes nihil aliud ſunt, quàm exceptiones, & à parte actoris venientes: quæ quidẽ ideo neceſſariæ ſunt, vt exceptiones excludant, vel oppugnẽt. Sed cõtra replicationẽ ſolet dari Duplicatio, & contra duplicationẽ Triplicatio, & cõtra triplicationẽ Quadruplicatio: & deinceps multiplicantur nomina, dũ aut reus aut actor obijcit. J.l.ij.§.j. Exceptiones quædam dilatoriæ, quædam peremptoriæ. Dilatoria eſt, quæ differt actionem, veluti procuratoris exemplo: nam qui dicit, non licere procuratorio nomine agi, nõ prorſus litẽ inficiatur, ſed perſonã euitat. l.ij.§.ſi.J.eod. Per



Perpetuæ. Peremptoriæ. Præſcriptio.

Perpetuæ & perẽptoriæ ſunt, quæ ſemper locũ habet, nec euitari poſſunt: qualis eſt Doli mali, Rei iudicatæ: & ſi qd cõtra leges ſenatuſve cõſulta factũ eſſe dicetur. Item pacti de nõ petẽdo & de varijs exceptionibꝰ eſt gl. inſt.e.§.appellãt.& glo.iij.q.vj. ſiqs epiſcoporũ. & in c.exceptionẽ.de excep. Præſcriptio ſcdm quoſdã eſt exceptio ex tpe cam trahẽs. Vel fortè ita diffinietur præſcriptio lõgi tpis, ſicut & vſucapio trinienni), nã per vtrũq; acquiritur dominiũ: licet per primã directũ: per iſtã vtile. Et eſt inducta præſcriptio longa, conſiderata vtrinq; cauſa, id eſt, ex parte poſsidentis fauore, & ex parte eius qui non perijt, odio. Locum autẽ habet iſta præſcriptio longa in rebus immobilibus, non in rebus mobilibus: niſi in ſeruo ruſtico, qui cum ſit glebæ portio, cũ gleba (vt ait Pla.) vel etiam ſine gleba, ſecundũ Azo. præſcribitur: vt j.de diuer.& tẽp.præſcri.lon. Et exiguntur in præſcriptione ea quæ ſ̄.de vſucap.diximus. De præiudicialibus aũt exceptionibus, vel præiudicialibus actionibus habetur J.l.ſi poſt. & l.fundum. & inſti, de actio §.præiudiciales.

### De diuerſis, & temporalibus præſcriptionibus, & de acceſsionibus poſſeſsionum.

Habere poteſtatẽ experiundi. Præſcriptiões diuerſæ. Vſucapio.

Quia tractatus de vtilibus diebus frequens eſt, videamus quid ſit Experiundi poteſtatẽ habere. Et quidem in primis exigendum eſt, vt ſit facultas agẽdi per ſe, vel per aliũ. Item quod habeat poteſtatẽ conueniẽdi eum per ſe, vel per alium reſpondentem: & ius reddentis copiam. Et ita intelligitur quod dicitur, tempora vſucapionis eſſe vtilia, præſcriptionis verò continua, vt dicit gl. inſti. de vſucap. in prin. Diuerſæ autẽ ſunt præſcriptiones: quædam vnius diei, alia duorum: vt J.de appel.l.à ſententia.§.ſi. & quando appel.ſit l.j.§ biduũ. Quãdoq; trium. C.de iudi.l.ſi. Et hoc proſequi vlterius, magis laborioſum eſt, quàm ſubtile. Verſus, Quæ rite quos agitat labor, atq; alias reperite. De vſucapione tamen triennij dic, quòd per eam quæritur dominium. C.de pact.l.traditionibus dummodo quatuor interueniant, ſcilicet bona fides, & titulus, & quod res non ſit vitioſa, & quod poſſeſsio ſit continuata vſque ad vltimam diem, quam tetigiſſe ſufficit: & idem in præſcriptione x.vel xl. ann. J.eo.l.in vſucapione. Secus in præſcriptio. ſcilicet perſonalium actionum, vt J.de act.& obl.l.in omnibus. itẽ per præſcriptionem x.vel xx. anno. non quæritur dominium, vt dicit glo.hic

ſuper

Universidad de Deusto Biblioteca

ſuper Rub.no.C.de bo.ma. Auten.ibi poſita. Itē vſucapio non interrūpitur litis cōteſt.qđ ſec⁹ eſt in pſcriptione: qđ dic.vt in ß.de rei vēd.l.ſi poſt acceptū.itē per præſcriptionē .xxx.an. nō inducitur niſi exceptio:qa tēp⁹ nō eſt mod⁹ &c.j.de ac.& obl. l.obligationū fere.§.placet Sūt & aliæ præſcriptiones diuerſæ. Sed notādū,quòd quædā præſcriptiones habēt continua tēpora,ſicut gñaliter oēs,niſi ſpecialiter inueniamus lege cautū contra:ſcilicet quod ſit. Aliæ vtilia:& hæc ſubdiuidūtur,qa quædā ad ſui principiū,& pceſſum,ad quod ſunt tria neceſſaria, vt diximus.ß.in prin. Alia ad ſui principiū tātū:vt.ß.de calū.l.ann⁹.&

**Acceſsiones.**

ß.de ædi.edic.l.cū ſex.& j De adul.quinquēniū. De acceſsionibus aūt poſſeſsionū nihil in perpetuū,id eſt, gñaliter diffinire poſſumus:conſiſtunt enim in ſola æquitate:& tribuūtur his, q

**Poſſeſſio diutina.**

in locū aliorū ſuccedūt,ſiue ex contractu, ſiue ex volūtate vltima. Et diutina poſſeſsio,quæ prodeſſe cœperat defuncto,etiam hæredi prodeſt.& generaliter in vſucap.& præſcrip.continuantur tempora in vniuerſalem & particularem ſucceſſorem.inſt. de vſucap.§.diutina.& j.l.de acceſsionibus

## De doli mali, & metus exceptione,

Ideo hanc exceptionē prætor propoſuit, ne cui dolus ſuus per occaſionē iuris ciuilis contra naturalē æquitatē proſit, Qñ aūt

**Doloqñ qđ fiat.**

dolo quid factū dicatur,ex facto,id eſt,ex qualitate facti intelligitur.C.de reſcin.vē.l. Et fit dolo tā in cōtractib⁹:vt ß.de act. emp.l.iulia.§.ſi vēditor.& §.ſeq.quàm in teſtamētis edēdis,vel ſupprimēdis:vt C ſi quis ali.teſt.proh.l.j & ij.& C.ad le.corn. de fal.l.eū.quāetiā in legibus condēdis,vel interpretādis,vel cancellandis,vt faciebat quidā Falco Papiēſis:vt dicit gl.in l.j in fi.j e.& tēporibus noſtris Bal.feciſſe fertur. Et ppoſita eſt hæc exceptio ex eadem cauſa,ex qua propoſita eſt actio de dolo. Generaliter autem dicendum eſt,ex omnibus in factum exceptionibus oriri exceptionē doli:dolo enim facit, quicūq; id, quod qualibet exceptione elidi poteſt, petit l.ij.§.generaliter.j.eod. Et vt dicit glo.in l.qui ſe debere.ff.de condi.ob cauſam.

**Exceptio doli quadruplex**

Exceptio doli eſt quadruplex. Vna quæ oritur tēpore contractus, vt ſi dolo induxiſti me ad promittēdum tibi decem. Secūda, quæ ſuccedit in locū non numeratæ pecuniæ. Tertia, quæ ſuccedit in locū pacti & iuriſiurādi. Quarta, quæ ſuccedit in locū facti, ſiue intentionis. Et eſt exceptio doli,exceptio eius,cui opponitur



tur perſonalis:vt contra doloſum tantummodo opponatur,& non contra alium non committentē dolum:ſed ex parte opponentis eſt in rem:vt eſt tex.in l.ij.§.j.eo.tit. Et in probando articulum doli duo debent deduci:videlicet dolum fuiſſe adhibitum in tali re ſibi petita. Et per ipſum actorem fuiſſe dolum cōmiſſum l.ij.§.j.verb.debet igitur. De exceptione metus hic repetere potes.id quod ß.quod me cau.traditum eſt.

## Qarum rerum actio non datur, & de exceptione iuriſiurandi.

Actio quādoq; à principio non naſcitur,vt in turpibus:vt j. de ver.obl.gñaliter.& l.ſeq. Qñq; naſcitur,ſed ineſſicax eſt:vt cū dolus vel metus interuenit:vt C.de inuti.ſtip.l.dolo. Qñq; efficax,ſed poſtea fit ineſſicax,vt per pactum vel ſimilē cām:vt ß.tit.j.& ij.iij.& iiij.non ergo de omnibus hic titulus dicit:ſed de quibuſdā & ordinatē. Exceptio aūt iuriſiurandi vicē rei iudicatæ obtinet,& non immerito:cū ipſemet aduerſariū ſuū iudicem de cauſa ſua fecerit,deferendo ei iuramētū.j.l.j.in prin. & ideo poſt iuſiurandū nihil aliud quæri debet,niſi iuratū fuerit.inſt.de act.§.item cū quis aduerſario. Exceptio enim iuriſiurandi licet actionem non tollat, eam tamen elidit .inſt.de excep.§.æquè,vbi plenè de hac exceptione.

## De litigioſis.

Supra de exceptionibus,inter quas exceptio quæ propter cōtractū ſup re litigioſa initiū cōpetit,ideo de ea. Eſt aūt litigioſa res mobilis,vel immobilis,vel ſe mouēs,de cuius dñio cā mouetur inter petitorē & poſſeſſorē:aut qui iudiciariā cōuētionē,aut per preces principi pblatas & iudici inſinuatas,ac per eū aduerſario interpellatoris cognitas:vt in Autē.de litig.in rubro. Nec requiritur litis conteſt.ad hoc,vt dicatur res litigioſa:ſed ſufficit reo dari bellū,& inſinuari petitionē ſecundū Azo. Pœna aūt ementis rē ligioſam hæc eſt iure veteri:quia ſi petat eā rē ab eo qui nouit litē, datur contra eū & hæredē eius exceptio:ſi tū emptor ſciebat litigiū cū emit per ſe:hodie verò & dāti & accipiēti alia imponitur pœna. Ille enim qui accipit emptionis vel donationis titulo,vel ex quolibet alio contractu rē ligioſam ſi quidē ſciebat eā litigioſam,non tātū cogitur rē redhibere,ſed etiā priuatur pretio,quod neceſſe habet dare fiſco. Nec enim incedit lucro alienātis: imo ipſe tātūdē de ſuo neceſſe habet fiſco

Universidad de Deusto Biblioteca



præſtare.Si aũt ille q accipit,ignorat ré litigioſam, redhibitio
quidé rei fit omnino,& ei pretiũ reſtituitur,vel ipſe ab eo libe-
ratur.Ité tertiã partẽ eiuſdẽ pretij recipere debet a venditore,q
decipit eũ:debuit enim ei manifeſtare ré in lité eſſe: & véditor
alias duas ptes neceſſe habet fiſco pręſtare. Et habebit locũ hęc
pœna etiam in donationibus:vt vere æſtimatione facta, cum
pretij datio non eſt, rem ad alium transferens mulctetur.Sunt
tamen caſus in quibus lex permittit reo alienare ré litigioſam
hoc eſt,titulo dotis,vel donationis ante nup.vel tranſactionis,
vel per diuiſionem rerum hæreditariarum,vel per legatum.C.
eod.l.vlt.Ius Auten.tamen corregit in legato. De iſta materia
per glo.in c.eccleſia.ij.vt lit.non conteſt.

### De actionibus, & obligationibus.

Obliga-tio ex cõtractu. Obligationes autem ex contractu naſcuntur,aut ex malefi-
cio,aut ex quaſi contractu, vel quaſi maleficio . Obligationes
ex contractu,aut re contrahuntur,aut verbis,aut conſenſu, aut
literis.Re contrahitur obligatio,veluti mutui datione.Verbis
obligatio contrahitur ex interrogatione , & reſponſione , cum
Ex maleficio. quid dari fieri ve ſtipulamur.Sed aut proprio nomine quiſque
obligatur , aut alieno.Qui alieno nomine obligatur ,Fideiuſſor
vocatur. Conſenſu fiunt obligationes in empt.& vend.loca.
conduc.ſocie.mandato.Ex maleficijs naſcuntur obligationes,
veluti ex furto,ex damno,rapina,iniuria,quæ omnia vni' ge
neris ſunt:nam hæc tantum ex re conſiſtunt,id eſt,ex ipſo ma-
leficio:cum alioqui ex contractu obligationes non tantum ré
conſiſtant,ſed & verbis,& conſenſu. Ex quaſi contractu auté,
& quaſi maleficio,quemadmodum obligationes contrahũtur,
Obliga-tio qd. in proprijs titulis inſtit.habẽt.Eſt autem Obligatio iuris vin-
culum,quo neceſſitate aſtringimur alicuius rei ſoluendæ gra-
tia ſecundum noſtræ ciuitatis iura: inſti.de oblig.circa princ.
Actio. Actio autem eſt ius proſequẽdi in iudicio quod alicui debetur:
inſti.de act.circa prin.Actionum genera duo ſunt:in rem quæ
dicitur Vendicatio:& in perſonam quæ Condictio appellatur.
Actio in rem. In rem actio eſt,per quam rem noſtrã,quæ ab alio poſſidetur,
petimus: & ſemper aduerſus eum qui in ré poſſidet:datur , vel
dolo fecit,quo minus poſſideret:inſti.de act.§.j. In perſonam
Perſonã actio eſt, qua cum eo agimus , qui obligatus eſt nobis ad facié-
dum aliquid,vel dandum.Et ſemper aduerſus eundem locum
ha-



habet,& aduerſus hæredem eius.§ eod.l.actionum.§.j.Omnes
actiones aut ciuiles ſunt,aut honorarię,id eſt,prætorię.Omnes Actionũ
actiones aut pœnales ſunt,aut rei pſecutoriæ .Omnes actiones diuiſio.
aut bonæ fidei ſunt,aut ſtricti iuris.Omnes actiones aut in ſim
plum,vel duplum,vel triplum,vel quadruplũ dantur:vltra nõ.
Omnes actiones aut ſunt cõſecutiuæ ſolidi,aut dantur in quãtũ
quis facere poteſt.Omnes actiones aut ſunt ppetuę,aut tẽpora-
les:quod pſequere,vt Inſt.de act.p totũ,& de perpe.&temp.act.

## LIBER XLV.

### Et VII. huius.

### De verborum obligationibus.

DE obligationibus in genere ſupra dictum eſt,nunc in ſpe
cie.Eſt aũt Verborũ obligatio,quę ex interrogatione prę Obliga-tio verborum.
cedente,& reſponſione ſequente cõtrahitur:cũ quid dari ,fieri
ve nobis ſtipulamur:quæ & Stipulatio dicta eſt,exinde quòd ſti
pulũ apud veteres firmũ appellabatur,forte à ſtipite deſcẽdens.
Stipulationũ quædã in dando,quædã in faciendo conſiſtũt.§.
eo.l.ſtipulationũ quædam.Stipulationũ aliæ iudiciales ſunt, Stipula-tionũ diuiſio.
aliæ prętoriæ,aliæ conuentionales,aliæ cõmunes tã prætoriæ
quàm iudiciales:de quo §.e.l.ſtipulationũ aliæ.& Inſt.in pprio
tit.Et debet eſſe continuus actus ſtipulantis & pmittẽtis:& cõ-
minus ſtipulanti reſpondere oportet:vt tamen aliquod momẽ
tum naturæ interueniri poſſit.Ex ſtipulatione duæ proficiſcun
tur actiones:tã cõdictio certi,ſi certa ſit ſtipulatio:quàm ex ſti
pulatu,ſi incerta ſit:Inſti.de verb.obl.poſt princ.Quando aũt Actio ex ſtipulatione.
dicatur certa,habẽtur §.eo.l.ſtipulationum quædam certæ Oĩs
ſtipulatio aut purè, aut in diem,aut ſub conditione ſit : quod
proſequere vt Inſti.de verb.obl.§.omnis.

### De duobus reis conſtituendis.

In ſtipulationibus de quibus . ꝰ . aliquando plures interue-
niunt:nam & ſtipulandi & promittendi duo,plures ve,rei fieri
poſſunt.Plures rei ſtipulandi ſunt,qui ab vno eandem rem in-
ſolidum ſtipulantur,& ipſe poſt omniũ interrogationẽ omni-
bus promittit:puta cum duobus ſeparatim ſtipulationibus ita
promiſſor reſpondeat,Vtrique veſtrum dare ſpondeo.Nam ſi
prius Titio ſpopõderit,deinde alio interrogante ſpõdeat:alia
atque

atque alia erit obligatio, nec credentur duo rei ſtipulandi eſſe: inſti.eo.poſt princ. Plures rei promittẽdi ſunt, qui eadẽ ſtipulatione eandem rem inſolidum promiſerũt: puta, Meuio decẽ aureos dare ſpondes? & Titio x. aureos dare ſpondes? ſi reſpondeã ſingulis ſeparatim, ſpondeo. Inſti.eo.§.duo. Et dicitur reus ſtipulãdi qui ſtipulatur, id eſt, interrogat, & obligationem ſibi acquirit. Qui verò promittit, reus promittendi habetur. ff.eo.l.j. & capitur hic reus à re, quæ in ſtipulationem deducitur, non à reatu: ſed alij à re, id eſt, reatu, alij à re, id eſt, contractu, alii à re, id eſt, firmitate, ideo, quia efficaciter ſtipulatur, & efficaciter tenetur, vt dicit glo. hic in l.j. & inſtit.eod.in princ. Sic Vergil. v. Aene. Voti reus extaq; falſos.

### De ſtipulatione ſeruorum.

Seruus ex perſona dñi ius habet ſtipulandi. Ideo quicquid ſtipulatur ſeruus acquirit dño viuenti, quomodocunq; ſtipuletur. Eo aũt, ſcilicet dño mortuo acquirit hæreditati iacẽti: quia iſta vicẽ perſonæ defuncti ſuſtinet: Inſti.eo.in princ. Sed ſtipulatio in qua ſeruus ſtipulatur factũ p ſe adimplendũ, hoc nõ acquirit dño. Seruus aũt cõis ſimpliciter ſtipulãdo acquirit vnicuiq; dño ſuũ, p rata portione dñij, quod vnuſquiſque in ipſo ſeruo habet: niſi iuſſu vnius, vel nominatim vni, vel talẽ rem, quæ vni tantum ex eis acquiri poteſt ſtipulatus fuerit. ff.e.l. ſeruus cõmunis.

## LIBER XLVI.

### Et VIII huius.

### De fideiuſſoribus & mandatoribus.

QVinq; ſunt modi intercedẽdi pro alio, ſeu ſpecies perſonarũ, quæ pro alijs fideiubent, ſcilicet Fideiuſſor, qui ante & poſt obligationẽ principalis fideiubere poteſt. Mãdator autem ante obligationem principalis tantũ. Niſi in vno caſu, vt cũ mãdo creditori, vt nõ vrgeat debitorẽ ſuũ ad ſoluendũ vſq; ad menſem periculo meo. §. ſi poſt. verſ. plane. l. ſi. verò nõ remunerãdi. ff. mand. Conſtitutor poſt obligationẽ cõtractã tãtũ. Et differt à fideiuſſore in tribus. Primo, quia conſtitutor nudo pacto obligat: Inſtit. de act. § de pecunia. Sed fideiuſſor ſolũ p ſtipulationẽ. l. blãditus. C.e. Itẽ conſtitutor poteſt obligari in alia re quàm principalis: item citeriori die. ſed fideiuſſor.

Per



ſor non ſecundũ gl. in d. §. ſi poſt. Sponſor verò eſt, qui ſponte & ſine rogamine intercedit pro alio, præſente principali debitore qui ſponſor etiã habet actionẽ mandati. l. qui patitur. ff. mand. Expromiſſor eſt, qui promittit p alio nõ obligatio: vel non ſolũ fideiubet, ſed etiã in totũ liberat eũ: vt cũ promittitur dño, vt ſeruũ ſuũ manumittat, l. elegãternus pactionis. ff. de dolo. An aũt omnes iſti habeãt beneficiũ diuiſionis, dicit gl. quod ſic, in l. in perſonã. §. j. ff. de pact. Excepto Expromiſſore, & Fideiuſſore, qũ ſe obligat vt principalis, & vt fideiuſſor. Et habẽt etiã illi aliud beneficiũ de fideiuſſoribus, ſcilicet vt prius cõueniatur principalis, quã fideiuſſor, iuxta Autẽ. præſente. C.e. Exceptis iſtis duobus vltimis, hoc dicit gl. in d. l. in perſonã. §. j. ff. de pact. & gl. in. d. §. ſi poſt. & pro gl. in Autẽ. de fideiuſ. §. J. coll. j. In omnibus aũt obligationibus poſſunt aſſumi fideiuſſores. Et appellãtur ideo Fideiuſſores, quia fide ſua iubẽt alijs credi. Solet enim Creditores pro eo qui pmittit ideo fideiuſſorẽ accipere, vt melius ſit ſibi cautũ: Inſt. e. in prin. Ideo enim pręſtãtur fideiuſſores: vt id quod à debitore cõſequi nõ poſſit, cõſequatur & exigat à fideiuſſore. Inſt de repli. §. ſi. facit l. Titius. ff. ad Treb. Fideiuſſores.

### De nouationibus & delegationibus.

De obligationibus qualiter cõtrahantur diximus, & earũ acceſſorijs: nunc qualiter tollantur, & primò per nouationem. Et licet nouatio fiat per delegationem, vt ff. eo. delegare. Iuriſconſultus tamen potuit genus, & ſpeciem: quia maxime tractat de ea nouatione quæ fit per delegatiouem. ſic C. de ſer. & aqua. in rub. Nouatio autem eſt prioris debiti in aliam obligationem, vel ciuilem & naturalem, vel naturalem tantũ transfuſio, atque trãſlatio: hoc eſt, cùm ex præcedenti cã ita noua conſtituatur, vt prior perimatur. Nouatio enim à nouo nomẽ accepit, & à noua obligatiõe. ff. e. l. j. Et omnes res quæ poſſunt ſubijci dño noſtro poſſunt tranſire in nouationẽ: dũmodo ſciamus nouationẽ ita demũ fieri, ſi hoc agatur vt nouetur obligatio. Si verò hoc nõ agatur, duæ erũt obligationes. ff. eo. l. ij. Et generaliter fit nouatio interuentu nouæ pſonę liberæ. Et licet forte ſecũda obligatio nõ ſit efficax, vt quia facta cũ pupillo ſine tutoris autoritate nihilominus tollitur prima iure nouationis. §. præterea inſt. q. mo. tol. ob. Hodie autem non fit nouatio, niſi expreſſe dicatur inter partes: Inſtitu. quib. mod. ob. tol. §. ſed cum & C. eod. l. fin. nouatio

Universidad de Deusto Biblioteca



Delegare autem eſt vice ſua alium dare reum creditori, vel cui creditor iuſſerit. Fit autem delegatio vel per ſtipulationem, vel per litis conteſtationem. ∫. eo. l. delegare.

Delegatio.

## De ſolutionibus & liberationibus,

Solutio. Liberatio.

De nouationibus quæ equiualent ſolutionibus dixit õ. tit. ∫. l. ſi ré. in fi. Nűc generaliter de ſolutionibus. Et eſt Solutio rerũ & ita in facto. Liberatio eſt obligationũ, & ita iure tátũ. Largiſſime tñ ponitur ſolutio aliàs ꝑ qualibet liberatione ∫. e. l. ſolutionis. Et ſingulos caſus in hoc tit. & C. e. inuenire magis eſt laborioſum, quàm ſubtile: vt dicit gl. hic ſuper rubro Solutione aũt eius quod debetur tollitur oĩs obligatio, ſiue principalis, ſiue acceſſoria: ſiue fiat ſolutio à principali debitore, ſiue ab alio, etiam inuito debitore: Inſt. qui mod. toll. ob. in princ. Fallit in quatuor caſibus. Primus eſt, in creditore, vel debitore pupilli: q cũ fuit datus tutor tacuit ſe debitoré vel creditoré Nã ſi eſt creditor, perdit creditũ: ſi eſt debitor, non liberatur ſoluendo, ſi ſoluit dũ adminiſtrat. Nã ipſi non poſſunt eſſe tutores: quia veriſimile eſt, quód libros radẽt, vel lacerabunt rationé: vt in Auten. minoris. C. qui da. tu. Secundo ſi iure ſoluta deficis aliquod ius vt ſi ſoluit ré quæ prius alteri erat obligata. l. ſi ré meã. ∫. e. Vel ſi ſoluitur, & de euictione nó cauetur l. Iul §. qui fundũ. õ. de verb. ob. Vel qũ res promiſſa redditur in deteriori ſtatu, quã fuerit tẽpore promiſſionis. ar. l. iij. §. ſi reddita. õ. cõmo. Et ſic ſolutione eius quod debetur, ſcilicet legitimè & perfectè facta tollitur obligatio. Secus ſi imperfectè, vel illegitimé lege prohibẽte: vel ratione iuris deficientis in re. Ita intelligitur glo. mag. inſt. qui mod. tol. ob. circa prin.

Quibus caſibus ſolutio nõ liberat.

## De acceptilationibus.

De naturali libertate ſupra dixit, nűc de ciuili: nam per acceptilationem tollitur obligatio, & ſic æquiparatur ſolutioni. Sed differunt, quia Solutio eſt vera, & realis, quando interuenit: ſed Acceptilatio ficta, & imaginaria: nec requiritur pecunia numerata in acceptilatione: & ideo non poteſt opponi exceptio non numeratæ pecuniæ. Si poteſt opponi inſtrumento chirographario. l. ſi acceptilatio §. inter. ∫. Niſi probaretur per acceptoferẽtem, quòd ſpe futuræ numerationis liberauerit, vt dicit Ange. d. §. inter. Eſt autem Acceptilatio, liberatio per mutuam interrogationem, qua vtriuſq; cõtingit ab eodem

Acceptilatio.



dẽ nexu abſolutio. l. j. ∫. eod. Et eſt imaginaria ſolutio. Quod enim ex verborũ obligatione Titio debetur: id ſi velit Titi⁹ remittere poterit ſic fierit: vt patiatur hæc verba debitoré dicere: Quod ego promiſi, habes ne acceptũ? & Titius reſpondeat, Habeo, acceptũq; fero. Solæ aũt verborũ obligationes acceptilatione tollũtur, & non aliæ, niſi in ſtipulationé deducãtur. Eſt enĩ prodita ſtipulatio quæ vulgo Aquiliana appellatur: per quã ſtipulationé contingit omniũ rerũ obligatio in ſtipulatũ deduci, & eã per acceptilationé tolli. Stipulatio enim Aquiliana renouat omnes obligationes: & à Gallo Aquilio ita compoſita eſt §. eſt autem. inſt. quib. mod. tot. oblig.

Aqliana ſtipulatio.

## De prætorijs ſtipulationibus.

Pretorium ſtipulationũ tres videtur eſſe ſpés. Iudiciales, cautionales, & communes. Iudiciales eas dicimus, quæ propter iudiciũ interponũtur, vt ratũ fiat: vt iudicatũ ſolui ex operis noui nuntiatione. Cautionales ſunt, quæ inſtar actionis habent, & vt fiat nouatio intercedũt: vt de legato ſtipulatio, & de tutela: & ratã ré haberi, & & dãni infecti. Communes ſunt ſtipulationes, quæ fiũt iudicio ſiſtẽdi cauſa. Et omnes ſtipulationes natura ſui ſunt cautionales: hoc enim additur in ſtipulationibus, vt quis cautior ſit, & ſecurior, interpoſita ſtipulatione. Stipulationũ prætoriarũ quædã ſunt quæ ſatiſdationé exigũt: quædã nudã repromiſſioné, quales perpaucæ ſunt. ∫. e. l. j. §. ſtipulationũ iſtarũ. Et dicũtur Prætoriæ, quia à mero prætoris officio proficiſcuntur. inſtitu. de diuiſ. ſtipul. §. prætoriæ.

Stipulatio iudicialis.

Cautionalis.

Cõis.

Prætoriæ.

## Rem pupilli ſaluam fore, vel adoleſcentis.

Iſta ſpecies eſt prætoriarum ſtipulationũ. Et cauetur hac ſtipulatione pupillo per ſatiſdationem. Et tenetur hac ſtipulatione tam is, qui tutor eſt, quàm qui pro tutore negotia geſſit, vel gerit, vel fideiuſſore eorum. ∫. l. iiij §. illud. Et committitur hæc ſtipulatio tunc demũ finita tutela. Et generaliter continuatur hæc materia cum ea. õ. de admini. tut.

## Iudicatum ſolui.

Aliam ſpeciem prætoriæ ſtipulationis ponit: & ſit hæc ante litis conteſtat. vt. õ. qui ſatiſ. cog. l. de die. §. ſi ſeruus. Et olim à quocunq; ſuo vel alieno nomine conuento reali vel perſonali act. præſtabatur. Sed hodie non præſtatur ab eo, qui ſuo nomine conuenitur: vt Inſtitut. de ſatiſda. in princ. & §. ſed hodie.

Defenſor autem rei præſtat,etiam ſi habeat mandatum:vt C. de ſatiſda.l.j.in fi.& ſi dominus eſt præſens,fideiubet pro procuratore ſuo: inſti.de ſatiſda.§.ſi aliquis.Si abſens eſt ipſe procurator inuenit fideiuſſores.J.eo.l.ſi ad defendendum. Et continet hæc ſatiſdatio tres clauſulas.Primo de defendendo: Secũdo de dolo,quod abſit. Tertio quod iudicatũ ſoluere promittat,vt dicit glo.inſtit.de ſatiſ.§.j.in verb.ſatiſdationem. Et ab iſta vltima macula denominatur tota iſta ſatiſdatio:vt nomẽ ſic conſequens rei inſti.de don.§.eſt & aliud.

## Rem ratam haberi, & de ratihabitione.

Duæ ſunt partes huius rubr.vt patet per exempla J.eod.Vna rem ratam haberi, id eſt,quomodo,& quando quis promittit rem ratam haberi,ſecundum In.Alia de ratihabitatione.Et traditur hic vna regula, quod procurator actoris debet cauere de rato, id eſt, rem ratam dominum habiturum, ſi dubitatur de eius mandato.l.j.C.de procu.& in l.non ſolum.§.alieno.eod.tit.ff.Circa quod ponuntur tres caſus: quia ſi conſtat eum habere mandatum,non cauet de rato. Aut conſtat eum non habere,& tunc non admittitur etiam cum cautione rati: niſi ſit coniuncta perſona,vel valde amicus.l.ſed & hæ.in prin.ff.de procur.& tunc cum cautione rati.l.Pomponius.in fi.e.titulo.vel properanti perire:id eſt,pro eo contra quẽ lata eſt ſententia mortis.Nam quilibet admittitur,etiam ſine mandato,ad defendendum eum,eo etiam inuito.l.non tantũ.J.de appel.vel pro recuperanda poſſeſsione abſentis,& ſpoliati.l.j.C.ſi per vim vel alio modo ſecũdum Bar.in d.§.ſi alieno. Si autem dubitatur de mandato,& dicitur dubium negatione:vt voluit gl.in l.j.C.de his qui ab li.procl.vel quando procurator docet de ſuo mandato per vnum teſtem:vel producit mandatum contra quod opponitur,vel producit literas cum ſigillo iuxta l.ſi procuratorem.ff.de procura.tunc ad ſupplementum admittitur cum cautione de rato:quod verum eſt in procuratore ſimplici,ſed in procuratore in rem ſuam non admittitur,niſi plene doceat de mãdato.l.non ſolũ.§.qui alieno ff.de procu.vbi Bar.& Bal.& glo.in verb.habiturum.in §.ſint autem.Inſti.de ſatiſd.& gl.in c.j.de procu.De retihabitione autẽ habetur in regula,ratihabitione.& regula,ratum.de regu.in.li.vj.





# LIBER XLVII.

## Et ix huius.

## De priuatis delictis.

CVm ſit expoſitũ ſuperiorib⁹ libris de obligationb⁹ ex cõtractu,vel quaſi:ſeqtur de obligationibus ex delicto. Oẽ aũt delictũ aut publicũ eſt, aut priuatũ:id eſt, poſtremũ eſt,quo ad intereſſe noſtrũ priuatim agimus,nobiſq; aliqd dari aut applicari debere pro delicto in nos cõmiſſo petim⁹.Et naſcitur iſta obligatio ex re ipſa,id eſt,ex maleficio,veluti ex furto,rapina,dãno,iniuria,quæ ſingula qualia ſunt ſuis locis deſpiciemus.Et circa iſta delicta tradũtur certæ regulæ.Vna, qđ ĩ oĩbus actionibus q̃ ex delicto oriũtur,ſiue ciuiles ſint, vt actio legis aqliæ,& furti non manifeſti,ſiue honorariæ,id eſt, prætoriæ:vt actio vi bo.rap.& actio furti manifeſti:hoc placet, vt noxa caput ſequatur.J.l.j.in fi.& inſt.de noxa.§.ſunt aũt.Sec̃a regula:Nũquã plura delicta concurrẽtia,etiã in eũdẽ hominẽ,et eandẽ rẽ:ex diuerſis tñ factis, faciũt vt vlli⁹ impunitas detur. Neq; enim delictũ ob aliud delictũ minuit pœnã.J.l.ij.in prin.cuius regulæ octo exempla ibi ſecundũ ordinẽ ponũtur. Tertia regula:Quicunq; actionem pro priuato delicto intẽdi ciuiliter id eſt, pro intereſſe ſuos non tenetur ſe ſubſcribere, ſi ordinario iure vtitur:ſi extra ordinem eius rei pœnam exercere velit, id eſt, accuſationem vt pœna imponatur: & ſic ad vindictam tunc ſubſcribere eum crimen oportebit.l.fin.J cod.de ſubſcriptione autem intelligo vt J.de accu.l.libellorum.

Delictũ Priuatũ.

Regulæ circa delicta.

## De furtis.

Furtum à furuo,quod eſt nigrum dictum Labeo ait:eò quòd clàm, & obſcurè fiat, & plerunque nocte:vel à fraude, vt Sabinus ait:vel à ferendo,id eſt,auferendo, ſibi enim affert & alijs aufert:vel à Græco ſermone ἀπὸ τοῦ φέρειν Greci enim à ferendo φῶρας dixerunt fures.Eſt aũt Furtum contrectatio rei alienæ inuito domino fraudoloſa,lucri faciendi gratia:vel ipſius rei, vel etiam vſus eius, vel poſſeſsionis ſuæ: quod lege naturali,id eſt,diuina,prohibitũ eſt admittere.J.eo.l.j.in fi.& inſtit.de ob.quæ ex ma.§.furtum. Furtorum genera duo ſunt: Manifeſtum,& Nec manifeſtum:fur manifeſtus quem Græci, συμφῶρα appellãt:hoc eſt eũ,qui deprehẽditur cũ furto:& parui refert à quo deprehendatur,vtrũ ab eo,cuius res fuit, an ab

Fur.

Furtum manifeſtum.

Nec manifeſtū.

alio. Nec manifeſtum furtum, quid ſit apparet: nam quod manifeſtum non eſt, hoc ſine dubio nec manifeſtū eſt. j. eod. l. nec manifeſtum. Ad hocc autem quod detur actio furti, iſta requiruntur, quæ his verſibus continentur. Verſus: Actio non dabitur niſi mobile, fraude alienum Aſportet domino inuito, ſur lucra ſecutus: vt patet ex diſtinctione ß. poſita.

## De tigno iniuncto.

De furto in genere dixit: Sed quia immittere tignum alienum ſuis domibus, eſt ſpecies furti, ideo de hoc lex xij. tab. neque ſoluere permittit tignum furtiuum ædibus, vel vineis iniunctum, neq; vendicare. Et prouidenter quidē in hoc lex effecit, ne vel ædificia ſub hoc prætextu diruantur, vel vinearū culturæ turbentur. Sed in eum qui conuictus eſt iniunxiſſe in duplū dat actionē: vt ß. de acq. rer. do. l. cū in ſuo & Inſti. de rer. diui. §. cum in ſuo. Tigni appellatione continetur omnis materia ex qua ædificiū conſtat, vineæq; neceſſaria. Vnde & regulā, & lapidē, & teſtā, cæteraq; ſi qui ædificijs ſunt vtilia, tignū appellant, Tigna enim à tegendo dicta ſunt. j. de verb. ſig. l. tign. & ß. ad exhib. gēma. §. tigni. imo. & calx, & arena, tigni appellatiōe continentur. Et omnia neceſſaria in vineis, puta perticæ, quæ ponuntur in locū, vt vites ſuſtententur. & pedamenta, quæ figuntur in terram. j. eo. l. j. §. hoc amplius.

Tignū.

## Si quis teſtamēto liber eſſe iuſſus fuerit: & poſt mortē domini ante aditā hæreditatē ſurripuiſſe, aut corripuiſſe aqui dicatur.

Seru⁹ faciēs furtū hær.

Supra de furtis in genere, à quacunque perſona perpetratis, habuimus: & in quacunq; re mobili, & poſtea de quodam ſpeciali furto tigni iniuncti: ſequitur videre modo de quodam alio. Et nota, quod iſta rubrica ſecundum glo. noſtram non ponitur materialiter, ſed ſignificatiuè: & ponit verba edicti prætoris habētia plenū, intellectū, vel ponit caſum totius tituli. Vnde quod ſequitur in nigro, eſt cōmentario rubricæ. Pœna delinquētis contra hunc titulum, eſt intra annū vtile in duplum: & de hoc etiā ß. de man. teſt. l. Titia. §. penul. Et habet hæc actio in factum naturalem potius, quam ciuilem in ſe æquitatem. Si quidem ciuilis deficit actio. Sed natura æquum eſt non eſſe impunitum eum, qui hac ſpe audacior factus eſt: quia neque vt ſeruum ſe coërceri poſſe intelligit, ſpe eminentis libertatis: neque



que vt liberū damnati, quia hæreditati furtum fecit. j. e. l. j. §. j.

## Furti aduerſus nautas, cauponas, & ſtabularios.

Differentiam inter hunc tit. & ß. nau. caup. ſtab. notauimus ibi. In eos igitur qui naues, cauponas, ſtabula, exercebunt: ſi quid à quoquam eorum, quos, quasve ibi habebunt, furtum factum eſſe dicetur, iudicium datur: ſiue furtum opere & conſilio exercitoris factum ſit, ſiue eorum culpa, qui in ea naui nauigandi cauſa eſſent. Nauigandi autem cauſa accipere debemus eos, qui adhibentur vt nauis nauiget, hoc eſt, nautas. Et in duplum actio eſt: cùm enim in caupona, vel naui, res perierit, ex edicto prætoris obligatur exercitor nauis, vel caupo: ita vt in poteſtate ſit eius, cuius res ſurrepta eſt, vtrum malit cum exercitore honorario iure, an cum fure iure ciuili experiri. Et ratio huius edicti eſt, quia aliquatenus culpæ reus eſt, qui opera malorum hominum vteretur: ideo quaſi ex maleficio teneri videtur: *Inſtit.* de oblig. ex quaſi male. §. fi. & j. eod. l. j. §. penul.

## Si familia furtum feciſſe dicatur.

Vtiliſſimum id edictū prætor propoſuit, quo dominis proſpiceret aduerſus maleficia ſeruorum: videlicet, ne cùm plures furtum admittunt, euertāt domini patrimonium ſi omnes noxæ dedere, aut pro ſingulis æſtimationem litis offerre cogatur, Datur igitur arbitrium hoc edicto, vt ſi quidem velit addicere noxios ſeruos, poſsit omnes dedere qui participauerunt furtū. Enimuero ſi maluerit æſtimationem offerre, tantum offerrat, quantum ſi vnus liber homo furtum feciſſet, & retineat familiam ſuam. Hæc autem facultas datur domino, cùm eo ignorante furtum factum eſt. Sed ſi ſciente eo, nō datur ei hæc facultas. Is autem intelligitur ſcire, qui ſcit, & potuit prohibere.

## Arborum furtim cæſarum.

Si furtim arbores cæſæ ſint, datur actio ex lege Aquilia, & ex lege xij. tabu. ſed iudex in poſteriorem deducat id, quod ex prima conſecutus ſit: & ex reliquo condemnet eum. Et omnes quia arbores, & maximè qui vites ceciderint ſi criminaliter cōueniantur etiam tanquam latrones puniri debent. j. cod. l. iij. Et appellatione Arboris continetur vitis, hederæ, harundines, & ſalictum. Cædere, eſt non ſolum ſuccidere, ſed etiam ferire cædendi cauſa. Cingere, eſt deglabrare: Subſecrare, eſt ſubſecuiſſe. Huius actionis eadem cauſa eſt, quæ eſt legis Aquiliæ. j.

Arboris appellatio.
Cędere.
Cingere
Subſecare.

Universidad de Deusto
Biblioteca



ęod.l.cedere. Et dicuntur arbores furtim cæſæ,quæ ignorant domino,celandíque eius cauſa ceduntur.

## Vi bonorum raptorum.

Iſta eſt ſecũda obligatio ex maleficio,vel ex delicto priuato. Qui enim res alienas rapit,tenetur quidẽ etiã furti:quis enim magis alienã rẽ inuito domino contrectat,quàm qui vi rapit? Ideo rectè dictũ eſt,eũ improbũ furẽ eſſe. Sed tñ propriã actionẽ eius delicti ꝑtor introduxit,quę appellatur Vi bonorũ raptorũ. Et eſt intra annũ quadrupli,poſt annũ verò ſimpli. Et licet in plurali loquatur,tñ etiã qui vnã rẽ,licet minimã rapuit,eatenetur:Inſt.e.in prin.& ff.l.ij.vbi ponuntur verba huius edicti. Differt aũt Raptor à Fure ſolo animo:vt ſi erat animus ei palã & per vim auferendi,licet ibi neminem inueniat,tñ eſt raptor. l.iiij.ff.de vi pri. Sed Fur eſt,qui habet animum vt faciat clam, licet interdum deprehendatur,ex qua deprehenſione efficitur manifeſtus:arg.ex etymologia vocabuli.ff.de fur.l.j.ibi furuo, id eſt,nigro.

Raptor.

Fur.

## De incendio ruina, naufragio, naue ex pugnata.

Huius edicti vtilitas euidẽs eſt,& iuſtiſsima ſeueritas:Si quidem publice intereſt,nihil rapi ex huiuſmodi caſibus. Et quanquàm ſint de his facinoribus etiam criminũ executiones:attamen rectè prætor fecerit,qui forenſes quoq; actiones criminibus iſtis ꝓpoſuit. Verba edicti hæc ſunt:*In eum qui ex incendio ruina,naufragio,rate,nauéq; expugnata quid rapuiſſe,recepiſſe dolo malo,dãni ve quid in his rebus dediſſe dicetur:in quadruplũ in anno,quo primũ de ea re experiũdi poteſtas fuerit: poſt annũ in ſimplũ iudiciũ dabo. Itẽ in ſeruũ & familiã noxale iudiciũ dabo.* Ex incẽdio rapi dicitur,quod propter incendiũ, hoc eſt,propter tumultũ incẽdij,vel propter trepidationẽ incẽdij rapitur:quẽadmodũ ſolemus dicere in bello amiſſum,quod propter cauſam belli amittitur. Ruinæ appellatio refertor ad id tẽpus,quo ruina fit:non tantũ ſi ex his quæ fuerunt quis,ſed etiã ſi ex adiacentibus.ff.l.j.§.item ruinæ. Ex naufragio rapere dicitur nõ ſolũ,ſi quis eo tempore tulerit quo naufragiũ fit,ſed etiã ſi alio tempore tulerit,hoc eſt,etiã poſt naufragium. Nanq; res ex naufragio etiam hæ eſſe dicuntur, quæ in litore poſt naufragiũ iacẽt. Expugnare nauẽ videtur,qui in ipſo quaſi prælio

Rapere ex incendio.

Ruina.

Naufragio.

Expugnare nauem.





& pugna aduerſus nauem & ratem aliquid rapit:ſiue ipſe expugnet,ſiue prædonibus expugnantibus rapiat. Expugnatur nauis,cùm ſpoliatur,aut mergitur,aut diſſoluitur,aut pertũditur id eſt,perforatur,aut funes eius perſcinduntur,aut vela conſcinduntur,aut anchoræ inuoluantur,id eſt,ſubtrahãtur de mari.

## De iniurijs, & famoſis libellis.

Iniuria ex eo dictr,quòd non iure fiat:omne enim quod non iure fit,generaliter iniuria fieri dicitur. Specialiter autem Iniuria dicitur contumelia,& ſic accipitur hoc titulo. Interdũ autem iniuriæ appellatione damnum culpa datũ ſignificatur: vt in lege Aquilia dicere ſolemus.ff.ad legẽ aquil.l.ſed & ſi quæcunq;.§.j. Interdum iniquitatẽ iniuriã dicimus:nam cum quis iniquè vel iniuſtè ſentẽtiam dixit,ex eo iniuriã facere dicitur quod iura & iuſtitia caret,quaſi non iuriam. Contumeliã autem à contemnendo dicimus. Iniuria aut re,aut verbis fit. Re, quoties manus inferuntur:verbis autẽ,quoties nõ inferũtur,vt cùm conuicium fit.ff.eo.l.item apud Labeonem.§.conuicium. Dicitur etiam iniuria fieri literis,vt per libellum vel carmẽ famoſum. Nam ſi quis librum ad infamiã alicuius pertinentẽ ſcripſerit,cõpoſuerit,ediderit,dolo ve malo fecerit quo quid eorũ fieret,etiam ſi alterius noĩe ediderit,vel ſine nomine:voluit ſenatus,vti de ea re agere liceret illi,ad cuius iniuriã factus eſt. Et ſi condemnatus ſit qui id fecit,inteſtabilis ex lege eſſe iubetur. l.lex Cornelia.§.ſi quis librum.ff.eo. Poteſt etiam talis criminaliter accuſari,& imponitur pœna capitalis.C.de famo.lib.l.j.

Contumelia.

Libellus famoſus

## De extra ordinarijs criminis.

Supra de priuatis & nominatis,nunc de innominatis ſecundum Azo. Vel ſic ſecundum Rogu.de priuatis delictis,ex quibus etiam ciuiles naſcuntur actiones,poſuimus ſupra, dicturi infra de his criminibus,ex quibus ſolæ criminales oriuntur actiones,& publicæ ordinariamq; pœnam irrogantes: prætermittimus de his criminibus,ex quibus ſunt execationes criminales & extraordinariæ. Sollicitatores itaque alienarum nuptiarum:itemque matrimoniorum interpellatores,& ſi effectu ſceleris potiri non poſſunt,propter voluntatem tamen pernicioſę libidinis extra ordinem puniuntur. Item ſi quis contra bonos mores iniuriam faciat,vt ſi fimo corrupto aliquem perfuderit cœno,luto oblinierit:aquas ſpurcauerit,fiſtulas,lacus,aut quid

Crimina extra ordinaria.

Universidad de Deusto Biblioteca

aliud ad iniuriam publicā cōtaminauerit, in quos grauiter animaduerti ſolet. l. j. in prin. ff. eo. Sunt & alij multi caſus, quibus iudex ob cōmiſſum crimē pœnam extraordinariam id eſt, pro qualitate criminis, iuxta motum animi ſui imponit. Et dicitur Extra ordinem imponere pœnam: quia nō eſt ordinaria, & ſtatuta pœna in iure pro his: ſed iudex ex bono & æquo arbitrabitur quid facto opus ſit. ff. l. ſaecularij. §. ſunt quædam.

Sepulcrū violatum.
Statua.

## De ſepulchro violatos.

Sepulchri violati actio infamiam irrogat facta ex ea cōdēnatione. Si igitur ſepulchra quis diruat ſine iudicis autoritate, ceſſat aquilia: erit tamen agendum Quod vi aut clam, & ſic ad opus reſtituendum. Et idem de ſtatua quæ de monumēto euulſa eſt. Verba edicti hæc ſunt: Cuius dolo malo ſepulchrum violatum eſſe dicetur: in eum in factum iudiciū dabo: vt ei ad quē pertineat. quāti ob eā rē æquum eſſe videbitur, cōdēnetur. Si nemo erit ad quem pertineat, ſiue agere nollet, quicunq; agere vollet, ei centū aureorū actionē dabo. Si plures agere volet, ei centū aureorū actionem dabo Si plures agere volent, cuius iuſtiſsima cauſa eſſe videbitur, ei agendi poteſtatē faciā. Si quis in ſepulcro violo dolo malo habitauerit: ædificium ve aliud, quā quod ſepulchri cauſa factum ſit, habuerit: in eū ſi quis agere eo nomine volet, ducētorū aureorū iudiciū dabo. Sepulchri appellatione omnis locus ſepulturæ cōtinetur. l. iij. §. prima verba. Et ſit cōdēnatio in hac actione quatenus intereſt, ſcilicet ex iniuria quæ facta eſt. Itē ex lucro eius qui violauit, vel ex dāno quod cōtigerit: vel ex temeritate eius, qui fecit. Nūquā tā minoris debēt cōdēnari, quā ſolēt extraneo agēte: quod eſt cērū aureorū cōtra violantem: item cc. cōtra habitantem. l. iij. §. qui de ſepulcri.

Sepulcri appell.

## De concuſsionibus.

Concuſsionis iudicium, publicum nō eſt regulariter. Si autē qs pecuniā acceperit, quòd crimē minatus ſit, poteſt publicū iudiciū eſſe ex Senatuſcōſultis, q bus pœna legis Corneliæ teneri iubent, q in accuſationē innocētiū coierint: vel q ob accuſandū vel nō accuſandū, denūtiādū vel nō denūtiādū teſtimoniū, pecuniā acceperint. l. ij. ff. e. Eſt ergo priuatū crimē, vt tātū ille, qui paſſus eſt cōcuſsionē, poſsit etiā criminaliter accuſare. Et dicit Cōcuſsionis crimē, cū alicui terror incutitur alicuius mali futuri: puta ſi miniſter præſidis dixit, quòd præſidis iuſſu debebat aliquem capere: & nō dixit verū, ſed propter hūc timorem aliquid fuiſ

Concuſſionis crimen.



ſuit ei datū: vt faciūt nūc miniſtri ciuitatū ſæpe, ſed m' gl. in l. j. ff. eo. Tales tenēt hoc crimine, vt hic: itē crimine falſi, vt ff. e. l. ij. & ff. de fa. l. j. §. j. & lege Iulia rep. ff. ad le. Iu. rep. l. eadē. Itē lege Rhemia, ſi accepit vt non accuſaret. ff. ad Tur. l. j. in prin. Item edicto de calūniatoribus. ff. de calum. l. j. §. j. ita dicit gloſ. ſi. ff. l. ij.

Cōcuſſionis pœnæ.

## De abigeis.

Abigei cum duriſsimè puniuntur, ad gladium dānari ſolent Puniuntur autem duriſsimè non vbiq;, ſed vbi, frequentius eſt id genus maleficij. Alioquin & in opus nonnunquam temporarium dantur. Abigei autem propriè hi habētur, qui pecora ex paſcuis, vel armentis ſubtrahunt, & quodam modo deprædantur, & abigendi ſtudium quaſi artem exercēt, equos de armentis vel oues de gregibus abducentes. Et dicuntur Abigei, ab abigēdo: abigūt enim & adducūt pecora. Sed ſi minus quā decē oues, aut quatuor vel quinq; porci abducti, & abacti ſunt, nō Abigeato, ſed Furtū eſt l. ſi. ff. e. niſi vt artē hoc exerceant: puta ſæpe vnum, vel alterum pecus ſurripuerit. ff. l. ſi. §. qui ſæpius.

## De præuaricationibus.

Præuaricator eſt, quaſi varicator, qui diuerſam partem adiuuat, prodita cauſa ſua: quod nomen Labeo à varia certatione tractum ait. Nam qui præuaricatur ex vtraq; parte conſiſtit: quin imo ex altera potius, quia præualet animus. Is autem Præuaricator proprie dicitur, qui publico iudicio accuſauerit, fictitie admittendo falſas defenſiones, & bonas probationes diſsimulando. ff. ad Turp. l. j. § præuaricationem. Cæterum aduocatus non propriè præuaricator dicitur, & ideo extra ordinē ſolet puniri, ſiue publico, ſiue priuato iudicio præuaricatus ſit aut cauſam prodiderit. C. de aduo. diuer. iudi. l. j. & ff. l. j. in fin. Hodie autē his, qui præuaricati ſunt propria vel abuſiua præuaricatione pœna iniūgitur extraordinaria. ff. l. ij. & infamia: vt ff. l. ſi is.

## De receptatoribus.

Receptatorum peſsimum genus eſt, ſine quibus latere nemo diu poſſet. Ideo præcipitur, vt perinde puniatur ſicut latrones: imo decem annis à ſua terra debent exulare, licet receptus aliter erat puniendus. ff. de abig. l. ſi. in fin. In pari etiam cauſa habendi ſunt, qui cum apprehēdere latrones poſſent, pecunia accepta, vel parte ſurreptorum, dimiſerint. l. j. in fin. ff. eo. Ratione autem ſanguinis & cognationis mitius agitur cum receptato-

Universidad de Deusto Biblioteca

ribus,cui neq; abſoluendi neq; ſeuerè admodũ puniendi ſunt. Non enim par eſt eorum delictum, & eorum qui nihil ad ſe pertinentes latrones recipiunt.§.l.fi.

## De furibus balnearijs.

Fures balnearij dicuntur,qui in balneis furãtur:tales extra ordinẽ audiẽdi ſunt, & cauſa cognita puniẽdi:dũmodo ſciam' in pœnã eorum operis publici tẽporarij modũ non egrediendũ. Idẽ eſt in nocturnis furibus. Sed ſi telo ſe fures defendũ,vel effractores,vel cæteri his ſimiles,nec quẽquã percuſſerint,metalli pœna: vel honeſtiores relegationis pœna efficiẽdi erũt.§.l.j. in fi. Sed ſi interdiu,id eſt,diurno tẽpore furtũ fecerint , ad ius ordinariũ remittẽdi ſunt : vt ciuiliter contra eos agatur in duplũ,vel quadruplũ,vt ſ.de pœna delic. in fi. quia mitius talis punitur,quam nocturnus. Sic & aliàs eſt inter eos differentia.ſ.ad legem aquil.l.itaq;.et §.de fica.l.furẽ. Miles aũt ſi in balneario furto deprehenditur,remittitur à militia ignominioſe.§ l.fi.

## De effractoribus, & expilatoribus,

Effractores carcerum.

De his qui carcere effracto euaſerũt , ſumẽdũ ſuppliciũ diui fratres reſcripſerũt:hi etiã qui de calcere eruperũt,id eſt,qui fugerũ erupto carcere. Siue effractis foribus,id eſt , oſtijs domus, vbi erãt in captiuitate. Siue conſpiratione cũ cæteris , qui in eadẽ cuſtodia erãt,cupite puniẽdi ſunt . Sed ſi per negligentiam cuſtodum euaſerunt,mitius puniendi.

Expilatores.

Expilatores hæreditatũ,qui ſunt atrociores quã fures,in opus publicũ vel perpetuũ, vel tẽporaliũ dari ſolẽt:honeſtioribus aũt nulla ſpecialis pœna impoſita eſt. Id circo cauſa cognita liberũ erit arbitrium iudici ſtatuẽdi. Simili modo & Saccularij,qui vetitas in ſacculis artes exercentes,partẽ ſubducũt,partẽ ſubtrahũt.ſ.de extraord.cri. l.ſaccularij.

De tractarii, vel Directarij.

& Detractarij(aliàs Directarij)hoc eſt,qui in aliena cœnacula ſe dirigunt furandi animo,erunt puniendi. Itẽ effractores,qui eſtringunt,vt ſurripiãt:in hos & cæteros ſimiles vata ſtatui debet prout admiſſum ſuggerit.

Nocturni. Diuini.

In effractores variè animaduertitur:nam quidã effrigunt vt euadant:& tunc vt ſurripiant,& tales atrociores ſunt quàm diurni. & ideo hi fuſtib' cæſi in metallum damnãtur. Diurni verò effractores cauſa ſurripuendi poſt fuſtium caſtigationem in opus perpetuum vel temporarium dandi ſunt.§.l.ij.





## De crimine expilatæ hæreditatis.

Expilare hæreditatẽ.

Ex hoc crimine non datur actio ciuilis,quod non eſt in alijs criminibus,vt dicit gl.§.l. Si quis igitur alienã hæreditatẽ expilauerit,id eſt expoliauerit,vel ſurripuit ex ea,extra ordinẽ ſolet coërceri per accuſationẽ expilatæ hæreditatis. Et ideo extra ordinẽ auditur:quia cũ furti agi nõ poſsit,quia hæreditati nõ fit furtũ.§.l.fi.& ſic non datur ordinariũ remediũ , ſolũ supereſt extraordinariũ,id eſt,auxiliũ præſidis. Et locũ habet iſtud crimẽ,qñ quis alienã ſ hæreditatẽ expilat,ſi hæreditas nondũ ſit adita:vel etiã adita , ſed res ab hærede nondũ ſunt apprehenſæ: vel ab alio.§.l.ij.

Vxor ñ cõmittit furtum.

Et denegatur huius criminis accuſatio contra eos,qui furti conueniri non poſſunt:& ideo nec vxor,quæ ſocia diuinæ & humanæ domus ſuſcipitur ab hæredib' mariti,de eo crimine accuſari non poteſt.l.vxor §.e. Sed conuenitur rei vẽd. & ad exhibẽ.& tenebitur de fructibus perceptis,& percipiẽdis, & conſumptis mala fide.C.e.l.aduerſus.

## Crimen ſtellionatus.

Stellionat' crimen.

Stellionatus iudiciciũ famoſum quidẽ non eſt, ſed coërcionẽ extraordinariã habet.§.l.ij.& dicitur Stellionatus ab aĩali aquodã reptili,quod eſt ſerpenti ſimile vel lacertæ,habens varias et diuerſas in modũ ſtellarũ maculas venenatas : hic ſtellionatus crimen,id eſt, variũ diuerſiſq; coloribus & maculis aſperſum : de hoc gl.§.l ij. Eſt ergo accuſandus crimine ſtellionatus,q varietatis & mẽdacij.reus eſt. Locũ habet accuſatio ex hoc crimine qñ deficiẽte alia ſpeciali accuſatione,æquũ eſt alicui ſubueniri cõtra delinqntẽ. Sicut enim in pecuniaria cauſa datur actio de dolo in ſubſidiũ:ita & in criminib',vbicũq; titulus deficit criminis,hoc crimẽ ſtellionat' obijcitur: & dolo interpoſito tãtũ locũ habet hui' criminis accuſatio:et poſſũt poni exẽpla, vt ſi rẽ obligatã quaſi non obligatam vendo,permuto,vel inſolidũ do vel etiam obligo,vbi erat primo obligata.

Impoſtura.

Item ſi quis impoſturã facit,id eſt,bonis viris mendacia imponit,vel ſi fecit colluſionẽ in necem alterius.§ l.iiij.§.j.ij.& iij.

Pœna ſtellio.

Pœna autẽ ſtellionatus nulla legitima eſt,cùm nec crimẽ legitimũ,id eſt, ordinarium:& ideo extra ordinẽ pœna infligitur.§.l.iis.§ j.pœna.

## De termino moto.

Terminus dicitur finis,vel limes diſtinguens confinia agrorum:hinc Verg.xij.Aene. Limes erat poſitus litem vt diſcerneret

Universidad de Deusto Biblioteca

ret agri c.ſorus.de ver.ſig. Dicit itaq; motꝰ terminꝰ, ſi lapis ille terminalis, & limes amoueať à priori veſtuto loco. Et eſt peſsimũ factũ eorũ, q terminos finiũ eã poſitos protulerit, id eſt, vltra debitũ finẽ poſuerit. Et licet ex legibꝰ agrarijs oli varia pœna his impoſita fuerit: hodie tñ modũ pœnæ ex cõditione pſonæ & mẽte faciẽtis ſtatui oportet. ff. l. ij. §. j. Terminorũ itaq; ſcienter auulſorũ nõ erat olim mulcta pecuniaria: ſed p cõditione admittentium perſonali coërtione tranſigendum eſt. ff. l. j.

## De collegijs illicitis, & corporalibus.

Collegium dicitur eorum, qui ſimul cohabitent, quia ſimul colligunt, vel colliguntur. & tres conſtituunt collegium. ff. de ꝟ. ſig. l. Neratius. Cum itaq; plures ſimul collecti cohabitãt, corpus conſtituere dicuntur, quod corpus collegij vel vniuerſitatis appellatur. Sunt autem omnia collegia illicita, niſi quæ probãtur licita, id eſt, a principe conceſſa vel admiſſa. ff. l. ſi. §. in ſum & C. de hære. inſt. l. collegiũ. principales aũt cõſtitutiones præcipiũt, ne patiãtur eſſe collegia ſodalitia neve milites collegia in caſtris habeant. Sed religionis cauſa coire non prohibetur Imo nec religionũ collegia noua incõſulto Romano pontifice fieri poſſunt. c. ſi de reli. do. & c. ti. c. j. li. vj. Qui autẽ illicitũ collegiũ vſurpauerint, ea pœna tenẽtur, qua tenẽtur hi, qui hominibus armatis loca publica, vel templa occupaſſe iudicati ſunt id eſt, maieſtatis. ff. l. ij. & ff. ad leg. Iul. ma. l. j.

Illicitũ collegiũ

## De popularibus actionibus.

Popularem actionem dicimus, quæ ſuũ ius, id eſt, proprium populi tuetur, vt in albo corrupto. ff. de iuriſd. om. iud. l. ſi quis id. & in actione in factum. de deiec. & effu. l. ſi vero. §. hæc autem. Et regulariter Populares dicuntur actiones, quæ non ſunt rei familiaris perſecutoriæ: ſed ex æquo & bono extrinſecus ad vindictam propoſitæ ſunt, qualis eſt actio ſepulchri violati. l. iij. §. ſi de ſepul. vio. Item actio liberi hominis occiſi, vel vulnerati. ff. de deiec. & effu. l. ſi vero. §. hæc autem actio. Item pro eo quod poſitum eſt in ſubgrunda, vel protecto, vel meniano, vel pergula. d. l. ſi vero. §. prætor. & omnes aliæ actiones in factum, que redduntur hodie loco interdictorum proditorũ de rebus publicis, populares ſunt. ff. ne quid in loco pub. l. ij. §. hoc interdictum. Et ideo cuilibet de populo cõceduntur, cum prætoris tamen indagine. ff. l. ij. Sanẽ ſecundum R. popularis actio di-



dicitur, quæ cuiuis ex populo datur. Cum verò priuatum ſit crimen quod obijcitur, ei duntaxat intendere licet, cuius intereſt: nõ pp̃ter pecuniã exigẽdã: ſed pp̃ter pœnã corporalẽ infligẽdã: pecuniaria verò petitio ſi cõpetat, cuilibet dẽ populo datur: inſpecta pſona quę ad agendũ admittit: cuius opinionis & an ſit idoneior: vel cuius interſit principaliter quæ ipſa fieri deſiderat ita dicit gl. hic ſup rubro. Semp enim is cuius intereſt præfert in popularibꝰ actionibus. ff. l. iij. in ſi. Omnes quoq; populares actiones neq; in hęredes dãtur, neq; ſupra annũ extẽdũtur. ff. l. ſi.

# LIBER XLVIII.

## Et X. huius.

## De publicis iudicis.

DE accuſationibus quæ pecuniariter mouentur ſupra dictũ eſt. Item quid de priuatis criminibus, vt furto, iniuria rapina. Verũ quia qñq; fiũt de criminibus accuſationes, & inſcriptiones, ponit primo de criminibus publicis, & quæ ſint. Et exponitur Publicis iudicijs, id eſt, legibus publicorũ iudiciorũ, vel accuſationibus publicorũ iudiciorũ: quorũ accuſatio eſt terribilis ad vindictã, & publica, id eſt, populica, ſiue popularis. vt Inſt. eo. in prin. quãuis qñq; idoneior admittatur, vt diximus ff. tit. pxi. Et eſt hic liber terribilis vt dicit textus C. de ve. iur. nu. l. ij. §. ſeptimus. Non aũt oĩa iudicia, in quibus crimẽ vertit, publica ſunt: ſed ea tãtũ, quæ ex legibus iudiciorum publicorũ veniũt: vt Iulia maie. Iulia de adul. Cornelia de ſica. & beneficis Pompeia de parrici. Iulia peculatus, Corne. de teſtamẽtis, Iulia de vi pub. Iulia de vi priua. Iulia ambitus, Iulia repetun. Iulia de annona. Et dicitur tribus modis Publicum: vno modo largiſsimẽ, vt omne iudicium quod fit ad vindictam, ſiue ad vtilitatem publicam, dicitur publicũ: ita accipitur in l. interdictum ff. eo. l. & licitatio. §. quod illicite ff. de pub. & vect. Alio modo dicitur largẽ, quando quilibet de populo poteſt accuſare. Ita accipitur Inſti. de ſuſpec. tu. §. conſequens. Circa hoc dat Bart. in. l. j. ff. eo. vnam regulam, quòd omne iudicium quod non reſpicit offenſam certæ perſonæ principaliter, de illo poteſt accuſare quilibet de populo. Exemplum: dicit ſtatutum Baſilienſe. ſumma ratione, ac ſingularis religionis intuitu hoc anno factum,

Publica iudicia.

Universidad de Deusto Biblioteca

ctum, vnà duraturũ: quòd ſi quis iurauerit per corpus Chriſti, aut eius, membra, ſoluat quinq; ſolidos, Iſtud nõ reſpicit offenſam certæ perſonæ principaliter, ſed malos mores, ideo quilibet poteſt accuſare. ita loquitur lex, ſenatus. ff. de iniur. Tertio accipitur publicum iudiciũ ſtrictè. & ita accipitur in toto iſto tit J. l. j. Et iſta ſunt iudicia, ex quibus damnatus ſtatim efficitur infamis. l. j. ff. de his qui no. infa. Vnde non ſequitur, quilibet accuſare poteſt, ergo eſt publicũ iudiciũ ꝑut accipitur hic, vt fiat infamis: & ſic ſtricte publicum iudiciũ, & ita ſentit Azo in

Capitalia. ſum. huius tit. Publicorũ iudiciorũ quædã capitalia ſunt, quædam nõ capitalia, Capitalia ſunt ex quibus pœna mors, aut exiliũ eſt: hoc eſt, aquæ & ignis interdictio: per has enim pœnas eximitur caput de ciuitate. Nã cętera nõ exilia, ſed relegationes ꝓ-

Nõ capita. prie dicũtur: tunc enim & ciuitas retinetur. Nõ capitalia ſunt ex quibus pecuniaria, aut in corpus aliqua coërcitio pœna eſt.

## De accuſationibus & inſcriptionibus.

Accuſatio. Dictum eſt de his, qui ad accuſationem admittuntur: nec de accuſationibus. Eſt aũt Accuſatio nihil aliud, quàm reũ criminis ꝑ libellũ deferre, vel facere ad vindictã: vt colligitur C. e. l. cũ rationibus. & l. qui ignorat. l. ſi. quis ex famil. & J. e. l. libellorũ. & de priua. delic. ff. l. vlt. Et eſt accuſator neceſſarius vbicun-

Accuſator. que criminis vel delicti accuſatio eſt admiſſa in publico, vel priuato crimine. C. eo. l. vlt. & J. e. l. ſi cui: & vbicunque de honore adimẽdo tractať. J. de mun. & hon. l. reſcripto. §. ſi quis. Tribus enim modis ꝓcediť ſup crimine, ꝑ accuſationẽ ſcilicet, inquiſitionẽ, & denũtiationẽ: & ſicut iſti modi ſunt inter ſe diuerſi, & ad diuerſum finẽ tẽdũt: ita & diuerſimode inſtituuntur, & exercentur, vt in extrauag. ad reprimendum. quomodo contra cri. lęſ. maie. proc. coll. xj. Vnde in eis traditur talis regula: Sicut accuſationem præcedere debet inſcriptio, ita & inquiſitionem fama, & denuntiationem fraterna monitio. vt in c. quali-

Inſcribere. ter & quando. titu. de accu. & in c. licet Heli. de ſimo. Qui ergo ad accuſandum aliquem de crimine procedit, debet ſe inſcribere, id eſt, adſcribere ſolenniter, ad pœnam talionis, quæ talis eſt, vt ſi ille in accuſatione defecerit, quod eãdem pœnam ſufferat, & ſuſtineat, quam ſuſtinere debuiſſet, is quem accuſare volebat, & puniri. l. fin. C. eod. tit. Et debet accuſationem ſuam tradere in ſcriptis cum inſcriptione nominis accuſantis, & accu-





ſati & nomine, & menſe quo cõmiſſum eſt crimen. & loco admiſſi criminis, & conſulibus ſub quibus eſt admiſſum. J. e. libellorũ. in princ, & in autẽ. de exhib. reis. §. ſuſcepto. Oblato aũt libello, dabitur dilatio ad deliberãdũ xx. dierũ. Deliberatione facta cõparere debet accuſator, & accuſatus, & lis cõteſtari, atque opponi exceptiones accuſanti: ſi quæ reo cõpetãt. Quod ſi non fiat: & ex interuallo, poſt litem contra eas opponat: nõ poteſt: quia lite cõteſ. recipitur nomẽ accuſati inter reos, vel ſtatim, vel poſtea incõtinẽti. C. ad l. iul. de adul. l. adulterã. & in l. ſi maritus. §. preſcriptione. e. tit. ff. poſtmodũ probationẽ apertã debet accuſator in cauſa producere vt non emendicatis ſuffragijs decretorũ, vel relationũ credat iudex. C. de prob. ſcitã. C. eo. ſing.

## De cuſtodia. & exhibitioue reorum.

De cuſtodia reorũ iudex æſtimare ſolet, vtrũ in carcerẽ ſit recipienda perſona accuſata, vel non: & cum tali diſtinctione: Aut accuſatus confitetur de crimine: & tũc ponẽdus eſt in carcere. J. l. ſi confeſſus. & ex tunc citò condẽnetur, vt ſi iterũ, & iterũ confiteatur. C. e. l. ſi in ea. & l. ſi. Aut differtur, & tũc aut eſt graue ſcelus: & ponitur in carcerẽ. J. e. diuus. & interim cuſtoditur ſecundũ formã, quæ habetur C. eo. l. j. quoniã. Si verò nõ adeo graue eſt crimen. comittitur aliàs cuſtodiendus & maxime ſi fideiuſſores dat: quia nõ eſt in vincula conijciendus is, qui fideiuſſores dare paratus ſit, niſi valde graue ſcelus admiſerit: vt in. l. diuus pius. J. e. poteſt igitur iudex pro criminis quod obijcitur accuſato qualitate, vel propter honorẽ quẽ habet accuſatus, vel propter ampliſsimas facultates, vel pro innocẽtia perſonæ, qꝛ ta lis eſt perſona, quæ prima facie videtur, & præſumitur innocẽs vel pro dignitate eius qui accuſatur, facere talem exhibitionem, quando ſcelus non eſt graue. Quando autem graue eſt, tunc mittitur ſemper in carcerem. Maſculi autẽ tantũ recipiuntur in carcere, & recepti diligenter cuſtodiendi ſunt à ſtratoribus, qui eis ſternunt lectos, & miniſtris eorum, & à commentatienſibus, qui comittantur captiuos, & eorum habent cuſtodiam & obſeruationẽ. Et cum humanitate quadam iſti omnes debent tractare incarceratos, nec debent accuſatoriaus crudelitatem ſuam vendere pretio: vel gratia affligendi incarceratos fame, vel anguſtia, vel ſiti, vel longa tabe, ſubtrahendo eos audientiæ: quia neminem audiunt, & à nemine audiuntur clamantes

res. Sin aũt cõtra hęc fecerint, iudex debet eis infligere capitalẽ pœnã: alioquin infamat iudex, & periculũ ſubibit ꝑ motu ſuperioris iudicis. Si aũt incarceratus euaſit de cuſtodia, patiẽ cuſtos eandẽ pœnã: quã pateret carceratus. C. e. l. ad cõmẽtarienſis. niſi cuſtos ꝓbauerit, incarceratũ euaſiſſe caſu fortuito. ff. eo. l. vlt.

## Ad legem Iuliam maieſtatis.

Crimen læſę maieſtatis.

Proximum ſacrilegio crimen eſt, quod Maieſtatis dicitur. Eſt autem crimen læſæ maieſtatis vbicunq; quis aduerſus populum Romanum, id eſt, aduerſus principem, & eius ſecuritatem committit: vbi contra vrbem aliquid molitur, vel qđ profugit ad hoſtes, vel quòd hoſtes qualitercũq; iuuat, vel armis, vel pecunia, vel conſilio, vel quòd ſubiectas prouincias nititur facere rebelles, vel quòd ſeditionem mouet in ciuitate, vel quòd magiſtratus occidantur, vel princeps, vel qui circa latus eius militant, vel quòd arma ſumit, vel occupat loca contra Remp. Et dicitur Lex iulia, quia à Iulio inuenta: Maieſtatis autem, quia ſumma maieſtas, & imperium, vel poteſtas læditur: pœna autem committentium hoc crimen eſt, vt habetur in l. corum. iuncta glo. ff. eod. Et appellatur hoc crimen Perduellionis, quia probatio huius criminis, vt quidam dicunt, per duellum admittebatur, & nõ in alio caſu. Alij dicũt, & melius, quia perduelles dicũtur hoſtes. Plau. in Amphi. Perduelles ſe in fugã penetrant. ſic ff. de verbo. ſig. quos nos hoſtes. Dicitur ergo crimen perduellionis, id eſt, hoſtile. de quo inſti. de hære. ab inteſ. §. per contrarium. Eſt & aliud crimen, quaſi lęſæ maieſtatis vt in priuati carceris exercitio: vt C. de priuat. car. Et in falſa moneta. C. de fal. mo. l. pe. vbi de hoc.

lex iuli.
Maieſtas.
Perduellionis crimen.
Priuatꝰ carcer.

## Ad legem Iuliam, de adulterijs, & ſtupro.

Præcepta huius tituli traduntur ff. de minor. l. auxilium. §. fin. Et eſt enormius, & excellentius alijs criminibus cùm omne pactum eſt extra corpus, niſi fornicatio ſecundum Apoſtolum qui enim fornicatur, in corpus ſuum peccat. Item ex adulterio omnia penè crimina proueniunt: violentia, iniuria, homicidum, periurium, falſa teſtimonia. hinc eſt quod non licet tranſigere: vt. C. de tranſact. l. tranſigere. Et dicitur hic Titulus ad legem iuliam, & c. non quòd à iulio fuerint leges inuentæ, ſed quia ad ſupplendum, interpretandum, & emendandum leges Iulij Cęſaris hæ leges prodierunt: ideo ad legem Iuliam ap-

Ad legẽ Iuliam.



appellãt: Nã hæc lex lata eſt à diuo Auguſto, l. j. ff. e. Eſt aũt Adulteriũ illicitus coitus cũ vxore vel ſponſa aliena perpetratus. Et appellat lex ſtuprũ, & adulteriũ promiſcue. vt in l. inter liberas ff. e. Sed proprie adulteriũ in nuptã cõmittitur propter partũ ex altero ſuſceptũ. vnde nomẽ cõpoſitũ eſt. Nã dicitur Adulteriũ, quaſi ad alterius thorũ acceſſus: vel q̃ ſi ad alterã trãſitꝰ. Cuiꝰ pœna eſt in fœmina, & mare, vt habetur C. e. l. quis. Stuprũ vero in virginẽ aut viduã cõmittitur: de hoc in l. inter ſtuprũ. ff. de ver. ſig. Cuius pœna eſt. vt inſt. de pub. iud. §. ij. inceſtu aũt eſt, qui cũ cognata, vel affini. cõmittitur. ff. e. l. ſi adulteriũ cũ inceſtu. §. nonnunquã. Lenociniũ aũt eſt, cum maritus de adulterio vxoris ſuæ aliquid ceperit: vel qui in adulterio deprehẽſam detinuerit. Nã qui patitur vxorẽ ſuã delinquere, matrimoniũ ſuũ contẽnit. Et qui de tali cõtaminatione non indignatur, merito pœna adulterij confligitur. Nam de lenocinio punitur quis vt adulter: vt in l. ij. §. j. ff. eo & in l. qui domum.

Adulterium.
Stuprũ.
Inceſtꝰ.
Lenocinium.

## Ad legem iuliam, de vi publica.

Quia plerunq; adulteria & ſtupra vi cõmittuntur, ponitur de vi publica, & priuata. Habet autem locũ lex Iulia de vi publica, quando cum armis facta eſt violentia, vel aliquid quod pro violentia reputetur, puta quod arma vel tela domi habuerit, vel in agro, vel in villa, vel in publico cum telo fuerit, vel homines in armis habuit cauſa ſeditionis. ff. eo. l. j. ij. & iij. Item quandoq; etiã ſi fiat violentia, non punitur, vt ſi fiat ad defenſionem, & incontinenti, & cum moderamine inculpatæ tutelæ vt dixi ff. de vi & vi ar. Alioquin ille qui eſt in pulſus, cùm aliquid fecerit ad vindictam, vel cum ex interuallo poſſeſſionem ſuam recuperauerit, etiam prædonem de ea excellendo, ciuiliter & criminaliter punitur. vt C. eod. l. ſi quis. & inſtit. de pub. iudi. §. item lex iulia Cum autem incontinenti quis reſiſtit legitimè: in aggredientem redundat culpa omnium delictorum cõmiſſorũ tempore violentiæ, ſiue ex parte aggrediẽtis ſiue aggreſſi aliquis occidatur. C. e. l. ſi crimen. Singulos caſus in quibus locũ habet hæc lex, nõ proſequor: quia euidẽter enumerantur ff. e per totũ. pœna huius criminis eſt, aquæ & ignis interdictio, & deportatio, & omniũ bonorum publicatio. di. §. Lex iulia. Inſti. de pub. ind. ſerui autẽ occidũtur ſi inſcio domino Si vero iubẽte domino, damnãtur in metallũ C. e. l. ſeruos.

Vis publica.
Vin facere.

Universidad de Deusto Biblioteca



## Ad legem iuliam de vi priuata.

Vis priuata.

Vis priuata, eſt, quando committitur ſine armis. Nec dicitur ideo priuata, quia priuatum ſit crimen, immo publicũ eſt ſem per ff. de pub. iudi. l. j. Et eſt eius pœna ademptio tertiæ partis bonorum. C. eo. l. tutoris. Et amiſsio dignitatis, & famæ. ff. eod. l. j. & d. §. lex iulia. de vi. Vnde ſolet dici: Vis priuata rerũ depo nit ab ordine rerum, ſcilicet tertiæ partis, & dignitatis. Sed deportatur ſi vis armata ſequatur. gl. in c. ij. de or. cog.

## Ad legem Corneliam, de ſicarijs, & veneficis.

Sicarij.

Quia intentata vi illicita ſepe committitur homicidiũ. C. ad l. Iul. de vi pub. l. quoniam. & de rap vir. l. j. in prin. Ideo de Sicarijs, id eſt, homicidijs videamus. Sicarij autem dicuntur à ſica, quod eſt ferreus culter vtrinq; ſcindens. inſtit. de pub. iud. §. item lex Cornelia vnde videbatur, quod tantum qui cum ſica occiderent hac tenerentur. Sed tamen generalius hic accipitur ſica: ſicut & telum per interpretationẽ iuris, vt cõtineat telum, & lapidem, lignum, & quodlibet ferrum. Nam occidens hominem telo, id eſt, quocunque quod manu mittitur: vel qui aliquem cum telo cauſa occidẽdi perſequitur. l. cornelia de ſica. punitur. Et eſt Sica, iſte cultellus vel gladius, quem portant peregrini quandoque in baculo quodam, ita vt non appareat. Vnde dicetur: Sica latens mucro eſt, ſicarius inde vocatur. Eadem lege damnãtur etiam capitali ſupplicio venefici, qui malum venenum necandi hominis cauſa fecerint, vel vẽdiderint, vel habuerint: vel qui incantationibus, & ſuſurris magicis homines occiderint. Et olim committens in hãc legem Corn. nõ occidebatur, ſed deportabatur, & omnia bona ſua publicantur ff. eod. l. eiuſdẽ. §. legis corneliæ. & l. pe. Hodie autem homicidas ferro proſequimur, quia eos occidimus, & ſic pœna regis Cor. eſt mors, vt no. gl. ij. d. §. item cor. inſt. de pub. iud. & no. ff. l. j. vbi etiã colliguntur caſus quis hac lege tenetur.

Sica.

Pœnal. cor.

## Ad legem Pompeiam de paricidijs.

Lege põpeia de paricidijs cauetur, vt ſi quis patrẽ, matrem, auũ, auiã, fratrẽ, & ſororẽ, & cæteros qui parẽtũ aut liberorũ vocabulo continẽtur, aut aliqua affinitatis neceſsitudinẽ iũgũt, occiderit: vel cuius dolo malo id factum erit incidat in hãc aſperrimã pœnã legis Põpeiæ: cuius pænã quia Põpeius ſtatuit, ab eo denominata eſt. Sed accuſationẽ inuenit Cornelius Sylla,



la, vt ff. de orig. iur. l. ij. §. deinde Cornelius. Quæ pœna talis eſt, vt neq; gladio, neq; ignib⁹, aut alia ſolẽni pœna puniatur: ſed vſutus culeo, id eſt, corio vel pelle, cũ cane, gallo gallinaceo & vipera, & ſimia, vt vicinũ mare, vel in amnẽ pijciatur, vt omniũ elemẽtorũ vſus viuus careat & ei & cœlũ ſuperſtiti, id eſt, viuo terra mortuo auferatur. inſt. de pub. iud. §. alia deinde. Et dicũtur Parcidæ quia parẽ, id eſt, æqualẽ ſui gñis, aut ſtirpis occidũ, q & perẽticidæ: & Patricidæ appellãt, ſcd'm Priſ. eo quod parẽtes vel patres occidunt. Sed cõmunius vocabulũ eſt Paricida quod ad omnes conſanguineos referri poteſt, & ſic etiã parẽtibus hoc crimen perpetrantibus conuenire. Et de hoc crimine & pœna ponit Tul. in oratione pro Sexto Roſcio.

Paricidæ. Patricidæ. Perẽticidæ.

## Ad legem Corneliam de falſis, & de ſenatuſconſulto Liboniano.

Senatuſconſultũ Libonianũ, factũ eſt ad ſupplendũ legem Corneliã. Pœna aũt legis corneliæ de falſis, quæ etiã teſtamẽtaria appellatur, irrogatur in eũ, qui falſum teſtamẽtũ fecit. Eſt aũt Falſum, immutuatio veritatis. vt in autẽ. de inſtru. cau. in prin. col. vj. & dicitur immutatio ideo, quia falſores ſtudẽt immutare vera: vel imitari ea quæ vera ſunt, vt falſa videãtur veriſimilia. Locũ habet hæc lex Cor. de falſo, commiſſo dolo, non aliter. C. e. nec exẽplũ. Et cõmittitur falſum pluribus modis: puta ſcriptura, ſiue quis ſcribat falſum, ſiue deleat verum: vt res, id eſt, rei veritas nõ apperrat: & ita fecit illegibilẽ ſcripturã: nõ diſtinguo ſit teſtamẽtũ, vel aliud inſtrumẽtũ, publicũ vel priuatũ, vel vtrũ ſint tabulæ cereæ, vel ligneæ, vel rationes. ff. e. l. j. §. qui in rationibus. & l. Paulus. §. Paulus. Item committitur dicto, veluti in teſte falſum aſſerente, vel variũ teſtimoniũ ferẽte. Et iudice ſcienter contra conſtitutiones iniquũ iudicãte, & qui ad prædicta conſiliũ vel opem præſtiterit, vt ſi iudicẽ vel teſtẽ corruperit: & qui falſus legibus vtitur in allegando. ff. eod. l. j. § itẽ & §. ſed & ſi quis. Et eius pœna eſt deportatio in liberis hominibus omniũ bonorũ publicatio. In ſeruis autẽ vltimũ ſupplicium. ſicut & in lege de ſicarijs & veneficis obſeruatur. l. j. §. ſi. ff. eo. & inſti. de pub. iudi. §. itẽ lex cornelia. Libonianum autem ſenatuſconſultum locum habet, cum quis pecunia recepit vel de ea paciſcitur pro aduocatione vel teſtimonio inſtruẽdo: vel ſi ſocietatem fecerit pro innocentum obligatione, vt ff. eod. l. j.

Falſum.

Pœna falſi.

Libonianũ ſenatuſcon.

Universidad de Deusto Biblioteca

& ff.ad legẽ Iul,de vi pri.l.ex ſi natuſe.& de concuſ.l.ij.Item locum habet cum quis ex teſtamento militis ſibi legatum aſſeribit:de quo per ſpec.de fide inſtru.§.ad hæc.

## Ad legem iuliam repetundarum.

Hæc lex locũ habet,cũ is qui habet publicũ officiũ, pecunia data,vel promiſſa ſibi aliquid facit,quod facere non debet:vel omittit,quod facere debet:vt ſi ob iudicandũ,vel nõ iudicãdũ iudex accipiat,vel ob ſentẽtiã in Senatu cõſilioq; publico dicendãt,vel ob accuſandũ,vel non accuſandũ,vel ob iudicem arbitrũ ve dãdũ,mutãdũ,iubẽdũ vt iudicet:vel ob non dãdũ, mutãdũ,iubẽdũ:vel ob hominẽ in vincula publica conijciẽdũ,vinciẽdũ, vinciriq; iubẽdũ:vel ob hominẽ in vinculis dimitẽdũ.vel ob hominẽ necãdũ,vel abſoluendũ,vel litẽ æſtimãdã,vel ob iudiciũ capitis pecuniæ ve faciẽdũ,vel non faciẽdũ:vel ob militẽ legendũ mittẽdũ ve. Et q̃,aliter ſubijcitur clauſula, vt vrbani magiſtratus ab omni ſorde abſtineãt. Ne ve doni aut numeris in anno plus accipiant,quam quod ſi cẽtũ aureorũ:niſi à perſonis exceptis,à quibus lex iubet accipere, puta à conſobrinis, & his qui ſunt à priori gradu, & ab vxore.ff.e.l.j.ij iij.iiij.v.vj. &

Eſculẽta. vij. Eſculata tñ & poculenta recipit ab omnibus perſonis, quæ tñ non excedant edulũ eſum,& inter dies proximos prodigũt, id eſt,cõſumi poſſunt.ff.de off.proconſul.l.ſolẽt.§.vlt.& de off. præſ.l.ſi ſorte. Et pro hoc delicto locũ habet duplex querela. Ciuilis actio in factũ,vel Condictio ex lege,& Publica accuſatio. Actio datur in quadruplũ contra iudicẽ pro eo, quod ipſe, vel eius domeſticus,vel manipularius,vel miniſter accepit, vel rapuit,vel abſtulit:vt ead.l.j & debet iſtud quadruplũ totũ fiſci ſecũ danti obſtet turpitudo ſua,ne poſſit aliquid repetere.ff.de iure fiſc.l.Lucius. Eſt & publica accuſatio inducta pro hoc crimine quãuis duret officiũ magiſtratus.C.le.iubemus. Et dicitur repetundarũ,more Latinitatis antiquæ, hodie dicimus repetẽdarum.vt diximus ff.famil.ercisc.

## Ad legem iuliam de annona.

Annona. Lege Iulia de annona pœna ſtatuitur,quæ eſt ff. de extraordina.cri.l.annonam. Aduerſus eum,qui contra annonam fecerit,aut ſocietatem coiecerit,quo annona,id eſt,venditio frugũ, vel bonitas fori carior fieret: vel qui nauẽ ferentẽ annonã, aut eius nautã retineat:vt in l.ij.ff.eod. Non quod hæc lex cogat, aut

aut cogere poſsit diuites,vt vendant frumẽtũ ſi nõ volũt.l.nec emere.C.de iure delib.Sed punit eũ,q emit,vt poſtea alij carius reuẽdat:vt no gl.in l.annonã.ff.de extraor.cri ff.alle. Niſi neceſsitas famis vrgeret:quia tũc poſſunt cogi habẽtes vt vẽdant ſed iuſto ptio.l.ij.C.de epiſ.aud.l.j.§.cura carnis.ff.de offi.præfec.vrb.Et incidunt in hanc legem,qui vadũt incãtãdo frumẽtũ in platea, & offerũt pro frumeto plus debito, vt alij carius emant.Ita dicit Bar.in l.ij.§.ſi quis.ff.de cri.ſtel.quia extra ordinem poſſunt puniri:de hoc not in c.j.de emptio.& vendi.Et eſt pœna ſtatuta in hac lege xx.aureorum:& etiam pœna criminis:vt legitur & no.in l.ij.ff.eo.

Incantã tes, frumenta.

## Ad legem iuliam peculatus,& de ſacrilegijs,& reſiduis.

Lege Iulia peculatus cauetur de eo,qui ex pecunia,vel re ſacra, fiſci,vel religioſa,vt in ornamentis ſepulcrorum,vel publica vt fiſci,vel ciuitatis Romanæ aliquid abſtulerit,vel interceperit:vel etiã cuius dolo malo id factũ eſt. Et eſt eius pœna aquæ & ignis interdictio:in quã hodie ſucceſsit Deportatio.vt ff.l.iij.& i Autenti.de nupt.§.deportatio: Tractatur & de alia lege,quæ dicit De reſiduis quæ lex Iulia locũ habet cõtra eũ,apud quẽ ex locatione,emptione,alimẽtaria ratione,alia ve qualibet cã,tota pecunia publica,vel pars pecuniæ publicæ quã accepit reſedit. Itẽ & eadẽ lege tenetur,qui pecuniã publicã in vſum aliquẽ acceptã retinuit,nec erogauit:vt ff.l.ij.& iiij.§.lege. Et incidunt in hãc legẽ officiales,ſiue camerarij,q habent ex officio publicas pecunias,vel qui habent vnã collectã impoſitam in communi,deſtinatam pro vſu & neceſsitate communi,& finito officio ſibi retinent,vel eandem pecuniam cõuertunt in alium vſum: vt in.l.ij.ff.eod. Et pœna huius legis eſt in tertia parte,quam accepit amplius quàm debet,id eſt,punitur in ſimplo.& in tertia parte ſimpli.ff.l.iiij.§.ſed & qui pecuniam. Sacrilegium autem fit,cum quis rem ſacram interceperit,vel ſuſtulerit de loco ſacro,vel non ſacro. Aut cum quis rem non ſacram de loco ſacro aſportauerit:vt in l.ſacrilegi,poſt princ.ff.eod. Pœnam autem ſacrilegij iudex pro qualitate perſonæ,pro rei conditione. temporis,ætatis,& ſexus,vel ſeuerius,vel clementius imponet. Multi enim ſacrilegi ad beſtias damnati ſunt,nonnulli viui combuſti, alij in furca ſuſpenſi: vt in l.ſacrilegij.ff.eod. Non-

Deportatio.

De reſiduis.

Sacrilegium & eius pœna.

Universidad de Deusto Biblioteca



nunquam etiam capite puniri:vt in l.ſacrilegi. Eſt ergo hodie extraordinaria hæc pœna:vt j.no Et dicitur ſacrilegium à ſacro,& lego,quod eſt furari,vel ſubtrahere:hinc Sacrilegus,qui ſacrum furatur. Verg in Buco. Vel quæ ſublegi)id eſt , furatus ſum)tacitus tibi carmina nuper.

### Ad legem iuliam de ambitu.

Hæc lex locum habet in quatuor caſibus:Primò , ſi quis dederit aut clam pecuniam,vt aliquem ſortiatur honorem. nó in vrbe Romana,nam ibi ceſſat hæc lex,cum princeps ibi eligat. l.j.J.eod. Vel ſi per preces:vt in l.fin.C.ad leg.iul.repe.Ideo dixi clam:quia palam poteſt dare pecuniã pro honore aſſequendo,ſine adminiſtratione tamen:puta vt fiat nobilis , vel comes palatinus vel doctor.Sed cum adminiſtratione nullo modo licet dare , nec occultè,nec palam:vt in Auten.vt iudi.ſine quoquo ſuffr.per tot.& de pol.l.j.§.j.& de offi . præſi.l.Barbarius. Secundò habet locum,cũ quis ſtat in magiſtratu vltra annum. C.eo.l.j.Tertiò,ſi quis ſtudioſe, vel malitioſe ingreditur domum iudicis cognoſcentis de cauſa criminali , vt cum eo capter beneuolentiam,& amicitiam,vt ei in ſuis cauſis faueat : vt J.l.j.Quartò,ſi iudex nouum vectigal inſtituerit , & exegerit: vt in l fi.C.no.vec.impo.&c.Nam ſi exegit,tenetur etiam repetundarum,ita dicit Bar.poſt glo.in.l.j.§.j.J.eod. Et eſt pœna centum aureorum:vt J.l.j.Sed in caſu deportatur,qũ ſcilicet bis idem officium eſt aſſecutus.C.eo.l.j.niſi nõ reperirentur melio-

Ambire

res.vt C.de aſſeſ.l.liceat,item in proconſule:vt ʒ de offi.procõſul.l.antepenul.Et dicitur de Ambitu,ab ambio,quod eſt circũ venire. Verg. Regemq; ambire Latinum. Et in.c quia per ambitioſam,de ſelec.ip.lib.vj.

### Ad legem Fauiam. de plagiarijs.

Plagiarius.

Plagiarius eſt,qui hominẽ liberũ,aut ingenuũ,vel libertinũ, inuitũ celauerit,&vinctum habuerit,aut emerit ſciens dolo malo:vel liberũ hominẽ donauerit.vel in dotem dederit:quo crimine obnoxius etiam,qui liberũ vẽdiderit:vel ſeruo alieno aut ſeruæ perſuaſerit vt à domino vel domina fugiat:vel qui eum, eam ve inuito,vel inſciente domino vel domina celauerit,vinctum habuerit,emerit ſciẽs dolo malo:qui ve in ea re ſocius erit & eius legis Fauiæ pœna tenetur . Sed non ſta tim plagarius eſt qui ſeruos alienos interceptos tenet.Sed poteſt furti contra ta-





lem agi:vt ſi opẽ ad furtũ præſtitit,vel quia etiã corrupit vt fugeret.Sed qui ſurripuit ſeruũ vt exportatione dominũ celaret, ille plagiarius eſt:vt ʒ.de fur.l.fullo.§.qui ancillã.& l.non ſtatim.J.eo.& no.in l.j.per gloſ.J.eod.Et eſt Plagium furtũ alieni mancipij.Inde Plagiarius,qui tale furtum cõmittit.Olim erat pœna pecuniaria ſtatuta in lege Fauia,quæ hodie in vſu eſſe deſijt:vt in l in fuga.C.eod.& l.fi.J eo.hodie conuicti de tali crimine puniuntur pro qualitate delicti:& aliquando in metallũ dãnantur,quando ſunt nobiles:ſi aũt ignobiles,gladio : ſeruus autem ſine libertus beſtijs ſubijcitur:vt C eo.l.fi.

### Ad ſenatuſconſultum Turpilianum:& de abolitionibus crimiuum.

Temeritas accuſatorum tribus modis detegitur,vel deprehenditur:& ſecundum hoc tribus pœnis ſubijciũtur.Aut enim calumniãtur,aut præuaricantur,aut tergiuerſantur. Calũniari,eſt falſa crimina ſcienter intendere:vt ʒ.de infa.l.athletas.§. calumniator. Et irrogatur calumniatoribus pœna ex lege rhemia,quæ talis eſt,quòd pro publico iudicio ſimilitudo ſupplicij,pro extraordinario pro motu iudicis punitur.C.de accuſ.l. fi.& de calum.l.fi.& J.eo.l.& in priuatis. Præuaricari verò eſt vera crimina abſcondere.J.de verb.ſigni.l.præuaricatores . & d.l.athletas.§.præuaricator.& ʒ.de præuari.l.j.Et qualiter punitur præuaricator,habetur ʒ.de præuar.l.ij.& l.accuſator . & l.ab imperatore.Et propriè iſte eſt Præuaricator, qui colludit cum reo,& tranſlatiuo munere accuſandi defungitur : eo quòd proprias probationes diſſimulet,falſas verò excuſationes vel exceptiones admittat & recipiat tanquam bonas.J.l.j.§.præuaricatorem . Tergiuerſari eſt in vniuerſum ab accuſatione publici criminis deſiſtere.J.eod.l.ſi quis repetere. Et talis incidit in Senatuſconſultum Turpilianum,quod à Turpillio cõſule factum eſt:vt C.eod.l.j.Et eſt pœna eius,vt not ʒ.de præuarie.l.iij.§.fina. Nam quicunque ab accuſatione circa abolitionem deſiſtit,ponitur pœna Turpilliani:vt C.de abol.l.abolitio. Et dicitur ab accuſatione deſiſtere,qui cum aduerſario ſuo de compoſitione eius criminis,quod intendebat , fuerit locutus,ſecum tranſigendo.i.ab excuſatione.J.eod.Abolitio autem eſt peremptio accuſationis.Et fit tribus modis : Vno modo per principem ſponte ſua id facientem : puta propter diem

Calumniari.

Præuaricari.

Tergiuerſari.

Abolitio.

Universidad de Deusto Biblioteca

inſignem,id eſt,repētinas ferias,aut publicam gratulationem
aut ob rem proſperè geſtam. Altero modo fit per accuſatorem
poſtulantem. Tertio modo fit per mortem accuſantis,vel accu
ſati,vel biennio tranſacto ſine culpa accuſatoris. ꝫ.eod.l.abo-
litio.& l.vel ob rem.& l.aut priuatim.& C.ſi reus vel accuſa-
tor mor.l.ij.& l.defunctis. Et illa quæ nullo modo poſtulante
conceditur,à ſolo principe indulgetur,& illa inducit ferias re-
pentinas. Alia quæ fit accuſatore poſtulante, à quolibet ordi-
nario,qui de crimine cognoſcebat,tribui poteſt:non à delega-
to.ꝫ.l.j.§.abolitio. Vbicunque autem accuſator petit abolitio-
nem,propterea quòd ab accuſato accepit pecuniam vt deſiſteret
non eſt ei abolitio danda, niſi accuſator accuſauerit cognatas
perſonas,vel accuſauerit proſequendo iniuriam ſuam. C.eod.
l.penul. Nam quantò facilius admittitur proſequendo iniu-
riam ſuam vel ſuorum,tanto magis eſt venia dignus:ſed in a-
lio caſu ob retinendum amorem propinquorum id ei concedi-
tur. In prædicto autem caſu quando recepta pecunia deſiſtit,do
lus ſuus & fallacia ſibi obſtant:accuſatori enim ſemper eſt il-
licitum pecunia deſiſtere. ꝫ.l.ab accuſatione.& C.eod.l.ſi fœ-
mina niſi in prædictis duobus caſibus. Et eſt notandum quòd
abolitio principis non habet locum in illis criminibus,in qui
bus accuſanti & accuſato incumbit probatio. ꝫ.eodem.l.penul-
tima.

### De requirendis reis, & abſentibus damnandis.

Tantum eſt priuilegium abſentium,vt diui imperatores no
luerunt abſentes puniri,aut damnari:nec enim ratio patitur æqui *Abſentiũ priuilegium.*
tatis,quenquã dãnari inaudita cauſa,etiam lite conteſt. vt C.
l.j.niſi in caſu. C.de pœnis.l.ne diu.& facit ꝫ.de pœnis.l.abſen
tiem.& C.de accuſ.l.abſentē. Vbi ergo grauior pœna venit irro
ganda,non eſt abſens condemnandus:ſed prius requirēdus,vt
copiã ſui præſtet,& bona eius deſcribantur in publicũ,in quo
ſeruatur talis ordo. Primò enim debet requiri ad inſtar citatio-
nis:vt not.ꝫ.de publi.iudi.l.inter. Secundo bona annotan-
tur,dicendo. Omnia bona pono in banno fiſci,niſi venerit in-
tra annũ:& deſcribãtur:vt ꝫ.l.fin.& ab hac ſentētia cõditionali
li poteſt appellari:vt C.ſi penden.appel.l.eius.fiſcus tñ nõ oc-
cupat de facto iſta bona,niſi poſt annũ:vt ꝫ.l.ij.& l.final. Ter-
tio



tio requiritur,quod fiat per edicta publica: & ex quo innoteſce
re potuit,ſibi cõputatur annus. ꝫ.e.l.annus. quod ſi intra annũ
mortuus ſit,criminis cauſa expirt,& perit,& bona eius ad ſuc-
ceſſores trãſmittũtur:ſi ſaltē reus requiſitus intra annũ iudicē
adierit,& ſatis obtulerit de ſtando iuri:vt ꝫ.l.j.in fi.& C.eo.l.j.
C.ſi pendente appella l.eius qui. Niſi ſit crimen, quod morte
non extinguatur. ꝫ.ti.ꝫ.l.in ſenatus.§ſi propter.

### De quæſtionibus.

In criminibus ſeruãdis & inueſtigãdis ſolet adhiberi q̃ſtio.
Eſt aũt Quæſtio inquiſitio veritatis per tormēta. Nuda enĩ in-
terrogatio,vel leuis territio non pertinet ad hũc tractatũ. ꝫ. ad
Syl.l.j.§.quæſtionē. Vel ſic: Quæſtio eſt tormētũ. vel corporis *Quæſtio.*
dolor,ad eruendã veritatē adhibitus. Et verbo quæſtionis con
tinebitur etiã ea,quã malã mãſionē dicimus,id eſt,carcer. Qñ
igitur per vim,vel per tormenta interrogationes fiũt, tũc quæ
ſtio intelligitur,vt ꝫ.de iniur.l.itē apud §.quæſtionis.& de rei
vē.l.cũ ſuperuenis. Qñ aũt,vel quatenus hoc faciēdũ ſit,hoc ti.
tractatur. Nã diuus Auguſtus conſtituit,non eſſe tormētis in- *Carcer.*
choandũ. Sed tunc quando ſuſpectus eſt reus,vel alijs iudicijs,
vel argmentis probatio adiuuatur. Vbi autem non ſunt indi-
cia,non eſt facienda quæſtio. Nam quæſtio eſt res fragilis, &
periculoſa,quæ veritatem fallit. Nam pleriq; patientia ſiue du
ritia ita tormenta contemnunt,vt exprimi ab eis veritas nul-
lo modo poſſit. Alij tantę ſunt impatiētię,vt in quouis mētiri
quam pati tormenta velint:& ita fit,vt etiam vario modo fa-
teantur,vt non tãtũ, ſe verũetiam alios criminentur. Requi- *Tria requiſita ad quæſtionem.*
runtur ergo ad quæſtionem tria, Primò,quòd veritas aliter ha
beri non poſſit:nam tormentũ infertur cauſa inueſtigandi ve-
ritatem,& in ſubſidium:vt in l.diuus Pius.ꝫ.eo.& v.q.v.c.illi.
Secundo requiritur, quod præcedant aliqua indicia ſiue præ-
ſumptionis,vel ſemiplenæ probationis. Nam ſine indicijs non
eſt inferenda quæſtio:vt in l.ex libero.ꝫ.eo. Tertio requiritur,
quòd quis perſeueret in confeſſione in tortura facta,id eſt,qđ
extra locum tormētorum iterum confiteatur,ratificando prio
rem confeſſionem:ita tamen,quod non videat iſta tormenta:
aliàs videtur feciſſe metu tormentorum in l.ij.& ibi Bart.ꝫ.eo.
& xv.q.vj.c.j.& xxxj.q.ij.Letarius. Et dicitur Quæſtio à quæ-
rendo:quia iudex per tormentum inquirit veritatem. Et dicit

Tor

Universidad de Deusto Biblioteca



Tormē tum.

Tormentum,quaſi torquens mentem:à torqueo. ita not.per Doct.in c.in contemplatione.de reg.iur.in decre.

## De pœnis.

Pœna eſt delicti,vel delictorū ſatiſfacio, quæ lege,vel miniſtro legis imponitur.Et certum eſt,quod imponitur ꝓpter delicta.Sed in his attenditur, vtrū delictū proueniat ex animo, an non.Si enim ex animo nō ꝓueniat, plerūq; nullo mō punitur, maximè ſi caſu,vt venādo:vel impetu,vt ꝑ furorē forte, vel ebriatate cōmittatur:vt ff.ad l.pom.de par.l.pe.& de off.præf.l.diu°.ff.l.reſpiciēdū.Et aliqū punitur leuius: vt cum laſciuia,vel malo exēplo cōmittitur: vt ff.ad l.corn.de ſic.l.iij.§.ſi ex l.iiij.§.j.& ff.e.l.abſentē §.vlt.Et ſunt ſeptē gn̄a pœnarū quibus iudices aliquē afficere poſsūt. Quædā enim pœnæ viā adimūt, aut ſeruitutē inīūgerūt,aut ciuitatē auferūt,aut exiliū,aut coërcionē corporis cōtinēt,vel ſuſtiū ammonitionē,vel flagellorū caſtigationē,vel vinculorū verberationē,aut dānū pecuniæ cū infamia,aut dignitatis alicuius depoſitionē,aut alicuius actus prohibitionē,de quibus in l.ſi quis forte.in fi.cum duab° ſeq. ff.eo.Capitaliū autem pœnarum iſti ſunt gradus. Nam ſummū ſupplicium videtur,Ad furcā damnatio:item Viri concrematio:item Capitis amputatio:item Ad beſtias ſubijci.Deinde ꝓxima mortis pœna & metalli coërcio.In inſulam deportatio: vt in l.capitalium.ff.e Eſt aquæ & ignis interdictio:vt ff.de pu.iudi.l.ij Eſt & alia pœna de qua C.de mal.& mat.& ſi except. Eſt & alia ff.ad leg.pom.de parric.l.penul.

Septē genera pœnarum.

## De bonis damnatorum.

Quicunque ſupplicium,id eſt,mortē naturalem,vel ciuitatis,vel libertatis amiſsionē patitur,eius bona publicantur:vt ff.l.j.& C.eo.l.in metallum.niſi in duobus caſibus not.in l.j.& C.de mal.quæ ſer.propri.l.j.& C.de rap.vir.l.j.Iure autem nouiſsimo locum habet quod dicitur in Auten.vt nulli iudi.§.fi. Quod autem dicitur,damnati bona publicari,diſtinguendum eſt,vtrum ſeru° fuerit tunc, locum habet lex j.§.ſi liber.C.eod. Aut filiusſa.quo caſu non aufertur patri peculium, etiā ſi erat caſtrenſe.C.eo.l.ſi filius. Aut fuerit paterfa & tunc refertur,an curialis,an non curialis fuerit Si curialis, & habeat filios maſculos,& non filias,filij omnia habent.Si filias tantū,ipſæ habēt dimidium,& curia relinquam dimidiam.Si filios habet & fi



lias:filij ſoli habēt vnā dimidiā:& cū ſororib° ſuis aliā partiātur dimidiā ꝑ viri portione.Vbi aūt nō eſt curialis,publicātur oīa:ſed princeps ex æquitate cōcedit dimidiū liberis dānati: & q̄ꝗ; omnia ſi magnus ſit numerus liberorū. Sed vbi dimidia tātū publicatur,nihil conceditur liberis:vt in l.j.ff.e.in fi.& l.vlti.§.ſi plures. Patrono autē non diminuitur ſua portio,dānato liberto.ff.e.l.vl.§.ſi libertū.In publicatione aūt bonorū ſciēdū eſt,quod hodie non fit ſi dānatus habeat cognatos vſq; ad tertiū gradum incluſiuè.In crimine maieſtatis nil innouatur.

## De bonis eorum, qui ante ſententiā mortē ſibi cōſciuerint, vel accuſatorem corruperint.

Nunc de bonis quaſi damnatorū,id eſt,eorum qui mortem ſibi infligunt.Super quo diſtingue:vtrū conſcientia delicti aliquis infligat ſibi mortem,an alia cauſa,vt impatientia doloris vel ob pudorem æris alieni:& in his certum eſt non auferenda bona.Sed in primo caſu diſtinguitur:an erat tale crimen,ob qđ non erāt publicāda bona,puta furtum,& tūc non auferūtur bona hæredibus:an caſu quo erāt publicanda,& tunc aut erat tale crimen,cuius accuſatio poterat inchoari poſt mortē,vt Repetūdarū,Peculatus,& Læſæ maieſtatis: & auferūtur hæredibus bona.Si aūt non poterat inchoari poſt mortē, & non auferūtur bona,niſi conſciuerit ſibi mortē poſt litē cont.vel poſtquā fuerit in ſcelere deprehenſus ff.de iure fiſ.l.in fraudē.§.ij.& iij.& ff.de iniuſ.rup.teſt.l.ſi quis hæredato.§.ſibi autem.ff.e.l.vlt.vſq; ad §.vl.& C.e.l.j.& ij.In capitalibus criminibus quæ pœnā mortis cōtinent,non nocet aduerſarium corrumpere:nā ignoſcendū eſt ei,qui ſanguinem ſuum qualitercūq; redemptū per pecuniam voluerit.In his aūt criminibus,quæ ſanguinem non infligunt,qui aduerſarium ſuum corruperit, hoc eſt,accuſatorem punitur:vt ff.de præuari.l.fi.

Corrūpere aduerſariū

## De interdictis, & relegatis, & deportatis.

Triplex eſt exilium:Aut certorum locorum interdictio, vt aliquis Bonaniæ vel mutinæ non ſtet. Aut lata fuga,vt omniū locorum interdicatur præter certum locū puta vt ſtet Mutinæ tantum,vel bononiæ.Aut inſulæ vinculum,id eſt,relegatio in inſulam, vbi non ſtat cum hominibus.Relegatorū duo ſunt genera.Sunt quidam qui in inſulam relegātur:& ſunt qui ſimpliciter,vt prouincijs eis interdicatur,non etiā inſula aſsignet.

Exiliū.

Universidad de Deusto Biblioteca

Et hæc eſt differẽtia inter Relegatos & Deportatos: qđ in inſu-
lã relegari & ad tẽp⁹, & in perpetuũ quis põt. Et talis ciuitatem
Romanã retinet, & teſtamẽti factionẽ non amittit. Et ſi ad tẽ-
pus relegatur, neq; bona, neq; pars ei adimitur. Deportari aũt
quis poteſt: & talis familiã perdit, & ciuitatẽ, & bona ſua. ĵ l. re-
legati. & l. relegatorum. §. hæc differẽtia. Ex enim deportatio
dãnatio in inſulã ob aliquod crimẽ capitale aĩo perpetuò id
manẽdi. Et illa dicitur mors ciuilis, & cõparatur morti natura-
li in illis, in quibus mors ciuilis habet eũdẽ effectũ cũ morte na
turali: vt in adeunda hæreditate, bon. poſ. inſtituendo hære-
de, &c. perdunt enim ea quæ ſunt iuris ciuilia, vt teſtari, & ſimi
lia. Ea vero quæ ſunt iuris gentium retinent: vt in l. quidam. ꝯ.
de pœn. ita dicit gloſſ. in c. placuit. ij. xvj. q. j. Interdictio autem
eſt extra eam prouinciam, in qua quis domicilium habet, vel
in qua incola eſt, prohiberi amplius morari, vel extra patriam
ſuam mitti. Et interdum ſolet etiam per ſententiam quibuſdã.
interdici, ne intra patriæ terriorium, vel muros morentur:
vel ne excedant patriam, vel vt in vicis quibuſdam morentur
aut ſuburbijs: vt fit Baſileæ. Item conſtitui in honoribus ſolent
aliquando, vel ad tempus, vel perpetuum interdici honore, vel
ne penitus honorem adipiſcantur: vt in l. relegatum. ĵ. eo.

Relegati. Deportati. Interdictio.

## De ſententiam paſsis, & reſtitutis.

Serui pœnæ.

Paſsi ſententiam dicuntur, quibus ob atrocitatem criminis
aliqua ex ſolennibus pœnis per ſententiam inflicta eſt, vel in-
juncta: vt eſt vltimum ſupplicium, ſeruitus pœnæ, damnatio
in metallũ, deportatio, & ſimiles: tales enim per ſententiã dãna
ti, dicuntur fieri ſerui pœnæ: ſuppliciũ enim eorũ dominus eſt,
vt in l. iij. ꝯ. de his quæ pro non ſcrip. hab. licet iure nouiſsimo
nemo ingenuus bene natus fiat ſeruus ex ſupplicio: vt in Auten.
de nup. §. quia vero & §. quod autem collo. iiij. quod quomodo
intelligit debet, not. gloſſ. in Autentic. ſed hodie. C. de donat.
inter vir. & vxor. Et tales ſi ex indulegentia principis reſtitui
ſunt, & per omnia priſtinum ſtatum recipiunt, ſcilicet quan-
tum ad honores, vel ordines, & ſimilia: vt C. eod. l. j. & etiam
ad patriam poteſtatem: vt inſtit. quib. mod. ius pat. pot. ſol. §.
cum autem. Eſt tamen differentia quibus verbis princeps vta-
tur. Nam ſi dicat, Reſtitutio te: tunc ad omnia videtur reſtitut⁹
vt ꝯ. dixit: quia verbum Reſtituo, generale eſt. l. videamus. §. in
fi.

Reſtitutio principis.



Fauiana. ꝯ. de vſur. & ĩ l. fi. in fi ĵ. de verb. ſig. Si naũt dicat, indul
geo tibi: quo caſu de pœna tãtũ remittẽda cogitaſſe videt. C. e. l.
generalis. & l. tutor. & l. cum indulgẽtia & C. de genera. aboli. l.
fi. q̃a pœna põt demi, culpa perẽnis erit, id eſt, mala vt dicit gl.

## De cadaueribus punitorum.

Corpora eorum, qui capitali crimine damnari ſunt, cogna-
tis, vel quibuſlibet petẽtibus ad ſepulturam danda ſunt, & nõ
neganda, Imò etiam corpora exuſtorũ peti poſſunt, ſcilicet oſ-
ſa & cineres collecta ſepulturæ tradi poſſunt. Tamen hoc de-
bet fieri ex indulgentia à principe petita, & conceſſa, Sic & Io-
ſepe petijt à Pilato corpus Chriſti: vt dicit glo. in l. j. ĵ. eo. & fa-
cit C. de relig. l. obnoxios. Aliquando tamen non permittitur,
maximè in damnatis cauſa læſæ maieſtatis. vt in l. j. §. hodie. ĵ.
eo. de hoc xiij. q. ij. quæſitum. Prohibentur etiam ſepeliri incen
diarij. xxiij. q. viij. de incendiarijs. item mortui in torneamen-
to: item qui ſeipſos interficiunt, &c. vide bonam glo. & ibi not.
per Doc. in c. ex parte. ij. de ſepul

# LIBER XLIX.

## Et XI. huius.

## De appellationibus, & relationibus.

NEmo eſt qui neſciat, quàm frequens, quamq; neceſſarius
eſt appellandi vſus: nam per eum vel iniquitas iudicãtiũ
damnoſa, vel imperitia negligentiũ corrigitur. l. j. ĵ. eo. licet nõ
nunquàm bene latas ſententias in peius reformet: neq; enim
vtiq; ſemper melius pronũtiat, qui nouiſsimus ſentẽtiã laturus
eſt. Eſt aũt Appellatio ſecundũ Azo. ſententiæ à minori iudice Appellatio.
latæ per inuocationẽ maioris iudicis, prætextu iniquitatis pri
mæ ſententiæ reſciſsio. ꝯ. de mino. l. præfecti. & ad Turp. l. j. §.
vlt. Vel eſt ab inferiori iudice ad ſuperiorem gradatim facta p
uocatio: vt dicit gl. ĩ c. ij. de conſue. li. vj. & ij. q. vj. anteriorũ. Re
latio verò, eſt remiſsio cauſæ ad ſuperiorẽ facta. Et eo ipſo quòd
iudex dicit, referre velle negotiũ, non poteſt amodo cognoſcere
vt C. de rel. l. j. & C. de app. l. ex illo. Et debet iudex ilico relatio-
nis exemplum litigatoribus edere. c. intimaſti. de app. & ĵ. l. ij. Relatio
& iij. C. de relig. Appellare poteſt ille qui eſt condemnatus, ſit
vnus vel plures. C. ſi vnus ex plu. app. & c. ab vno. de appel.

A qui

Universidad de Deusto Biblioteca



## A quibus appellari non licet.

Superuacuũ eſt admonere, à quibus non licet appellari: quia omnes ſciunt, non eſſe à principe appellandum, cum ipſe ſit qui prouocantur: vt j.l.j.& in Auten.de ſanct epiſ.§.j.ſed ab eius reſcripto bene appellatur: vt ß.tit.j.l.j.§.j.& C.e.l.nõ eſt nouũ. Interdũ etiam imperator ita ſolet iudicẽ dare, vt nõ liceat ab eo prouocari: & tũc non appellatur ſecũdũ leges. Secus iure canonũ: vbi ſola friuola appellatio per hanc clauſulã, Appellatione remota, remouetur: vt no.in c.paſtoralis.de app.& ponit gl.fi.j.eo.l.j.Item qui ante ſentẽtiam profeſſus in iudicio fuerit ſe nõ prouocaturũ, vel extra iudiciũ cũ aduerſario ſuo paciſcitur, indubitatè auxiliũ appellationis perdit: vt j.l.j.§.ſi quis. & C.de temp.appel.l.j.in fi. An aũt ab arbitris appellari poſſit, & à quibus.no j.l.fin.& eſt hodie clarè expeditum in c.ab arbitris.de offi.dele.lib.vj.Item à ſenatu non appellatur. Item non appellatur à ſententia Præfecti prætorio.ß.de ſententia præf.præt.

## Quis: & a quo appelletur.

Appellare quis poteſt à diffinitiua ſententia, non ab interlocutoria.niſi in caſu, cum iudex queſtionem in ciuili negotio, vel criminali habendam, contra leges interlocutus eſt.j.de appell.reci l.ante ſententiam. Et eſt hoc intelligendum de quæſtione quæ fit per tormenta, non de quæſtione principali, quã iudex interlocutoria ſententia diffiniuit.ß.tit.proxi.l.vlt.Item poteſt appellari à tota ſententia, & à certo capitulo eius: tũ ſi appelletur ab vno capitulo, non reſcinduntur ideo alia, niſi ſint conexa.ß.de minor.l.etiam.§.ex cauſa.vbi aũt quis damnatus, ex pluribus facinoribus propter quædam appellauit, propter quædã nõ: ſi quidẽ appellauit in grauiori, differtur pœna in leuiaribus. Si verò appellauit leuiori, grauiũ pena eſt omnino imponenda.j.nil noua.appellatio.pen.l.j.§.vlti.Itẽ poteſt appellari à conſultatione. Item poteſt appellari ab iniqua interpretatione ſententiæ: ſi tamen is habuit poteſtatẽ interpretandi, veluti procurator Cæſaris, & præſes prouinciæ: ita tamen vt in cauſa appellationis reddendæ hoc ſolum quæratur, an iure interpretatum ſit j.eod.l.ab executore. Item poteſt quis appellare à ſententia iudicis ordinarij: Item à ſententia iudicis delegati, licet delegatus ſit à principe: vt dixi.ß.titul.proxim.

Quan



## Quando appellandum ſit, & intra quæ tempora,

Appellatio fit apud acta ſola voce vel dicto, ſi dicat appello. Si autem non apud acta quis appellat, libellus appellatorius offerendus eſt ei, à quo appellatũ eſt, ſi eſt copia, Alioquin ei quẽ appellat.ß.de ap.l.j.& ij.& C.eod.l.litigato.l.eos.§.ſinautem.& j.eo.l.i.§ dies.& § ſi quis. Libello autem appellationis porrecto iudici, ſi quidem recipiat, bene eſt: tunc enim & ipſe iudex dare debebit libellos dimiſſorios, ſiue apoſtolos intra xxx.dies, etiã non petente appellatore: ſed & appellator cum inſtantia debet petere.j.de lib dimiſſo.l.j quod ſi non fecerit, imputatur ei: licet iudex male fecerit, qui non dedit ei.C.de appel.l.eos.§.appellationes.& l.iudicibus. Si verò non debuit eam recipere, quod ex multis cauſis contingere poteſt.j.de app.recip.l.vltima & C.quorum app.non reci.nihil ſibi præiudicat. Immò qui temerè appellauit, punitur in quinquaginta libris agenti, & infamatur, & mediocrem pœnam corporalem ſubibit.C.de appella.l.eos.§.ſuper his.& l.à procõſulibus & C quorum appellationes non recip l.ab executione.§.vlti. Fiebat olim appellatio intra biduum in propria cauſa, quod computabatur à die latæ ſententiæ. In aliena autem cauſa computabatur triduum j.l.j.§.biduum.& §.dies.& §.in propria.& C.de appel.l.eos §.ſinautem. Hodie vero decendium eſt indultum ad appellationem faciendam à recitatione ſententiæ numerandũ: vt in Autent.de app.& intra quæ tempora.j.reſponſo.quod tempus non currit, niſi à tempore ſententiæ, & ſcientiæ.C.eod.l.j.& C.quomodo, & quando iudex l.ab eo.

Liboll^s appellatorius.

Temere appellare.

Intra quæ tẽpora appel.

## De appellationibus recipiendis, vel no.

Non omnes appellationes recipiuntur: ſed hæ ſolũ, quæ ſiũt ab his, quorũ intereſt, vel peculiariter vt ß.de app.l.iiij.§ j.vel affectione: vt ß de ap.l.nõ tantũ.vel quibus mãdatũ eſt, vt procuratores, vel qui negotiũ alienũ gerunt, quod mox reus ratum habet: vt j.l.j.Itẽ qui friuolè, vel ſine cauſa appellat, non auditur: vt in c.vt debitus.de ap.Item vbi res dilationẽ non recipit, nõ permittitur appellare.ß.de app l.cõſtitutiones.veluti ne teſtamentũ aperiatur: vt C.eod.l.quiſquis.Item ne frumentũ in vſum militum contrahatur, C.eod.l.fin.Item ne ſcriptus hęres in poſſeſsionem inducatur. Item ſi ex perpetuo edicto aliquid decernatur, nõ permittitur appellare quo minus id fiat. Itẽ quo

Quorũ appell. recipiantur.

o minus

Universidad de Deusto Biblioteca



minus pignus vendere liceat, appellari non poteſt.ǰ.eod.l.fin.
Item non appellatur poſt lapſum decendij:in auten.de app.§
& ſcimus.colla.iiij.niſi ratione ætatis vel alicuius cauſæ perti-
nentis ad titulũ in integrum reſtitutionis interueniat.ff.de in
inte.reſtit.l.vlti.& ff.de mino.l.ait prætor.Item nõ appellatur
ab executione,vel executore ſententiæ,niſi in caſu quando exce
dit modũ iudicationis,vel qñ nimis citò exequitur ſententiam
vt ff de app.l.ab executore.& C.e.l.ab executione Itẽ non appel
latur à nominatione numeris publici vtilitate priuata,vt tute-
læ,vel curæ:niſi qũ reprobatur executio.ff.qñ app.ſit.l.j.§ ſi qs
Inſtit.de excu.tu.§.qui aũt.Item non appellatur à ſentẽtia con-
demnatoria criminis,cùm publicè interſit ſtatim puniri dam-
natos,vt ſunt inſignes latrones, & ſeditionũ concitatores, vel
duces factionũ:vt ff.de appella.l.cõſtitutiones,idem eſt in ra-
ptu fœminarũ.C.de rap.vir.l.ǰ.§.ſin autem.Item non appellat
is,quẽ publicè cõſtat eſſe debitorẽ,eo apertè,manifeſteq; cõui-
cto.C.eo.l.vlt.Itẽ nec appellat conuictus is,à quo fiſcalis calculi
ſatisfactio poſtulatur,aut tributariæ functionis ſolẽne munus
expoſcitur.C.eod.l.abſtinendũ.Item non appellat quis tertio
in eadem cauſa, ſecundo verò regulariter appellat.C.ne liceat
in vna eademq;.l.j.interdum ſemel tantũ appellatur.in autent.
de ſanc.epiſcop.§.ſi quis.& C.de appel.l.in offerendis.

### De libellis dimiſſoriis, qui apoſtoli dicuntur.

Poſt appellationem interpoſitam iudex,à quo appellatum
eſt,literas dat ad eum,qui de appellatione cogniturus eſt,quas
Dimiſſoriæ literæ. literas dimiſſorias,ſiue apoſtolos appellant. Senſus autem li-
terarum talis eſt:Appellaſſe Titium à ſententia illius,quę inter
illos dicta eſt:adeo à meo iudicio illum dimitto,& ad veſtrum
examen dirigo.ad quod ǰ.de verb.ſign.l.dimiſſoriæ. Sufficit
Apoſtoli. autẽ petere Apoſtolos inſtanter,& ſæpius intra ſtatuta tempo-
ra,id eſt,xxx.dies à die latæ ſententiæ:vt C.eod.l.iudicibus.&
in c.ab eo.de app.lib.vj.& ſi iudex non det, conteſtetur appel-
lans hoc ipſum,& non nocebit ei,ex quo per eum non ſtat.C.
de app.l.eos.§.apoſtolos & ǰ.l.vna.in fin.

### Nihil nouari appellatione interpoſita.

Appellatione interpoſita, ſiue ea recepta ſit, ſiue non, me-
dio tempore nihil nouari debet: puta executio ſententiæ,vel
quid ſimile:& hoc ex duplici capite. Nam ſi fuerit recepta ap-
pella-



pellatio,ex eo quod recepta eſt:vt Autent.vt cum de appel.cog.
in princi.& in Autent.vt nulli iudi.Si vero non eſt recepta,nec
nihil debet nouari,ne præiudicium fiat appellationi, quouſque
deliberetur vtrum recipienda ſit appellatio, an non. Recepta
autem appellatione, tandiu nihil erit innouandum, quandiu
de appellatione pronuntiatum ſit, vtrum iuſta ſit,vel non:vt
ff.titul.ij.ſciendum.vel donec lapſa ſint fatalia: quia tunc fir-
ma eſt ſententia prima.C.de temp.appel.l ſi.§.illud.

### Quæ ſententiæ ſine appellatione re ſcinditur.

Aliquando contingit,quòd ſentẽtia lata,etiã ſi grauamẽ par
ti inducat.reſcinditur tñ,quãuis prouocatũ non fuerit:vt cum
contra ſacras conſtitutiones iudicatur,appellationis neceſsitas
remittitur:vt ff.de app.l.expreſſum.Fallit hoc in certis caſibus
no.ǰ.l.j.§.cõtra cũ itẽ.per gl. Itẽ cũ qs cõdẽnatur ex edicto perẽ
ptorio,qđ neq; ſolẽniter ꝓpoſitũ eſt,vt debuit, neq; in notitiã
peruenit abſentis:talis enim ſñia,vt cõſtitutiones demõſtrat,nul
liꝰ eſt momẽti.ǰ.l.j.§.cũ ex edicto.Itẽ ſi error calculi in ſñia eſſe
dicatur, apellare non eſt neceſſe.Itẽ ſi quis cõdẽnatur in rebus
quæ tp̃e dictæ ſñiæ non ſunt in rerũ natura. Itẽ ſi qs condẽnatẽ
in rebus,quæ in humanis non ſint quo tp̃e datus eſt.Itẽ ſi impo
ſibile ſit preceptũ iudicis,impoſsibilitate iuris,vel naturæ: vt
ǰ.l.ij.& iij.Itẽ nulla eſt ſententia,cũ non iudicauerũt oẽs, q de-
buerũt iudicare:puta ex duobus delegatis alter ſine reliquo iu-
dicauit.C.e.l.cũ magiſtratus.& in Auten.vt iud.non expec ſa-
cras iuſ.§.ſi autẽ deo.& ff.de arb.l.e.ſecuti.Itẽ nulla eſt ratiõe ex
ceſſæ metæ in mulctando: vt C.eod.l.certa.& de modo mulc.
vel ratione exceſsi temporis in iudicando, vt ſi erat delegatus
datus,vt pronuntiaret ad certum diem.C.eo.l.cum nõ eo die.
Item nulla eſt ratione pretij,ſi lata eſt per pecuniam. C.eod.l.
venales.Item decretũ nominationis eſt ipſo iure nullum, pro-
pter priuilegium minoris ætatis,vel veteranorum: vt C.eod.
l.pe.& vlti.Sunt & alij modi plures, quibus ſententia eſt nulla
ipſo iure,qui not.C.de ſenten.Et quomodo,& quan.iudex.

### An per alium cauſæ appellationum red di poſſunt.

In cauſis vel rebus pecuniarijs etiam per alium cauſæ appel
lationis reddi poſſunt.Si autem non ſit pecuniaria cauſa, ſed

Universidad de Deusto Biblioteca



capitalis, per procuratorem agi non licet. ff. de pub. iudi. l pe. §. ad crimen. Sed & ſi ea cauſa ſit, ex qua ſequi ſolet pœna vſque ad relegationem excluſiuè, incipiendo computari à capitali de ſcenaue: nõ oportet per aliũ cauſas agi, ſed ſi ipſum principalẽ perſonaliter auditorio adeſſe debere. Sed ſi pecuniaria cauſa eſt ex qua ignominia ſequitur, poteſt per procuratorem hoc agi. Et generaliter quæ cauſa per alium agi non poteſt, eius nec appellatio per alium agi conceditur: vt ſ. l. j. in fine. Quæ autem cauſæ per alios agi poſſunt, ponit gl. j. l. j. §. j. in verbo ignominia, & gl. in c. j. de iud. lib. vj.

Que cauſæ p alios poſsit agi.

## Si tutor, vel curator, vel magiſtratus creatus appellauerint.

A munerib' pu. nõ app.

Hi qui ad numera publica nominati & electi appellauerint ſi legitimas cauſas non probauerint, periculo eorũ erit, quicqd dãni per moram appellationis reipub. acciderit. Si aũt apparuerit eos neceſſario appellaſſe, æſtimabit præſes vel princeps, cui ſit hoc damnũ aſcribendum faci t ad hoc ff. de appel. imperatores. §. ſi magiſtratus. & C. quando appel. ſit. l. j. §. alia.

## Eum qui appellauerit in prouincia defendi.

Qui appellauerit, ſi appellationis cauſa peregrinetur, animo proſequendi, vel exercendi appellationẽ, in prouincia ſua defendi debet in alijs cauſis: nec habet neceſſe perſonaliter defendere, aut perſonaliter reſpondere: hoc enim illis præſtatur, nec neceſſe habent ſe defendere, qui Reipub. cauſa abſun. ſ. l. ij. tñ ſi non defendantur, ſit miſsio, & venditio bonorum eius: vt ff. q. ex cauſ. in poſ. eatur. l. ad cognitionem.

## Apud eum, a quo appellatur, aliam cauſam agere compellendum.

Iudex à quo in v nacãap.

Hoc iure vtimur, vt quamuis appellatio interpoſita ſit, tamẽ apud eundẽ iudicem à quo quis prouocauerit, compelletur alias cauſas, ſi quas habet, agere: cũm habet ibi domiciliũ, aliàs contra: vt ff. de iudi. l ij. §. & quoq. Nec poteſt reputare iudiciũ ſibi offenſum, vt non debeat coram eo experiri, vel agere. cũm poſsit denuo prouocare. C. de appel. l. & in maioribus. Sed eandem cauſam, in qua appellauit, nullo modo ibi agere tenetur: vt C. de appel. l. eos. Immo ſi ageret, diſcederet ab appellatione ſua. c. gratum. §. j. de offi. deleg. & in c. eum veniſſet. de teſta.



## Si pendente appellatione mors interuenerit.

Aliqñ appellatio porrecta, & ſuſcepta ab initio, extinguitur ex poſt facto. Circa quod ſciendum, quod morte rerum interuenientẽ, de quibus agitur, cauſam poſtea nihilominus agi poſſe: ſi fuerit talis, quæ mortua poſsit eſſe vſui hominis, puta porcus vel qui ſimile: maximè cum quis fuerit in mora: vt ff. de condi. tur. l. ſi ſeruus furtiuus. §. bonę. Si verò non poſsit eſſe in vſu hominis: vt quia homo eſt, vel q ſimile, quod mihi tenebaris reſtituere, & deſijt eſſe in rerũ natura: ad rẽ quidẽ, vel propter rẽ ipãm principaliter præſtãdã agi non põt: ſed tñ agi põt ꝓpter peculiũ. itẽ põt agi ad ꝑtiũ rei ſi mora præceſsit mortẽ rei ff. de ver. obl. l. inter ſtipulãtẽ. §. ſi Stichũ. & C. e. l. q̃uis. Si vero cõtingerit mors ipſis litigatoribus, ſiquidẽ ciuilis erit cã, appellatio facta durabit, etiã poſt mortẽ appellatoris, vt habeã neceſſe, vel prouocationẽ exercere, vel ſtatutis acquieſcere. C. e. l. j. Si vero fuerit criminalis, ſiue reus, ſiue accuſator moriatur, extinguitur cauſa: ſi tñ non expreſsẽ, ſed tacite bonorũ fuerit facta adẽptio tũc enim quia expreſſum eſt inualidũ, nec valet quod tacitè in eſt. ff. de ſer. ruſt. prædi. l. itẽ. §. qui habet. vbi vero expreſſe ſit ademptio bonorũ, quaſi duæ ſunt ſetentiæ, quia duo ſunt capitula: vnde vno irritato, nihilo minus valet reliquũ. C. ſi reus vel ac. mor. fu. l. vl. Sed tñ vbi hæres cauſam appellationis tenetur proſequi, vel exercere, ad minus, quatuor menſes habet ad exercendum appellationem, non ad deliberandum, etiã ſi minus ſuperat defuncto. Si vero plus ſupererat ei, & illud habet. C. e. l. vltima. & C. de iur. deli. cum anterioribus.

Res litigioſa mortua

## De iure fiſci.

Variæ ſunt cauſæ, ex quibus nuntiatio ad fiſcũ fieri ſolet: nã ſi ille qui eſt incapax, puta deportatus, hæreticus, damnatus in metallo, nat' ex dãnato coitu, ſiue hæres ſit, ſiue legatarius, vel fideicommiſ. ſe defert fiſco, & profitetur ſe capere non poſſe: vel ab alio præuentus defertur: vt j. e. l. ſenatus. §. ſenatus. vel quod mors ab hæredibus non vindicetur: vt C. vbi cau. fiſ. l. j. & C. de his quibus aut indign. l. j. vel quod indignus hæres quis nũtiatur: vt ff. de quibus vt in dig. l. indignũ. vel quod princeps hæres inſtitutus eſt, & teſtamentũ, ſiue codicilli ſurrepti eſſe nũtiãtur, vel quod dicatur quis theſaurũ inueniſſe in loco publico, vel

Cauſæ fiſca.

vel fiſcali:vel ex præuaricatione fiſcũ victũ eſſe:vel talẽ deceſſiſſe, qui in capitali crimine eſt dãnatus, & bona expreſſe adempta:vel qui timore futuræ pœnæ ſe occidit:vel aliquẽ poſt mortem rerum eſſe.vt ff.de accu.l. ex iudiciorum.vel domũ deſtinctam eſſe per vim publicam,vel priuatam.ff.ad leg.Iul.de vi publ.l.hi qui.vel ab accuſatione receſſum, & ob id de calũnia vel tergiuerſatione dãnatum eſſe: vel rem litigioſam venundari:vt C.de liti.l.fi.vel pœnam fiſco ex contractu priuato deberi.ff.eod.l.aufertur.vel quod à præſide aduerſus legem commiſſum eſſe,vel factum:vt C.de aſſeſ.l.conſiliarios & C.ad legem Iul.repe.l.j.His enim caſibus bona ad fiſcum deferuntur: & dicitur fiſcus iure ſuo talia bona occupare. Sed nuntiatio vacantium bonorum quadriennio finitur:vt ff.l.j.Dicitur autem

**Fiſcus.** Fiſcus,pecunia regis,ſiue ærarium publicũ, quo tales pecuniæ pœnales reponuntur.Inde dicitur, quod omnia quæ turpiter quæſita ſunt,vel cum peccato detinentur, ſpectãt ad fiſcũ:vt in l.Lucius ff.e. Et quod nõ capit Chriſtus,capit fiſcus:vt ibi.& xvj. maiores. & propriè quid ſit Fiſcus, vnde dicatur,ponit.Bar.C.e.ſuper rubrica.li.x.& in l.in prouincijs.in gl.largitionales.C.de nu.& actu. Et de natura fiſci ponit Bal.in quodam conſilio quod incipit Sanctiſsima & illuſtriſsima.

## De captiuis, & poſtliminio reuerſis: & de redemptis ab hoſtibus.

*Iure gentium capti in bello ſerui efficiuntur capientium:vt*

**Captiui** Inſti.de iure nat.§.ius autem gentium. Nam Imperatores iuſſerunt captiuos vendere, ac per hoc ſeruare, ne occiderentur. Inſti.de iure perſ.§.ſerui autem.& qui ita in captiuitate fuerãt à legitimis actibus prohibeantur:vt ff.de teſta.l. lege Cornelia.in fi.& ff.de lib.& poſth.l.penul.& vlti. Secutum eſt autem

**Poſtliminiũ.** poſtea ius poſtliminij:quod eſt ius amiſſæ rei recuperandæ ab extraneo,moribus & legibus conſtitutum vt habetur ff.l.poſtliminium.§.reſponſo.& dictum eſt Poſtliminium à limine,& poſt:vnde etiam qui ab hoſtibus captus eſt, & in fines noſtros poſtea peruenit,Poſtliminio reuerſum recte dicimus. Nã ſicut in domo limina finem quemdam faciunt ſic & Imperij finem limen eſſe veteres voluerunt:ab eo Poſtliminium dictum,quia ad idem limen reuertebatur,quod amiſerat:vt *Inſti.*quib.mo.ius pa.po.ſol.§.ſi ab hoſtibus.Et competit ius poſtliminij aut

in



in pace,aut in bello.In bello, cum hi qui nobis hoſtes ſunt,aliquẽ ex noſtris ceperũt,& intra præſidia ſua perduxerunt: nã ſi ex eodẽ bello is reuerſus fuerit:poſtliminiũ habet,id eſt,perinde omnia reſtituuntur ei iura,ac ſi captus ab hoſtibus nõ eſſet: & ſicut antequã in præſidia hoſtium deduceretur ciuis fuit,ita etiã intelligitur reuerſus:vt ſi ad amicos noſtros perueniat, aut intra præſidia noſtra eſſe cœperit.l.poſtliminij.ff.eo.Sunt autẽ Hoſtes,quibus bellum publicè populus Romanus decreuit, vel ipſi populo Romano:cæteri vero Latrunculi,vel Prædones appellantur:& qui à talibus capitur,nõ eſt ſeruus eorum,nec poſtliminium illi neceſſariũ eſt.l.hoſtes.ff.eo.vbi Barto.tractat,an hodie inter Chriſtianos locum habeat ius poſtliminij.

## De re militari.

Res militaris dicitur, quæ ad diſciplinã & exercitiũ militiæ pertinet.Hinc dicitur,quod omne delictũ eſt militis,quod aliter quã diſciplina cõmunis exigit,cõmittitur:veluti ſegnitiæ, vel deſidiæ.l.omnẽ.in prin.ff.eo.Et officiũ regentis exercitũ nõ tãtũ in dãda,ſed etiã in obſeruanda diſciplina conſiſtit: Meminerit qui armato præeſt,parciſsimè dare cõmeatũ,equũ militarẽ extra prouinciã ſuã duci nõ permittere:ad opus priuatũ, piſcatũ, venatũ,militẽ nõ mittere.l.officiũ.in prin.ff.eo.Officiũ Tribunorũ eſt,vel eorũ q exercitui præſunt,milites in caſtris cõtinere & ad exercitationẽ perducere,claues portarũ ſuſcipere,vigilias interdũ circumire,frumentationibus commilitonũ intereſſe,frumẽtũ probare fraudã menſuræ coercere,delicta ſecundũ ſuæ autoritatis modũ caſtigare, querelas cõmilitonũ audire,valetudinarios inſpicere.l.officiũ.§.j.ff.eo. Sunt autẽ militũ delicta quædã propria,quædã cũ cæteris cõmunia:propriũ militare eſt delictũ,quod quis vti miles admittit,vt eſt trãsfuga,emanſor,de- **Tranſfuga.**
ſertor,erro. Trãsfuga eſt,qui ad hoſtes trãsfugit, & ſe militẽ dat cui nõ licet.Emanſor eſt,qui vagatus ad caſtra reuertitur. Deſer- **Emãſor**
tor eſt qui per prolixũ tempus euagatus reducitur. Erro qui nũ- **deſertor**
quam redit. **Erro.** Pœna militũ huiuſmodi eſt.caſtigatio fuſtium, & verberũ,pecuniaria mulcta,munerũ interdictio,militiæ mutatio,gradus deiectio,ignominioſa miſsio.In metallum autem, & in opus metalli non dabũtur,nec torquentur.ff.eod.l.deſertorẽ.§.ij.& iij.Nec alias ſimiles pœnas quæ plebeis conueniunt:vt ff.de pœn.l.mortis.§.iſte.& C, de pœn.l.honor. & C.de quæſti.

Universidad de Deusto Biblioteca

Miſsiõis cauſæ.

l. milites. & ideo hodie de conſuetudine non ſuſpenduntur, etiam ex delicto ex quo plebeius ſuſpenditur: vt dicit gloſſ. in d. l. deſertorem. in ver. torquentur. Miſsionum autem ex militia generales cauſæ ſunt tres, honeſta, cauſaria, ignominioſa: de quibus ff. de teſta. mili.

Caſtrenſe peculiumſ

## De caſtrenſi peculio.

In caſtrenſi peculio filius vicem patrisfamilias obtinet. l. ij. ff ad Macedo. & agit in eo filius ſine conſenſu patris: tex. & ibi Barto. j. eod. l. miles. Eſt autem Caſtrenſe peculium, quod à parentibus, vel cognatis in militia degentibus, donatum eſt: vel quod ipſe filiusfamilias militia acquiſiuit, quod acquiſiturus non fuiſſe niſi militaſſet. j eod. l. caſtrenſe. ita dicit gloſſ. in c. licet de ſepul. lib vj. & in gloſſ. Inſti. per quas perſ. nob ac. §. j. de hoc in l. fori. & ibi Cyn. C. de aduo. diuer. iudi & C. de inoffi. teſt. l. fin. in q. vlt. & Barto. j eod ſi forte. & l. fina. C. de ſilentia lib. x. & Bal. in l. cum oportet. C de bon. quæ lib. Illud autem quod miles in militia acquirit, quod acquiſiturus eſſet etiã ſine militia, id peculium eius caſtrenſe non d. l. caſtrenſe ſine in fi. & ff. ex quib. cau. ma. his qui Reipub. Et in hoc caſtrenſi multa ſunt ſpecialia, quæ hoc titulo tractantur.

## De præuilegijs veteranorum.

Veterani.

Veteranorum priuilegium inter cætera etiã in delictis habet prærogatiuam, vt ſeparentur à cæteris in pœnis: nec ad beſtias itaque datur veteranus, nec fuſtibus cæditur. j. l. j. Et veteranis, & liberis veteranorum idem honor habetur, qui & decurionibus. j. l iij. Sunt aũt Veterani quibus honeſtè ſacramento ſolutis data immunitas: vt colligitur in l. ij. j. eo. Vel ſunt non ſolum legionarij, ſed omnis qui qualitercunque militauit, & honeſtè eſt ab ipſa militia abſolutus. l. ſed & milites. §. veteran ff. de excu. tut. & præſertim ſi per viginti annos militauit: vt dicit gl. ſuper rubro. C. de vetera.

## LIBER L.
### Et ultimus huius.
### Ad municipales: & de incolis.

MVNICIPEM facit aut natiuitas propria, vel paterna j. eod. l. aſſumptio aut manumiſſus, vt eius originem ſequatur, à quo fuit manumiſsio. j. eod. l. eius aut adoptio dum durat. j. eod. l. ſi is. Et proprie quidem Mu



Municipes appellantur muneris participes. hinc & Municipiũ ciuitas dicitur: eo quia recepti in ciuitate munera cum ciuibus ſubeunt. id eſt, publica officia. Sed abuſiuè Municipes dicimus ſuæ cuiuſque ciuitatis ciues. puta Campanos, Puteolanos qui ex duobus igitur Cãpanis parẽtibus natus eſt, Cãpanus eſt. Sed & ſi ex patre Cãpano, matre aũt Puteolana æquè municeps Campanus eſt, niſi forte priuilegio aliquo materna origo inſpiciatur: vt C. de inco. l. priuilegio. tũc enim maternæ originis erit municeps: vt puta Ilienſibus conceſſum eſt, vt qui matre ilienſi eſt, ſit eorũ municeps etiã Delphis, & Ponticis hoc idẽ tributũ & cõſeruatũ eſt. j l. j. § . j. Incola & his magiſtratibus parere debet, apud quos incola eſt, & illis apud quos ciuis eſt. l. incola. j. j. eod. Et dicitur eſſe incola, quia illius ciuitatis quã incolit præcipuis, id eſt, muneribus, ſeu officijs, aut actibus publicis vtitur. l. ſcire. j e. vel qui in aliquã religionem domicilium ſuum cõtulit: & idem eſt quod Aduena. l. pupillus. §. j. j. de verb. ſignifi.

Municipes. Municipium. Incola.

## De decurionibus, & eorum filijs.

Decuriones ſunt dicti, ex eo quòd initio, cum deducerentur coloniæ ſub conditione Romanorum, decima pars eorum qui deducerentur conſilij publici gratia conſcribi ſolita ſit. l. pupillus. §. decuriones. j de verbo ſigni. de hoc C. de lat. liber. tol. in prin. erat enim Decurionatus ordo quidam in ciuitate, prouidens regimini ciuitatis: & ſunt Conſiliarij ciuitatis: vt glo. ff. cuiuſq; vniuer. l. nõnulli. & no. C. quæ ſit lon. cõſue. ſup rubro. Et licet quilibet poſſit mutare domiciliũ ſuũ: vt ff. tit. proxi. l. nihil. decuriones tñ. q ſedibus ciuitatis ad quã ptinẽt relictis, in alia loca trãſmigrauerint, preſes puinciæ reuocabit in patriũ ſolũ, & muneribus cõgruẽtibus fungi curet. l. j. j. e Et in quo differat Decurio à Curia i, no. C. e. ſuper rub. lib. x. Et quem honorem, & quod onus habeant decuriones, not. ibi. in l j. gl. j.

Decurionatus. Cõſiliarij.

## De albo ſcribendo.

Album erat tabula quædam. vel paries dealbatus, vel murus, in quo edicta publica prætorum conſcribebantur: vt dicit gloſ. inſti. de act. § pœnales. & in Clemen. dudum. de iudi. de quo Spec. tit de dol. & con. §. reſtat. Et qui tale album corrumpebat egregiè puniebatur l. ſi quis id quod ff de iuriſ. om. iud. Et in hoc albo deſcribebantur etiam decuriones eo ordine, quo quiſque eorum maximo in municipio functus eſt, & prout

Album prætoris.

Universidad de Deusto Biblioteca

vnuſquiſque eorum in ordinem venit l j.ꝫ.eod. Et in hoc albo decurionum & municipium ante ſcribebantur nomina eorum qui dignitates principis iudicio conſecuti ſunt, & poſtea eorũ qui tantũ municipalibus honoribus functi ſunt. l. fi. ꝫ. e.

## De muneribus & honoribus.

Vehicularis. Naucularis. Decemprimat⁹ Perſonalia munera.

Munerum ciuilium quædam ſunt patrimonij. quædam perſonarum, quædam miſta. Patrimonij munera ſunt rei vehicularis, ſcilicet præbens vehiculum ad onus portandum. ff. loca. l. cum in plures. ſ. vehiculum. Item naucularis, id eſt; præbens nauem, &c. ff. Decemprimatus, id eſt, cuiuſdã qui præerat decẽ, idem dicitur Decaprotes: vt j. l. iij. ſ. decaprotes. quia ab iſtis decemprimatibus periculo ipſorum exactiones ſolẽniũ functionũ celebrãtur. Perſonalia ſunt ciuilia munera, vt Defenſio ciuitatis, id eſt, vt ſyndicus fiat. Legatio ad cenſus accipiendos, vt patrimoniũ ſcribatur. Item cura prædiorũ publicorũ, frumenti cõparãdi, aquæductus, æquorũ Circẽſiũ ſpectacula, publicæ viæ munitiones, ac arcæ frumentariæ, calefactiones thermarũ, annonæ diuiſio, & quæcunque aliæ ſunt curæ ſimiles iſtis. Et generaliter perſonale munus eſt, quod corporibus cũ labore & ſolicitudine animi, ac vigilãtia principaliter exiſtit. Patrimoniale vero eſt, in quo ſumptus maximè poſtulatur. l. j. ſ. j. & ij. ꝫ. eo.

Patrimoniale mun⁹.

Quod aũt ad honores pertinet, etiã is qui in patris poteſtate eſt filiũ in poteſtate habet. l. ij. ꝫ. eo. Et qui originẽ ab vrbe Roma habent, ſi alio loco domicilium cõſtituerint, munera eius ſuſtinere debent. l. iij. in prin. ꝫ. e. Quæ autem proprie dicuntur munera patrimoniorum, & quæ perſonalia, habentur ad longũ in l. munerum. ꝫ. eo. & de Miſtis, in d. l. munerum. ſ. miſta.

## De vacatione & excuſatione munerum.

Licet omnis excuſatio ſuæ æquitati nitatur, ſi tamen prætendentibus aliquid ſine iudice, id eſt, ſine cauſæ cognitione credi deberet, aut ſi paſsim ſine temporis præfinitione, prout cuiq; libuerit. permiſſum fuerit ſe excuſare, non erunt qui munera necessaria in rebus publicis obeant. l. j. in princip. ꝫ eod. quod malum eſſet. vt ff. de orig. iur. l. ij. ſ. poſt originem. quare nemini vacatio, vel excuſatio à muneribus tribuitur, niſi cauſa per iudicem cognita. Eſt autem vacatio defectio, vel ceſſatio: & vacare, id eſt, deficere: vt j. de var. & extraord. cogn. in rubro. & in l. j. circa princip. *Item vacare* eſt intendere, vel

Vacatio

opera



operam dare. ff. de arb. l. non diſtinguemus ſ. ex compromiſſo. de quo per Io. an. c. ij. verſi. ſuper ſchol. ne. cle. vel. mo. Et de vacatione ab officio quemadmodũ in hoc titulo accipitur, ponit pulchre Ang. in conſilio ſuo. cclxxxij. quod incipit: Pũctus. Excuſatio autem eſt exceptio quæ ab eo proponitur, qui munus, id eſt, officium publicum ſubire haberet animo illud euitandi, vel ſubterfugiendi: de quibus hic in l. ij. & in l. in hono.

Excuſatio.

## De iure immunitatis.

Titulus ff. proximus ad numera euitãda, hic ad euitãdos honores datur: licet quædã leges diuerſis modis introq; ponãtur: Vel, ibi de ſubeũdis, hic euitãdis: & eſt ſimilis diuerſitas titulorũ, C. de aduo diuer. iudiciorũ. & de aduo. diuer. iudiciũ. Immunitates, datæ perſonis, hæredib⁹ non relinquũtur: ſed gñt poſteriſq; datæ, in perpetuũ ſuccedẽtibus durant. l. iiij. ꝫ. e. Et dicitur Immunitas priuilegiũ quoddã, vel remiſsio à iure, ad non ſubeunda numera, vel honores conceſſa: qualia multa enumerantur hoc titulo, quædã etiam ff. tit. proxi.

Immunitas.

## De legationibus.

Legatio. Legat⁹.

Legatio eſt functio publici numeris extra territoriũ, vel prouinciam, aut locum conſtituẽtis ſubeunda. Et eſt legatus, principis, vel alterius Reip. nũtius aut orator pro aliqua ambaſiata vel aliquod nudũ miniſteriũ exercendũ: de quo j. diſt. ius gentiũ & xcvij. diſt. per tot. maxime in c. nobiliſsimus. Et tales legati, quatenus Reip. cauſa abſunt, habent excuſationẽ à muneribus & honoribus vt hoc tit. & inſti. de excu. tut. ſ. fin. ponitur etiam hic pœna eius legati, qui legationem deſeruit, cum diſtinctione, ex qua cauſa deſeruerit: vt in l. j. & ij. & quandiu habet vocationem poſt reditum, not. in l. Paulus.

## De adminiſtratione rerum ad ciuitatem pertinentium.

Quod ad certã ſpeciẽ ciuitatis relinquitur, in alios vſus cõuertere nõ licet. j. l. j. niſi in caſibus: vt ꝫ. e. legatũ. & ff. de vſufr. leg. l. legatũ ciuitati. & j. de ope. pub. l. pe & de pol. l. Imperatores. in fi. & C. de expẽ. lud. l. j. li. xj. Magiſtratus Reipub. non dolũ ſolũmodo, ſed etiã latã negligentiã, hoc amplius etiã diligẽtiã debent, id eſt, culpam leuem. l. magiſtratus. ꝫ. e. & gñaliter, quomodo ad omnes res ad vſum Reipub. ſpectãtes, vel eius curã per publicas pſonas geri & adminiſtrari debent, hic tractatur.

De

Universidad de Deusto
Biblioteca



## De decretis ab ordine faciendis.

Quæcunq; ad collegium, vel vniuerſitatem pertinent, non aliter tractari debẽt, aut collegio præiudicare, quàm ſi ab ipſo ordine eiuſdem profeſsionis decretum intercedat. Itaq; decreta quæ non legitimo numero decurionũ coadunatio facta ſunt non valent. l. ij. ſ. e. Non dicitur aũt aliter ab ordine factũ, quã duab⁹ partibus adhibitis. l. iij. ſ. e. Si aũt duæ partes non adſunt põt inter duas numerari quã ipſa decreuerit ſ. quod cuiuſque vniuer. l. nuli. & l. planè. Et quòd ſemel ordo decreuit, non oportet id reſcindi, niſi ex cauſa: vt ſi forte ad publicam vtilitatẽ reſpiciat reſciſsio prioris decreti. l. quod ſel ſ. eodem.

## De operibus publicis.

De operibus quæ in muris, vel portis, vel in rebus publicis fiunt, aut ſi muri extruantur, præſes aditus principem conſulere debet. ſ. l. de operibus, qui æſtimabit an locari, vel deſtrui debeant propter pericula. l. ſi legatum. ſ. eod. & ſ. ne quid in loco ſac. fi. l. fi. Et dicitur opus publicũ, quod ad vtilatem aut vſum Reipub. principaliter pertinet. Et qui huic operi præeſt, Curator operum publicorum appellatur ſ. l. j. circa princ. & l. ij. ſ. curatores. Cuius officiũ eſt, obtinere à præſide, ne fines publici à priuatis detineãtur, & ſi qui publici ſunt, à priuatis ſeparentur & publici reditus augeãtur. Et ſi qua loca publica vel ædificia in publicum ſint, an vectigal ibi melius ſit imponi: & illud q͛ vtilius eſſe Reipub. intellexerit, ſequi. l. ſi legatum. in fi. ſ. eod.

Curator operũ publicorũ.

## De nundinis.

Nundinæ ſunt immunitatis à principe conceſſa ad habẽdũ generale forum in ſua poſſeſsione, vel villa, vel caſtro: vt donit glo. in l. j ſ. eod Et poteſt concedi à ſolo principe: & non vtendo, qui impetrauit hoc priuilegiũ decennij tẽpore, vſum amittit. l. l. ſ. eo. Sunt autem nundinæ neceſſariæ, & hominibus perquam vtiles: eo quòd & ſummæ prudentiæ & autoritatis apud Græcos Plato in lib. xii. ciuilis conſeruationis, in ciuitate bene, beatéq; inſtituta, negotiatores in primis neceſſarios dixit. Indiget enim ciuitas pluribus ruſticis, & aliis miniſtrantibus inuehentibus in vrbem & euehẽtibus ſingula. Hi autẽ ſunt Negotiatores, qui diuerſas merces afferunt. l. ij. ſ. eo Et ſic Nundinæ dicuntur celebratio generalis fori: vt hic. & C. de nun. & ſ. de

Negotiatores. Nũdinę





acquir. poſ. l. clã poſsidere. ſ. qui ad nũdinas. Ioã. An. in c. nauigãti. de vſur. aliter accipit hoc verbum. ſ. pro ſoc l. ſocietas. Et ille qui impetrauit ſuper nundinis reſcriptum, nullũ in mercatibus, atq; nũdinis, ex mercibus negotiatorũ debet conuenire, aut venalitijs vel locorum tẽporali quæſtu & cõmodo, priuata exactione nullũ debet inſequi: vel ſub prætextu priuati debiti moleſtiã inferre concurrentibus ibidẽ. Concurrentes enim habẽt exceptionem, interim dum ſteterint nũdinæ. Qui enim impetrauit reſcriptũ, debet eſſe contentus eo cõmodo, quod propter forum eius terra impingatur. Sed alij in nũdinis contrahẽtes bene poſſunt cõuenire debitores ſuos, quos obligauerunt, habentes ibi per regulam, vel ſtationem: vt ſ. de iudi. l. hæres. ſ. proinde. & C. e. l. j. & in c. j. ſ. contrahentes. de foro comp. lib. vj.

## De pollicitationibus.

Pollicitatio eſt promiſsio ſponte, & nemine rogante, facta: Pollicemur enim ſponte, promittimus rogati, vel coacti: Seru. ſuper 1. Aene. Et differt in hoc à pacto: quia Pactũ eſt duorũ cõſenſus, & cõuẽtio: Pollicatio verò offerentis ſolius ꝓmiſſum. l. iij. ſ. e. Et licet regulariter de iure ciuili ex nudo pacto nõ oriatur actio, vt diximus ſ. de pac. ex pollicitatione tñ, quã quis facit rei dub. puta ſe facturũ, vel pecuniã daturũ, quis obligatur: & hoc ſi ob honorẽ ꝓmiſerit ſibi decretũ, id eſt, ab ordine datũ, vel dãnũ: vel ob aliã iuſtã cauſam. Si verò ſine cauſa ꝓmiſerit, nõ erit obligatus: & ita multis conſtitutionib⁹ & veteribus & nouis cõtinetur: ſi tñ ſine cauſa promiſerit & facere incœperit, obligat⁹ eſt qui cœpit. l. j. ſ. eo & dicitur cœpiſſe, ſi fundamenta fecerit vel locum purgauit, vel ſi locus illi petenti deſtinatus eſt: vel ſi apparatum ſiue impenſam in publico poſuit: vbi ibi.

Cœpiſſe dicitur.

## De varijs & extraordinarijs cogitationibus. & ſi iudex litem ſuam feciſſe dicatur.

Præſes prouinciæ de mercedibus ius dicere ſolet, extra ordinem officio iudicis implorato: ſed præceptoribus tantũ ſtudiorũ liberaliũ. Liberalia autem ſtudia dicuntur ea, quæ Græci Gymnaſia appellant: vt ſunt Rhetores, Grammatici, & Geometræ: Medicorũ quoq; eadẽ eſt cauſa, quæ & profeſſorũ, niſi quod iuſtior, cum hi ſalutem hominũ agãt, illi ſtudiorũ curã, & ideo his quoq; extra ordinẽ ius dici debet. Eſt autẽ extra ordinẽ ius dicere, implorare officiũ iudicis ad mercedẽ conſtituendam, &

Liberalia ſtudia. Extraordinẽ ius dicere.

Universidad de Deusto Biblioteca

ſoluēdā,& dādū ſalariū:etiam ſi à principio nō fuerit cōſtituta
merces :vt ȷ.l.j.§.medicorum.& in ipſa rubrica:& ff.de dec.ab
or.fac.l.ambitioſa.§.ad idē.C.de profeſ.& me.l.medicos.li.x.
Cognitionū aūt numerus cū ex varijs cauſis deſcēdat,in gnā di
uidi facilè non pōt,niſi ſummatim diuidatur nō quatuor ſpēs:
Cogni- Aut enim de muneribus ſiu ehonoribus gerendis agitatur:aut
tionūnu de pecuniaria re diſceptatur aut de æſtimatione alicui, id eſt
merus. fama vel opinione cognoſcitur, aut de capitali crimine quæri
tur.ȷ l.pe.Iudex aūt qui litē ſuā fecerit,contra æquitatē pronū
tiādo,nō propriè ex maleficio obligatus videtur,ſed qa nec cō
tractu obligat' eſt,& vtiq; peccaſſe aliqd intelligitur,licet p pru
dētiā:ideo videtur quaſi ex maleficio teneri in factū actione &
Iudex fa- inquātū de ea re æquū religioni iudicātis viſum fuerit, pœnā
ciēs litē ſuſtinebit.ȷ.e.l.fi.& inſt.de obl.ex quaſi malefic.circa princ.
ſuam.

De proxenetis.

Proxenata eſt,qui inquirit voluntates aliquorū,ſcd'm gl.hic
ſup rubro. Et dicitur apud nos Licitato ſiue Mediator:deducī
tur à προξενέω, quod eſt cōcilio,induco,& propriè dicit cō
poſitor & mediator emibiliū & vēdibiliū, media videlicet iſta
Philo- pſoā,p quā aliqs cōtract' celebrād',vel inciūd' pcurāt:& ei' mer
trophia ces vel remunerat in dicit Proxeneticū,q̄ & Philotropha dicūt
ȷ.l.ij.de iure licito pet i poſsūt.ȷ.l.j.Hos & Græci Peranymphos
appellāt,præſertim ſi cōditiōis alicui' ad matrimoniū,vel ami
citiæ querēdæ inter aliquos,vel aſſeſſuræ vel alicui' alteri' rei
proxeneta & pcurator ſit. Sūt enim huiuſmodi hominū offici
næ in magnis ciuitatibus non improbabiles,in vēditionib',cō
mercijs,& contractibus licitis:imò vtiles.l.in fi.ȷ.eod.

De cenſibus.

Cenſus eſt præſtatio tributi:vel eſt annua penſio,quæ de p
ventibus rerum immobiliū datur.no.j.q.iij.quæſitū.& in quo
differat à tributo ponit Bar.in l.j.ff.de publ.& vect.& Io.an.in
c.ad audientiam.de præſcrip.& ibi do.Anto.Et in quo differt
cenſus à penſione.not.glo in Clem.j.de ſup.neg.præl.in verb.
Italia. penſiones. Eſt autem ſciendum quod Italia non præſtat tribu
tum:quia domina prouinciarum.in Auten.vt om.obe.iudi.ſ.
hoc conſiderantes.in gloſ.prouincias coll.v.ne princeps pro
uinciarum facta ſit ſub tributo:vt dicit glo.C.ſine cen.& reli.
Lomnes.licet Albericus dicat,quod eſt ancilla ancillarum.
cau



cauſas vide per Archid.xxiij.q.v.non vos.Sunt enim quædā ci
uitates quæ ſunt iuris Italici,vt nō ſoluāt cenſum,vel tributum
Romanis:de quibus l.ſi.j.eo.& quædā coloniæ.de quibus in l.j.

De verborum & rerum ſignificatione.

Cum omne ius,quo vtimur,vel ad perſonas, vel ad res, vel
ad actiones pertineat:vt Inſti de iur.na.§.fi.de quibus omnibus
in hoc volumine Pandectarū dictū eſt:ſed quia in his vertūtur
multæ dubitationes,ideo de hoc ponit:Verbā qūq; ſtrictè po- Verbū.
nitur,prout eſt pars orationis ſignificatiuū actionis, & paſsio-
nis:hīc autē largius ponitur ſecūdū denominationē pro quali-
bet parte orationis. Et dicitur verbū ab aëris verberatu, quod
cōmune accidens eſt oib' partibus orationis. Rei etiā verbū eſt
hic vt generale accipiēdum p qualibet re mobili,vel immobili, Res.
aut ſe mouēti,vt dicimus ff.de reb.cred.Et verba ſignificāt acti
uè,ſed res paſsiuè:quia verba ſignificāt:ſed res ſignificantur.Et
eſt ſignificare,demonſtrare rem de qua quæritur,proprio uoie
ei attributo:ſed hic largius ſumitur,vt etiā ſi propriū nomē nō Signifi-
interueniat,ſed quocunq; modo deſignetur res:vt ff.ſi certum care.
pet.l.certum.De ſignificatione aūt verborū pleniſsimè tradere
non poſſumus.Sunt enim quædam,quæ non recipiunt perfectā
doctrinā,vel propter infinitatem,vt in omnibus extraord.cri-
minibus puniendis:vel propter confuſionē rei,vt cū quæritur,
quādo ſit mora facta.ff.de vſur.l.mora.vel propter infidelita-
tem hominū,vel varietatem perſonarū,vt cūm queritur,quāta
fides ſit habenda teſtibus.Et ideo dicit lex,non poſſe omnes ca
ſus qui quandoq; inciderint lege cōprehendi:vt ff.de leg. & ſe.
con.l.neq;.& l.nō poſſunt.& alibi,quòd plura ſint negotia,quā
vocabula.ff.de præſcriq.verb.l.natura.

De regulis iuris,

Enimuero ſpecialiter omni iure prætorio,& ciuili,p titulos di-
uerſos tractando de pſonis,rebus,actionibus, in quibus omne
ius conſiſtit:vt ff.de ſta.ho.l.j.nūc generales diffinitiones, ſiue
traditiones annectemus.Nec enim nouum eſt, vt quibuſdam
ſpecialiter enumeratis,generalis quædam ſubijciatur clauſula,
quæ omnia comprehendat:vt ff.ad le.Aquil.l.ſi ſeruus ſeruum
§.inquit lex. Eſt autem regula multorum ſimiliū collectio,ſe-
cundū grāmaticos:vel eſt,quæ rem quæ eſt,breuiter enarrat.Et
dicitur

Universidad de Deusto Biblioteca

**Regula.** dicitur regula, quia regi normā rectę viuēdi prębet. Inde Regu
laris, quaſi rectè viuēs, vel ſub regula viuens. Dicitur etiam re
gula, eo quòd rectà ducit, nec aliorum trahit. Perſius: Appoſi
ta intortos oſtendit regula more:. Eſt enim regula rectitudinis
vel certitudinis forma, per quam ſcriptor nouit modum rectè
ſcribendi, & ſecator modum rectè ſecandi, & ſic de ſimilibus.
Ita per regulas modum rectè iudicendi cognoſcimus. iij. diſt.
regula quaſi regulariter vere, quāuis patiatur exceptiones: quia
exceptio eſt de regula. xxxij. q. ij. dñs noſter. Et conſtituitur re-
gula per verba quæ de ſua natura omnia cōprehendūt: vt ſunt
vniuerſalia, affirmatiua, & negatiua. item per verba negatiua, &
indiffinita, quæ equipollent vniuerſalia. C. de hære. vend. l. vlt.
**Officiū regulæ.** Officiū regulæ eſt, plures ſimiles caſus ſimul iungere clauo ra-
tionis. j. co. l. j. ibi, quaſi cauſæ coniunctio eſt, &c. Et ſolet dici,
quod per regulam non ſtatuitur ius, ſed ex iure ſumitur regula:
& ideo propriè loquendo dici debuiſſet non De regulis iuris:
ſed De iure regularū. Allegatur tamē regula pro iure, non tam
ex origine, quā ex forma. Et potior eſt eius cā, ꝓ quo facit regula
habet enim aduerſarius neceſſe oſtendere rationē, quare in illo
caſu regula non loquatur. vt dicit glo. eo. tit. lib. vj ſuper rubro
Quid aūt ſit ius, & vnde dicatur, dictū eſt. ff. de iuſt. & iur. Et ſu
mitur hic pro noſtro iure, ſcilicet ciuili, non canonico.

# CODICIS
## IVSTINIANI
### Tituli.

Liber iſte, ſecundus ex principalibus legum volu-
minibus, Codex diui iuſtiniani dicitur: & κατ'
ἐξοχὴν, id eſt, per eminentiā, vel per Antonoma
ſiā, id eſt, vice proprij nominis Codex appellatur.
Sicut ſe habet Vrbis, & Poëtę, Apoſtoliqi vocabu
lum: vt inſti. de iur. na. §. ſed quoties. & fortè ideo, quia codex di
citur à cogēdo Cogere enim vel imperare propriū eſt impera-
toris, vt eius nomē denotatur, cuius eſt hic liber. Et hæc eſt præ
cipua legis



legis virtus. ff. Se legi. & ſe. con. l. legis. Vel dicitur à cogendo, id
eſt, componendo, vel congregādo: ſicut fructus dicuntur cogi.
ff. de peti. hære. l. à patre. § vlti. Verg. Tityre coge pecus. Iuſtinia
ni dicitur, ad differentiam trium veterū codicū: Hermogeniani **Iuſtinianus.**
Gregoriani, & Theodoſiani: de quibus j. Na intētio dñi Iuſti-
niani eſt, ex illis tribus codicibus, & extrauagantibus conſtitu-
tionibus, hunc codicem componere. Finis autem, ſiue vtilitas,
ſumma eſt quia hoc opere perlecto facili modo erit acceſſus ad
tutiores cauſarū diffinitiones: & quia ex hoc nouo codice reſul
tabit recitatio diualium conſtitutionum, & quia non eſt opus
maxima mole pecuniarum.

**In nomine domini noſtri Ieſu Chriſti. Codicis domini Iuſtiniani ſacratiſsimi principis perpetui auguſti, repetitæ prælectiones libri primi, Conſtitutio prima, de nouo codice faciendo.**

**Nouus codex fac.**

Imperator tractaturus de Iuſtitia & iure, præmittit tres con
ſtitutiones, quæ vicē obtinent proemij. In quibus auditore bene
uolū, docilē. & attētū reddit. Et in hac prima cōſtitutione impe
rat, vetat, ꝑmittit, punit: quæ quatuor ſunt legis virtutes. ff. de
leg. & ſe. con. l. legis. Imperat. cū decē Philoſophis, id eſt, viris
prudētibus cōmittit, vt codicē cōponant: vt j. e. §. ideóq; ad hoc
vſq; illucita tū, &c. Permittit, additionē, detractionē, mutatio-
nē: vt ibi adijcientes, &c. Vetat, ex alio codice recitationem fie-
ri: vt in fi. l. Punit. vt. j. l. prox. §. falſi. Docet etiam, quòd ipſe ſit
aggreſſus: cùm tradat hæc neceſſario corrigenda eſſe, &c. & ita
quodam modo ſuum opus commendat.

**De iuſtiniano codice confirmando.**

Superior conſtitutio facta fuit nōdū compoſito hoc codice:
hæc aūt cùm iam erat cōpletus, vt probatur. j. ead. l. §. iiſdē pru
dētibus. & ideo ponit in rubrica de Iuſtiniano codice cōfirmā-
do: quia antiquū codicē reiecit, & hunc confirmat. In principio
aūt huius cōſtitutionis cōmēdat vtilitatē ſui operis ꝓbādo qua
liter ad rēpublicā ſpectat. Secūdo mādatū certis pſonis repetit
iniunctū, & eorum ſtudiū cōprobat. Tertiò tradit de ui legū, &
& adijcit de pœna allegātiū illicitas leges. Circa cōpilationē aūt **Cōpoſitores codicis.**
librorum legalium colligi poteſt, quòd decē fuerūt compo
ſitores primi Codicis Iuſtiniani: vt ff. in conſtitut. prima. ſicut

Universidad de Deusto Biblioteca

etiam decem viri fuerunt in petendis tabulis.ff.de ori.iur.l.ij.§.
exactis.& vij.di.c.fuerunt.Item tres in Inſtit.vt in proœ.eiuſ.
dem.§.cunque hoc deo.Et quindecim in compilatione Digeſto
rum:vt Inſtitu.in proœ.§.quas ex omnibns.& ℈.de ve.iur.enu.
l.ij.§.quę omnia.Item quinque in compilatione noui codicis.
℈.tit.proxi.Ita dicit glo.ſ.in conſti.j.

## De emendatione codicis Iuſtiniani, & ſecunda eius editione.

Hæc conſtitutio quatuor continet partes.Primò enim dicit
qualiter curat cōponere leges ad negotia dirimenda.Quòd pa-
tet,quia iam fecit codicem,& confirmauit eundē.Secundò dicit
quod poſt prædictū codicē factū fecit ipſe multas cōſtitutiones,
corrigēs,& immutans leges de his quę erāt in codice,quę cōſtitu
tiones cū nō eſſent in corpore codicis,mandauit quibuſdā ſapiē
tibus,vt primū codicē diſſoluant,& iſtas interſerēt,& alias im-
mutēt,vt eis videbitur,& ſic nouū librum faciant.Tertio dicit
hoc eſſe factū,& ideo mādat eū ſeruari,& nullā aliā Imperato-
ris legē,niſi de nouo faciat.Si aūt aliquid fuerit ſcribi neceſſariū
in ſpeciali libro nouellarum nomine aſsignabitur. Quarto &
vltimo mittit eum ſenatoribus Conſtantinopolitanis.

## De ſumma trinitate, & fide catholica: vt nemo de ea publice contendere audeat, aut diſputare.

Iuſtinianus ęquitatis iuſtitiæq; ſtatuta inquiſiturus,prę mit-
tit de ſumma trinitate,à qua iuſtitia(ſicut ex eius diffinitione
patet)ducit originē,& omnis æquitas ſplendeſcit in lucem: &
quia ſuper ſumma(id eſt.in æternū benedicta)trinitate noſtra
fides(quæ dicitur Catholica,id eſt, vniuerſalis)conſiſtit, ideo
de ea ponit.Vel quia tractaturus eſt de iuſtitia,de eius parte ſpe
ciali prius exorditur,id eſt,de religione Religionis autem prin-
cipiū eſt fides:cùm omne quod non eſt ex fide,ſit peccatum.ex
tra de præſcriptio.c.fina.& xxviij.q.j.c.j.& noſtra reparatio à
fide ſumpſit exordiū:& nil boni poſsit ſuperędificari vbi fidei
deficit fundamētū.j.q.j.cū Paulus.Ideo Iuſtinianus ſui operis
poſuit ſummā trinitatē,& fidei catholicę fundamentū:vt dicit
Summa glo.hic ſuper rubro.de qua quia publicè tractari ſæpe non ex-
trinitas. pedit,ſupponit vt nemo de ea,&c.Et dicitur ſumma,quia ma-
ior,imo maxima eſt omniū rerū: vtpote cum ab ea, tanquam
à prima cauſa,omnia procedūt.℈.de vet.iur.enu.l.j.circa prin.
Tri-



Trinitas dicitur,ꝓpter perſonas quæ in diuinitate conſiſtūt:vt
eni alius eſt pater,alius filius,alius ſpiritus ſanctus: ita alia eſt
perſona patris,alia filij,alia ſpiritus ſancti:non tū tres Dij, ſed
vna tātū De⁹:nec tres triū pſonarū ſubſtātię,ſed vna tātū,q̄ Græ
co vocabulo οὐσία, id eſt, indiuiſe ſubſtātia dicit̄: vt ſ.c.l.ij.
Eſt itaq;,vt iā dictū eſt,trinitas in perſonis,vnitas in ſubſtātia,
deitate,aſſentia,maieſtate,gloria æternitate,incōmutabilitate
omnipotētia:cui laus,honor,virtus,& magnificētia per infini Fides.
nita ſclōrū ſecula.Fides aūt qn̄doq; ponis ꝑ ꝓmiſsione:at Inſti.
de rer.diui.§.venditæ.qn̄doq; dicitur propoſitū,ſiue mētis intē
tio,in contractu,vel extra cōtractū adhibita:vel ſi fuerit in re al
terius contrahētis,vel nō cōtrahētis,adhibita ad eū decipiēdū,
vel ei præiudicetur,dicitur mala fides,ſeu intētio.Cæterū ſi fue
rit vt ibi conſulas,nec quēquā fallas,dicitur bona fides, creduli
tas:& in hac ſignificatione ſumitur hic.Vnde Apoſtolus:Fides
eſt ſubſtātia rerū ſperādarū,argumētū nō apparētiū.Et intelli-
credulitas,nō cuiuſlibet rei,ſed circa trinitatē,& ea quæ ſalutis
tis æternæ.Et dicitur Fides ideo,quia fiet,omnino enim futu-
rum eſt quod ſperatur.Vel dicitur à fidis,quæ Græce chorda di
citur:Sicut enim in cithara chordæ conſonare debent ad perfi-
ciēdam melodiā,ita & inter amicos animi: ita ad Deū, & cum
deo pectora noſtra & corda conſonare, & quadrare debent, ad
conſtituēdam cōſonantiā ſalutiferā, & cœleſtem harmoniam.
Dicitur autem Catholica,id eſt,vniuerſalis, & vbiq; porrecta.
Vnde dicitur in regio poëmate:In omnem terram exiuit, &c.
Hinc & imperator hic,Cūctos populos,inquit,&c. Quæ autem
ſit fides catholica, & quid de indiuidua trinitate, ac incarna-
tione verbi credere debeamus, altior eſt materia, quàm præ
ſens hoc opuſculum vel capere, vel profeſsio noſtra explicare
queat,Credimus autē autoritatē Apoſtolorū, & Euangeliſta-
rum,cæterumq; eccleſiæ dei fundatorum.Itē conciliorum qua
tuor Niceni,Conſtātinopolitani,Calcedonij,& Epheſini: vt ℈.
cod.l.cunctos.& l.victor.§.ſuſcipimus. Malè autem credentes
multis pœnis afficiuntur, quæ explicantur ℈.de hære.& ma.l.
j.ij.& l.quoniam. Sed & quædam ponuntur ℈.eod.l.j.§.reli-
quos.& l.nullus.§.ſciant.& §.qui vero.Bene credentes præmio
vitæ æternæ afficiūtur,ſi tamē aqua & ſpiritu renati,& tabulā
pœnitētiæ poſt naufragium peccati arripuerint: vt ℈.l.j.§.hāc

Universidad de Deusto Biblioteca

## De ſacroſanctis eccleſiæs, de rebus & pri uilegijs earum.

Quia mater fidei & religionis eſt Eccl. vt J.e.iubem⁹.ij.in fi-
ne.j.reſpõ.iõ de ſacroſanc.ecl.ponit. Cui Eccleſiæ opus eſt reb⁹
tã diuino cultui, quã pſonarũ ibidẽ deſeruiẽtiũ vſui ſuppeditãti
b⁹. Si qdẽ res ſunt neceſſariæ his, qui in eccleſijs obſecũdãt diui
nis myſterijs. Qui enĩ altario ſeruit, de altari etiã viuere debet,
ſcd'm Apoſtolorũ. Ideo ſubiũgit, de reb⁹. In quib⁹ quoniã eccle
ſiæ multis gaudẽt priuilegijs, ideo dicit, De ꝑuil.earũ. Eccleſia
Eccleſia. aũt multis modis dicitur: Aliqñ dicitur loc⁹ conſecratus, pariẽ-
tib⁹ circũdat⁹, vbi conſueuerũt Deũ timẽtes peccatorũ veniã po
ſtulare: vt in autẽ. vt lic. matri & auiæ. §. qa verò cõperiũt. Et in
hac ſignificatiõe ſortitur priuilegia multa: & eſt vnũ, qa non cõ
ceditur humanis corporib⁹ vt ibi ſepeliãt, vel vt morẽt in cho
ro cũ clericis. j. e. l. nemo. Et alia duo notãtur i defenſione fugiẽ
tium & quiete orãtiũ: vt J de de his qui ad ecc. conſu. l. pe. & vlt.
Et vnũ in autoritate quã manumiſsioni p̃ſtat, quaſi ipa ſit co
rã iudice facta: vt J. de his qui in ec. manu. l. ij. Et aliud i ꝓbita
habitatione, vt J. de Iudæ, & cœl. l. in ſynagoga. Sequẽs in probi
ta omnino eius alienatione, etiã ſi monachi fame perirẽ: vt in
Autẽ. de alien. & emph. §. & quoniã. Sc'd'o eſt eccleſia omniũ fide
liũ collectio. Et in hac ſignifiatione multa ſortiũtur priuilegia
circa dignitates q̃ denegãtur hæreticis, & concedũtur fidelibus
J. de epiſc. aud. l. nemo & l. iubemus. & in Autẽt. iuſiurãd. quod
præſt. ab his qui ad. Tertio dicitur eccleſia pſona conſtituta ad
ſeruiendum deo, vel collectio perſonarum puriũ ad idẽ deſti-
nata. Et in hac ſignificatione multa ſortitur priuilegia. J. e. l. pe.
& vlti. & j. eod. l. j. & de hære. inſtitu. l. collegium.

## De epiſcopis & clericis, orphanotropijs, & xenodochijs, ptochotrophijs, & aſsiſterijs, & monachijs, & priuilegijs corũ: & caſtrenſi peculio & redimẽdis captiuis, & nuptijs clericorũ vetitis, ſſeu permiſsis.

Inter clericos epiſcop⁹ maiorẽ obtinet gradũ. Eſt enim epi-
Epiſcopus. ſcopatus culmẽ dignitatũ: vt dicit glo. in c. ij. de præb. li. vj. Et
dicitur Epiſcop⁹ a ἐπὶ, qd' eſt ſuper, & σκοπός, quod eſt ſpecu
latio: itaq; inſpector vel ſuperintendens dici poteſt. viij. q. j. qui
epiſcopatũ. & xxj. di. cleros. habet enim ſuperintẽdere circa cle

ros,



ros, & circa omnes ſubitos. xvj. q. vij. omnes baſilicæ. *Sic & in*
archiepiſcopo, & patriacha: vt in Auten. co. tit. §. ſanctiſsimus.
& §. vt autẽ omnis. Vnde & poteſt dici in eminẽti ſpecula exẽ-
plo rectoris prouinciæ cõſtitut⁹: vt in j. de pti. ca l. j. Cleric⁹ aũt Cleric⁹
dicitur à κλῆρος quod eſt ſors: qa in ſortẽ domini electi ſunt. c.
cum ſecundũ Apoſtolorũ. de præb. & d c. cleros. Horum officiũ
eſt, vt ideo ſeruiant, ſua diſtribuant Iudis ſt non immiſceãt, nec
ſpectaculis, nõ fideiuſsionibus, pro publicis tributis, vel cõdu-
ctionibus alienarũ poſſeſsionũ, nec curatores vel procuratores
litiũ, nõ paſsim tutelis ſe immeſceant. J. co. l. ij. & l. decernimus.
& in Autẽt. eod. tit. §. presbiteros. In caſtrẽſi peculio clericorum
diſtinguitur epiſcopus ab alijs clericis. Nã epiſcopus hoc ipſo
quòd epiſcopus eſt, ſui iuris eſt, ſicut & in multis alijs dignita-
tibus eſt: vt in Auten conſti. quæ de dig. §. pe. & antepe. & ideo
non dicitur habere peculiũ: vt J. de inoff. teſt. l. vl. ſed patrimo-
niũ, vel res ſuas ꝓprias, in qbus licet ei teſtari, ſi probatũ fuerit
eũ habuiſſe ante epiſcopatũ, vel poſt epiſcopatũ, iure tamẽ cõ-
gnationis vſq; ad quartũ gradũ. Cæterę autẽ res reſeruãtur do-
minio eccleſiæ. Presbiter aũt, vel qs cleric⁹, bene poſſunt eſſe in
parẽtũ poteſtate: & res ad ſe ptinẽtes habẽt in quaſi caſtrenſi pe
culio: vt & teſtari poſsint eis: ita tamẽ vt parẽtes eorũ legitimã
ferant: vt in Auten. eod. tit. §. presbyteros autẽ. Redẽptio autẽ
captiuorũ per quẽ fieri debeat, & qualiter, habetur J. e. nulli. &
in Autẽ. de eccle. tit. §. ſi quis autẽ. Qui autẽ clerici nuptias con
trahere poſſunt, habetur in Auten. de mona. §. quod fieri. & in
Auten. quo opor. epiſcopos. §. neq; autem. & de nup. §. ſed & ſi
qs. & extra q cle. vel vo. p to. Cõuerſatio aũt mulierũ omnimo Orphanotrophi.
do eſt interdicta epiſcopis, & monachis, alioq epiſcop⁹ priuatur
epiſcopatu. Presbiteri autẽ & diaconi & ſubdiaconi, cũ eis pſo-
nis, q̃ effugiũt omnẽ ſuſpicionẽ, vt cũ matribus & ſororibus cõ- Brephotrophi.
uerſari poſsũt: vt in Auten. e. ti. §. presbyteros. & quomodo opo.
mon. viuere §. nõ ingredientur. de hoc de coha. cle. & mul. Or- Prochotrophi.
phanotrophi ſũt receptatores puerorũ amboh⁹ parẽtib⁹ orbato
rũ. Brephotrophi ſũt gubernatores pauperũ infãtũ. Prochotro Aſsiſteriæ.
phi ſũt pauperũ ſuſtẽtatores. Aſsiſteriæ aũt ſunt fœminæ debili
ũ ſuſtẽtatrices. Xenodochiũ, loc⁹ eſt vbi pauperes pegrini reci Xenõ.
piũtur. Hierõtocomiũ eſt loc⁹ vbi ſenes & valetudinarij, & pro Hierõtocomiũ
pter ſenectitutẽ tãtũ infirmi homines curãtur: gl. in c. tributũ.

Universidad de Deusto Biblioteca



§.ſancimus.xxiij.q.viij.hinc dicit gloſſ.in c.iij.de reli. Depo-
nitur in brepho,hieron,orpho,pthochoq;,xenon,Infirmus ve
tulus,puer orphanus,& peregrinus.

### De epiſcopali audientia:& de diuerſis capitulis qui ad ius, curamq́;, & reuerentiā pertinenti pontificalem.

Epiſcopalis audientia, eſt iuriſdictio ipſius epiſcopi , quam
Epiſcopalis audiētia. habet in ſuos clericos,qñq; ex neceſsitate : vt ſi clericus conue-
niatur ciuiliter,pro crimine eccleſiaſtico:vt in Autē.de mand.
pri.§.ſi vero canonicū.& in c.ſi quis contra.de fo.comp. Qñq;
ex volūtate:vt J.e.ſi qs ex conſenſu.ſcilicet de cā pecuniaria,nō
criminali:vt ff.de arb.l.non diſtinguem⁹.§.itē Iul.& hoc cū eli
gitur vt arbitrer.Sed & vt iudex ordinari⁹ eligi pōt:vt J.eo.epiſ
copale.& ff.de iu.l.j.Aliqñ etiā deſideratur ex neceſsitate in qui
buſdā negotijs,quæ non oīno formam iudicij habent:vt in ali
enatione rei eccleſiaſticæ:vt in Autē.de alie.& emph.§.p eos ve
Epiſcopi cura. ro.& §.ab illis.& in ti.de anna.excep.l.vt perfectius.& J.e.l.ſi p̄-
ſens Ad curam autem & reuerentiam,id eſt, ad reuerendam ſo
licitudinem Epiſcopi multa ſpectant:ſcilicet vt curam habeat
de incarceratis , & redemptione captiuorum , & vt puniantur
damnati,& ſimilia:vt J.eo.l.adiectos.& l.iudices.& l.Chriſtia
nos.& in Auten.de ſanc.epi.§ pen.

### De hæreticis, & Manichæis, & Samaritanis.

De miniſtris catholicæ fidei,& eorū priuilegijs dixit : nunc
hęretic⁹ de aduerſarijs & eorū pœnis:ſcilicet de hæreticis in genere , &
ſpecialiter de Manicæis & Samaritanis , qui perfidiores hære-
ticis ſunt,& maiori digni pœnę.Eſt aūt hæretic⁹ q vel leui argu
mēto à iudicio catholicæ religiōis & tramite detect⁹ fuerit deui
are:vt J.e.l.ij.Vel q nō eſt mēbrū fidei catholicæ eccleſiæ:vel q
eſt aduerſarū hæreſum:vt in Autē.de priui.dotis.col viij.Vel q
nō credit ſcd'm qd' p̄dicāt quatuor cōcilia:vt J.e.l.q cūq;. Dicit
ab αἱρέω vel αἱροῦμαι, qd' eſt opto,ſeu eligo.vnde etiā Aphære
ſis,apud noſtros ablatio dicitur,& Diæreſis q̄ eſt diuiſio,& Sy-
næreſis q̄ eſt diuiſorū cōiūctio.Dicit̃ itaq; Hæreſis optio,ſiue e-
Hęreſis. lectio.Eligūt eni hæretici ſectā ſpecialē,& catholicæ religiōi cō
trariam,vel diuerſam.Cicero in Parad. Eſtq; in ea hæreſi,quæ
multū ſequitur florē orationis. Hæreticorū aūt quidā prædicāt
turpiora,& in maximo ſunt errore : vt Manichæi,Samaritani,
Borb-



Borboritæ,Pagani,Montaniſtæ,Taſcodrogi & Orphitę : qui-
bus omnis legitimus actus interdicēdus eſt:vt J.cod.quicūq;.&
l.multi §.idcirco.& cum alijs hominibus nihil ex legibus vel
moribus habēt cōmune:& oīno tñ rei lęſæ maieſt.tenētur.J.eo.
l.manichęos.Et ſunt manichęi q Chriſtū dicūt nō eſſe:vt dicit Manichæi.
gl.j.d.l.manichæos.& extiterūt à quodā Perſa,q vocat⁹ eſt Ma
nes:hic duas naturas & duas ſubſtātias introduxit , id eſt,bonā
& malā:& animas ex Deo,quaſi ex aliquo fonte manare aſſer-
uit:teſtamētū vet⁹ reſpuūt,nouū ex parte recipiūt.Ita dicit tex.
xxiiij.q.iij.c.quidā.vbi variæ ſectæ hæreticorū.& in l.Arriani.
J.multi hæretici nominant̃,qui omnes in d.c.qdā.exponūtur.

### Ne ſanctum baptiſma reiteretur,

Rebaptizare baptizatū genus eſt hæreſis:ideo poſt hæreticos Baptiſmi reiteratio.
ponit̃ hæc materia p̄hibēs,ne ſanctū baptiſma dñi reiteretur.
Et qdē ſi certū eſt aliquē eſſe baptizatū ſemel,nō debet iterū ba
ptizari:alioqui baptizato & baptizāti vltimū ſuppliciū impo-
nitur,qd' mortē interpretamur.J.e.l.ij.Vbi aūt aliquis nō eſt ba
ptizatus ſemel,ſed Chriſtianus tātū,& ita catechumenus vel ca
techizatus,vel initiatus miniſterijs orthodoxorū,poſtea bapti
zatus ſecūdū morē hæreticorū,imponitur baptizanti & bapti-
zato pœna exilij,& decē librarū auri.J.e.l.vlt.de hoc in c.ij.&c.
quædam.de hære.& in tit.de ſacra.non iter.per totum.

### De apoſtatis.

Apoſtatæ plus quàm hæretici ſunt: & ſunt hi , qui nomine
Chriſtianitatis inducti ſacrificia poſtea fecerint , vel facienda
mandauerint,fidem polluēdo,quam Deo dedicauerint , & per
dationem diuini miniſterij in prophana migrando . Eſt enim
apoſtaſia à noſtris dictum refugium,vel rebellio.Inde Apoſta-
ta.Et quæ ſit eorum pœna ponitur hic in l.j.ij.& iij.& in l.apo-
ſtatarum. & in c.penul.& ſi extra eo.tit.

### Nemini licere ſignū ſaluatoris Chriſti in ſilice, vel marmore, vel humi ſculpere, vel pingere.

Signū crucis humi ponere eſt cōtrariū religioni: eſt enim ab
hominibus adorādum,& venerandū:& ſi in manibus alicuius
geſtatur,ei debemus cum deuotione aſſurgere:& ſi alicubi po-
ſitum emineat,honorem debemus impēdere . Ideo prohibetur
hic,ne humi ponatur:vel in aliqua materia humi poſita ſcul-
patur , aut depingatur , ne pedibus conculcetur. Qui poſuerit

Universidad de Deusto Biblioteca

vel poſitum non leuauerit, grauiſsima pœna mulctatur, quam
mortem interpretamur ff. de pœn. l. vlti. & J. eod. l. j. de adora-
tione crucis habetur de con. diſt. iij. crucis. & in c. ſi canonici. de
ſi. lib. vj & in clemen. vna. de ſum trini.

### De iudæis & cælicolis,

Iudæi antequã dominũ noſtrũ crucifigerẽt nõ grauabãtur,
imo priuilegijs gaudebãt, & populus peculiaris vel ſpecialis do-
Iudæi. mini dicebãtur. Dicti enim erãt Iudæi quaſi Deũ vidẽtes, ſecũ-
dum interpretationẽ Io. an. ſuper rubro. extra eo. ti. Vel dicun-
tur à iuda: quia illa tribus erat præſtãtior cæteris. archi. lvj. dil.
dominus. Poſtea autẽ perdiderunt priuilegia ſua ex delicto. J.
eo. l. iuſsio. ita vt nõ immerito de eis dictũ ſit: Homo cũ inhono-
re eſſet, nõ intellexit. id eſt, intelligere noluit: cõparat⁹ eſt iumẽ-
tis, ſimilis fact⁹. Iudęi enim vt Plinius lib. xiij. nat. hiſt. ſcribit,
gens eſt cõtumelia numinũ inſignis: Et ideo ab oĩb⁹ dignitatib⁹
& officijs publicis inter Chriſtianos repelluntur. J. e. l. vlt. Cælico-
lę aũt dicũtur, q cælũ quaſi Deũ colũt, vel cæli planetas: ſcilicet
Solẽ, Lunã, vel ſtellas. Et hi licet Chriſtiani ſint, cęterorũ tũ hę-
reticorũ pœnã patiunt, niſi reſipiſcãt, & ad venerationẽ chriſtia-
Planetiſtæ. nã cõuertant: qcqd enim à fide Chriſtianã diſcrepat, legi Chri-
ſtianę cõtrariũ eſt. J. e. l. cęlicolarũ. hi & Planetiſtæ appellantur.

### Ne Chriſtianũ mancipium hæreticus, vel paganus, vel Iudæus habeat, vel poſsideat, vel circuncidat.

Mancipiũ Chriſtianũ, id eſt, ſeruus ab hæretico, pagano, vel
Iudęo poſsideri nõ debet: ſiue erat Chriſtianũ tẽpore emptionis,
ſiue poſt emptionẽ fuerit factũ Chriſtianũ vel deſiderat fieri.
Debet enim Iudæus iſtud venale exhibere intra mẽſem, & in i-
ſta cõditione vẽdere, nõ amplius xij ſolidis, id eſt, aureis: quod
ſi pniciose id retinere cõtẽdit, & mãcipiũ & pretiũ perdit. J. j. &
ij. de Iudæis. extra. & ff. de epi. & cle. l. vlt. & J. e. l. j. in. fi. Itẽ im-
ponitur capitalis pœna hæretico hoc ipſo, quod habuit: vt J. e.
l. j. vel circunciderit, vt ibi: de hoc liiij. diſt. fraternitatem.

### De paganis, & templis, & ſacrificis eorum.

Pagani, id eſt, Saraceni dicuntur, q deos innumeros, deaſq;
imo dęmones colunt & adorant. Et dictus eſt Paganus, id eſt,
Pagan⁹. villanus, hoc eſt in villa natus: nam cum iuxta fontẽ qui Græcè
πηγή dicitur, villa fieri cõſueuerit, deductũ eſt vocabolum pa-
ganus, id eſt. villanus. Iuuenal. Cuius ſalſum producere teſtem
con



contra paganũ poſsis. Et Perſius: Ipſe ego ſemipaganus. Hinc &
Paganus dicitur, qui non eſt miles. C. de inoffi. teſta. l. fi. Inde &
Paganus dici poteſt quiſquis militiã fidei orthodoxę nõ ſuſce-
perit, & in pagis, hoc eſt ſeparatis & diuerſis ſectis à fide noſtra
detinetur: & ſic capitur toto hoc tit. Tales ſacrificia ſua, puta cũ
immolatione bidẽtũ, aut aliarũ pecudũ, ac exteratione extorũ
inſpectioneq; ilium & inteſtinorum, ac alijs ſuperſtitioſis diui-
nationibus facere ꝓhibẽtur. Itẽ tẽpla ſua clauſa habeant ſub pœ-
na mortis, & amiſsione bonorũ J. eo. l. j. Item oĩa templa paga-
norũ applicantur Reipub. vt imperator ea vbicunq; velit poſsit
dare: ſicut Phocas Cęſar fecit beato Bonifacio de tẽplo quod vo-
cabatur Pantheon, id eſt, omnium deorum. J. e. l. omnia.

### De his qui ad eccleſias confugiunt, vel ibi exclamant: & ne quis ab eccleſia extrahatur.

Inter cętera priuilegia quæ habet eccleſia, hoc præcipuũ eſt, Confugientes eccleſiã.
ne confugientes ad eam alicuius temeraria autoritate abſtra-
hantur, cum tali diſtinctione, ſint liberi vel ſerui: ſi ſerui, vel co-
loni, vel aſſcriptitij, vel liberti, vel aliæ perſonæ de alicuius fa-
milia. tales ſine magna mora reſtituuntur dominis ſuis, vindi-
cantibus in eos, vbi acriter deliquerunt aut ſi non deliquerunt
acriter, fiat remiſsio ex humanitate, intercedẽte religioſo œco-
nomo: & ſacramento præſtito à domino, quod ob cauſam illã
non lædat eos. J. eod. præſenti. §. ſanc. & l. ſi ſeruus cuiuſquam.
& in Auten. de ſanc. epi §. ſi quis autem ad monaſticam. Hoc ſi
ſeruus confugerit ad eccleſie ſine armis: alioquin continuò
domino, vel à quo receſsit, indicetur. ſi ei copia abſtrahẽdi de-
negetur: & hoc vbi confugit ad eccleſiam propter ſuum deli-
ctum: alioqui ſi propter ſæuitiam domini, compellatur domi-
nus vendere ipſum bonis conditionibus, id eſt, ne amplius re-
uertatur in poteſtatẽ domini. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. l. ij.
niſi forte mallent redire: & tunc reſtituẽtur, vt dictum eſt. J. eo.
l. vlti. in fi. Si autem liberi confugerint ad eccleſiam: aut hære-
tici, aut Chriſtiani, vel Iudæi. Si hæretici vel Iudæi, non ſuſci-
piantur, vel retineantur, niſi conuerti, vel reuerti velint ad fidẽ
J. eod. l. j. Si autẽ Chriſtiani, habẽt promiſsionem ſecuritatis à
præſide loci vſq; ad xxx. dies, &c. vt in Auten. de mand. prin. §.
ſed neq;. & fiat poſtea, vt J. eo. l. præſenti. Sed ſi quis temeritate
ſua cõfugam extraxerit de eccleſia, aut extrahere conatus fue-

Universidad de Deusto Biblioteca

rit,tanquam crimine læſæ maieſt.commiſſo tenetur,& vltimũ ſupplicium patietur.j.cod.l.fideli.& l.vlti.in princ.niſi conſuga erat homicida,vel adulter,vel raptor virginum:vt in Autenti.de mand prin.§.neque aũt homicidis.De hoc in c.inter alia & c.ſi.extra,de immu.eccle.

## De his qui in eccleſia manumittuntur.

Manumitti in eccleſia.

Sicut eccleſia fugientibus fauet,ita & manumittendis: quia in eccleſia corã epiſcopo & ſub aſpectu plebis manumiſſus, perinde habetur,ac ſi apud iudicẽ manumiſſus eſſet.Nã iſtæ duæ ſpecies manumiſsionis purificantur:vt Inſti de liber.§.j.Ita tñ quòd manumittens ſuam priuatam ſcripturã de libertate danda exponat.In qua & ſigillum ſuum debet apponere:vt j.eo.l.j. Quid autem ſit manumiſsio dixi in ff.in proprio titulo.

## De legibus & conſtitutionibus principũ & edictis.

Lex.

Cõſtitutio principis.

Edictũ.

De diuinis dictũ eſt:nunc de humanis ſacris,nã leges ſacræ ſunt.j.e.l leges ſacratiſsimæ,quæ cõſtringũt hoĩm vitas ad ſancte beateq; viuẽdũ.Lex quñq; ponit̃ ſtrictè ꝑ ſtatuto populi Romani:qñq; largè ꝓomni rationabili ſtatuto:& ita regula eſt iuſtorũ & iniuſtorũ:vt dicit̃ in trãſlatione Græca.ff.e.l.ij. Vnde dicitur,Ipſi legẽ nõ habẽtes,ſibi ipſis lex ſũt.Cõſtitutio verò principis,& Edictũ,legis partes ſunt.Cõſtitutio ab Edicto:quia cõſtitutio poteſt eſſe generalis & ſpecialis:vt in ff.de cõſti.prin.l.j.§.hæ ſunt.& §.plane.Edictũ verò eſt principis generale ſtatutum.j.eo.l.iij.de his dixi ff.de leg.& ff.de conſti.prin.

## De mandatis principum.

Mãdatũ

Quia mandata ſunt conſtitutiones ſpeciales principis, ideo poſt tit.proxi.ponitur.Eſt enim Mandatũ nõ quælibet conſtitutio,ſed ea dũtaxat , quam præcip it imperator:qualiter is qui eligitur magiſtratus laud abiliter gubernare ꝓuinciã poſsit: & dicitur ſanctio:vt in autẽ.de mãd.prin.Et per totã legẽ illã docetur magiſtratus qualiter debeat ſe habere.Et differt Mandatum à Cõſtitutione,ſicut ſpecies à ſuo genere. Circa mandata autẽ hoc generale eſt,fiant vel non fiant gratia adminiſtrationis gerendæ , vt non credatur aliquis ea habere,niſi ſacras literas principis oſtendat:& ita plus creditur hoc caſu literis quã teſtibus.ã.de epiſc.& cler.l.ſi qua.§.vlti.In procuratore autem qui agit nomine meo non exquiritur,habeat literas vel nõ:ſed

qual



qualitercunq; probet ſe habere mandatum, vel caueat rem ratam dominum habiturum.j.de procu.l.j.

## De ſenatuſconſultis.

De materia huius tituli dixi ff.e.ti.& de ori.iur.

## De veteri iure enucleando: & de autoritate iuriſprudentium, qui in digeſtis.

Vetus ius.

Enucleare.

Duæ partes legis,ſcilicet conſtitutio & ſenatuſcõſultũ expeditæ ſunt ſupeſt de Plebiſcitis,& ꝑtorũ edictis:& ita de enucleatione veteris iuris:in cõpoſitione enim veteris iuris quidã maiorẽ,qdã minorẽ ſcientiã habuerũt:de quib⁹ hic.Dicit̃ aũt Vet⁹ ius,qa ab vrbe Roma cõdita & Romuleis tpib⁹ vſq; ad tpa Iuſtiniani ferè ꝑ mille quadrigẽtos annos cõfuſſa iſta iura fuerũt vt j.e.l.j.§.j.ibi reperimus aũt.& §.cũq; hæc materia.& l.ij.j.rñſo.Enucleãdo aũt dicitur, qa ſicut in nuce primo qd̃ eſt amarũ inuenitur, ita & in iſto veteri iure erant tot multitudinis acerbitates,qd̃ nemo eas legere vel intelligere poterat. Itẽ ſicut in nucleo teſta dura inuenitur,ita ibi duræ & iniquæ erãt ſñiæ,ſecũdũ Azo.Itẽ ſicut nucleus quadã inutili pellicula tenet̃,ita & in illa multitudine tanta ſublata ſupfluitate antiqua,et neceſſarijs et vtilib⁹ collectis ꝓut meli⁹ põt.j.e.l.ij.§.ſed & ſi aliqd.Iniũgit aũt quibuſdã diſertiſsimis viris, cũ ſumma ꝓuidẽtia hãc enucleationẽ facere:quæ extẽdebatur in duo penè millia librorũ,& & plus quàm tricies centena millia verſuũ, id eſt , paragraphorum, vel reſponſorum:vt j.e.l.ij.§.ſed cum omnia.

## De iuris & facti ignorantia.

Ignorãtia.

Quia leges ab omnibus ſciri debent & intelligi : ignorantia autem tam in iure quàm facto ſæpe in pactis & cauſis prætenditur,ideo de ea diximus ff.eo.ti.plenè.

## De precibus imperatori offerendis, & de quibus rebus ſupplicare liceat vel non.

Imperator ꝑcib⁹ adeũ.

Quia dominus Imperator,caput eſt,& miniſter,ac executor legum,de quibus ſuprà,ideo de ipſo primo videamus. Sed quia non temerè, ſed per preces eſt adeundus , qualiter hoc fieri debeat,& de quibus rebus ſibi liceat ſupplicari , hĩc tractatus. Et quidem offeruntur conſiderata Conſuetudine & Iure.Conſuetudine,vt quia pileo,& pallio reiecto,genibus flexis preces porrigendæ ſunt.Iure,quia breuiter eſt ei exponendum negotium

ea:

Universidad de Deusto Biblioteca

ea videlicet tãtũ verba, de quorũ ſenſu inter partes fuerit dubi-
tatũ j.e.l.vl. Licet aũt ſupplicare ꝑ hæreticis, vt facit papa ſ̃.de
ſum tri.l.vl.§.ſed qa gremiũ Itẽ ſupplicare licet ꝑ minore dam
nato à principe: qñq; licet raro, pmittitur ſupplicare ꝑ bñficio in
integrũ reſt. dũ minor dicit ſe pditũ ab aduocatis. ff. de mino.l.
minor aũt.§. ſi aũt. Itẽ durãte officio præſidis, eius ſubiecti ſup
plicare poſsũt principi, vt furtũ eius puniat: in Autẽ. vt iud. ſine
quoquo ſuf.§. ſi qs aũt præter. Itẽ cũ ordinario clericorum facta
eſt per pecuniam: vt in Autẽ. qũo opor. epi.§.vl. Et in caſu l. quo
ties.j.e. Et in his quæ non ſunt fiſco dãnoſa: vt j.e.l. nec dãnoſa.
itẽ in his quæ non ſunt iuri cõtraria: aliàs reſcriptũ impetratum
non tenet: ſed dicitur ſubreptitiũ.j.e.l. reſcripta. de quibus ple-
nius dicemus j. ſi contra ius vel vtil.pub.

## Quando libellus principi datus facit litis conteſtatiouem.

Suppli-
cationis
effectus.

De ſupplicatiõe principi facta in genere ſupra dixi: nũc de eius
effectu. Eſt aũt effectus ſupplicationis quæ principi porrigitur
quòd ſi imperator ad eã reſcribat, vicẽ obtineat litis cõteſtatæ,
q̃tũ ad hoc vt ppetuetur in xxx. vel forte in xl. annos: ſicut in cõ
ſtitutione dicitur. j. de anna. excep.l.j. & ita põt intelligi qđ dici
tur. ff. de ac. & obl. cõſtitutionib⁹. Hæc tñ nõ habet locũ in qua

Libelli
oblatio
facta prĩ
cipi.

libet actione: ſed in prætoria, & annali, vt eſt in iur. vi bo. rap. et
& qđ met. cã. q̃ non ſunt rei pſecutoriæ. ff. de ac. & obl. in hono-
rarijs. Ciuiles enim ſolitis & cõibus modis tãtũ perpetuãtur: vt
conteſtatiõe, executoris cõuentiõe, debiti agnitione: nõ aũt ſola
libelli oblatione vt j. de præſcript. xxx. an.l. ſi quis. & in l. cũ no
tiſsimi Eſt ergo mẽs tituli, qđ ſicut prætoriæ & annales actio
nes, quæ de ſui natura tpales ſunt, & anno expirãt, per litis con
teſt. ppetuetur, & fiũt poſtea ppetuæ ad agẽdũ: vt Inſt de perpe.
& tẽp. ac.§. pœnoles, l. cũ mora. C. de trãſac. & ibi Bart. ita & in
eis actio annalis ppetuatur, ſi libellus principi porrigitur, & il
le ad eũ reſcribat. j.l.j & ij. Secus ſi alij iudicio offeratur. d.l. cõ-
ſtitutionibus. ff. de ac. & obl. & ex his etiã caſibus fit actio anna
lis trãſitoria ad hæredes, vel contra. vt §. pœnales. & d.l. cõſtitu
tiõib⁹. in caſib⁹ tñ etiã ciuiles actiones perpetuãtur ſola libelli
oblatione: hoc cum impeditor litem conteſta. contra reum, vel
propter furorem ſuum, vel dignitatem, vel abſentiã, vel infan-
tiam: vt j. de ann. excep.l. vt perfectius.

Vt



## Vt lite pendente, vel poſt prouocationem, & vel, poſt diffinitam ſententiam nulli liceat ſupplicare imperatori.

Qñ ſit ſupplicandũ vel non ponit, ſcilicet, pẽdente lite prin
cipalis cauſæ, vel poſt prouocationẽ, ſcilicet pẽdẽte cã appella-
tionis: aut poſt diffinitiuã, ſcilicet quæ non põt retractari poſt
appellationẽ. His tãtũ modis ſupplicare nõ licet Añ litẽ aũt cõ-
teſtatẽ ſi ſupplicetur, admittitur ſupplicatio ꝑ executiõe iuris
ciuilis, vel iuſtitia cõi: ſi tñ præſes, vel defenſor loci primo fuit a
ditus, q circa ius cõmune partes ſuas ad plenũ potuerũt accõmo
dare: vt in Autẽ de mã. prin.§. ſit tibi. & vt diff. iudi. in princ. Si
aũt fiat ſupplicatio, vt detur priuilegiũ, tenet etiã prætermiſsis,
quia nihil ſufficientes eſſe potuerũt in dãdo priuilegium. Si ve
ro poſt litẽ nullo modo tenetur: vt in rubro. & j. eo.l.vlt, n caſi
bus tamen ſupplicatur etiam pendente lite: hoc eſt, vt edantur
acta vel ſententia j. eo. l.ij. vel alius aſſocietur iudex: vel vt ter-
minetur cauſa: vel vt citius finiatur: vt in Auten. in me. litis nõ
pfer. ſa. fol.§. ſup hoc. col. viij. Et habet locũ hæc rubrica quãdo
ſupplicatur pro his quæ ſunt inter partes in lite. Pro his iure
quæ nõ ſunt in conuerſia, licet ſupplicare etiam quandocuque.

Suppli-
catio qñ
admitti
tur.

## Si contrarius, vel vtilitatem publicam, vel per mendacium fuerit aliquid poſtulatum, vel impetratum.

Si reſcriptũ, vel priuilegium contra ius Dei, Apoſtolorũ, Euã
geliſtarũ, Prophetarũ, indulgetur, omnino reſpuit qa ſupioris
legẽ tollere nõ potuerũt. Clẽ. ne romani: de elec. Põt tñ diſtin-
guere pro q̃litate pſonarũ, & publica vtilitate: de qua hic latẽ p
Doc. & in c. fi. de conſue. Si aũt ſit contra ius hũanũ: aut eſt in læ
ſione alteri⁹, aut nõ. Si eſt in læſione, ſi q dẽ lædat in eo, qđ ei cõ
petit de iure naturali, nullũ eſt priuilegiũ vel reſcriptũ: qa iura
naturalia dicũtur immutabilia: Inſt. de iur. na.§. pe. fallit in ca
ſibus. j. de quadr. præſcrip.l.vl & de ven. re. fiſ.l j. Si autẽ læda
tur in iure ciuili, puta circa actiones quæ omnes inductæ ſunt
à iure ciuili. ff de ori. iur.l.ij. & ita quod ius omnino perimatur,
vel ex toto agendi denegetur poteſtas: & tunc non tenet: vt j. eo.
l. vlti. Nec enim veriſimile eſt, quod imperator voluerit conce
dere priuilegium cum tanto præiudicio, cũm ipſe iudicib⁹ cõ
mittat, ne reſcripta cõtra leges admittant. j. eo.l.vlt. & j. de in-
offi.

Reſcri-
ptũ con
tra ius.

Universidad de Deusto Biblioteca

Contra publicã vtilitaté per mendacium.

offi.teſt.l.ſi quando.in prin.Si autem non perimatur,ſed differatur,bene tenet:vt ſ.de preci.impe.off.l.quoties.& j.eop.ſacri legij Si autem reſcriptum indulgetur contra publicam vtilitatem,non tenet:ſed oportet quòd fiat ſecunda iuſsio : vt dicit ſ. de preci.impera off.Vbi auté per mendacium impetratur, ſiue quis mentiatur princi in iure ſcripto ( in quo tamen nõ eſt veriſimile principem decipi:quia in ſcrinio eius pectoris omnia ſunt condita iura.j.de teſta.l.omnium.& c.j.de conſti.lib.vj.) ſcilicet dicendo aliter legem ſtatuere,quàm ſtatuat : vel in iure non ſcripto, id eſt,conſuetudine , in quo facilius poteſt decipi princeps.d.c.j.Siue mentiatur in facto,dicendo ſe non accepiſſe pecuniam mutuo &c.Siue mentiatur in fraudé tacẽdo:vt qui cũ ſit libertus alienus,hoc tacito, faciant ſe arrogari vt ingenuum, cum non poſsit de iure ff.de adop.l.nec libertum. Vel tanquã dominus rei,vel creditor pecunię impetrat reſcriptum ad iudicem certum de agendo , hoc tacito , quòd poſſeſſor vel debitor ſit iam ab eo abſolutus: tenet reſcriptum in his omnibus mendacijs impetratum: vt tamen datus iudex pro tenore veritatis cauſam examinet , & eam diffiniet non pro affirmatione deprecantis,id eſt , pro mendacijs in deprecando admiſsis: vt j. eod.l.j.præſcriptione.

## De diuerſis reſcriptis, & pragmaticis ſanctionibus.

Supra de reſcriptis contra ius illicitis in ſpecie : nũc ponit in genere,dicens,de diuerſis,id eſt,varijs reſcriptis:ſicut & illa rubrica in ff.intelligitur de diuer.& tẽp.præſcrip Reſcripta autẽ indulgentur propoſitio die & conſule:licet illud de cõſule hodie ex conſuetudine non ſeruetur:vt j.eodẽ. l. ſi qua beneficia. Itẽ dies incarnationis domini exprimitur:vt inchoatur inſtrumentũ autore Deo:& ſupponitur in dicto,& nominabitur imperator & eius imperij tẽpus,vt in Auten.vt præpo.no.imperadocu.coll.v.Item debet ſcribi reſcriptum purpurea ſcriptura,& ſignari ardore cocti muricis,& triti coccinij. Eſt enim Murex quidam piſcis,ex cuius ſanguine tingitur purpura.Item debet imperator ſe ſuſcribere.j.cod.l.ſacri affatus.Item debet ſubijci annotatio, qua contineatur,inter quos,& ad quem iudicem,& per quam perſonam fuerit dictata iuſsio principis,id eſt,ipſum reſcriptũ:vt in Auten.vt diui.iuſſ.coll.vij.Item ſemper debet in-

Murex.



ſeri conditio,ſi preces veritati nitantur,& ſi non monſtretur inſerta,non valet reſcriptum:vt j.eo l.vlt.Et quod dictũ eſt in reſcriptis,ſeruatur in pragmaticis ſanctionib⁹.Eſt autẽ annotatio reſcriptum principis eius proprio motu indultũ.Pragmatica ſanctio eſt,quod conſilio procerum princeps ſtatuit & ſancit,nec indulgetur ſuper priuatis negotijs ſingulorum,ſed vniuerſitatum:vt j.eo.l.vlt.ſ.vlt.Pragma enim cauſa dicitur:hinc Pragmatica ſanctio,quæſtio quæ cauſatiua eſt,& cum cauſæ cognitione fit,vt dicit gl.in c.j.extra de rerum permut.

Pragmatica ſanctio.

## De ſtatuis & imaginibus.

Quia per ſcripta cõcedebantur fieri imagines in ſuum aut alienum honoré,ideo de his ponit.Et eſt differentia inter Statuam,& Imaginẽ,quia in Statua nihil eſt quod hominis effigiẽ nõ deſignet.In Imagine aũt ſic,nã eſt ſola pictura,& multę partes quæ nõ deſignãt mẽbra hominis,vt dicit gloſ.ſuper rubro. Erat olim vſus ſtatuarũ apud barbaros frequens,Romanis poſtea vſurpatus eſt in ſignũ deificationis:putabãt enim ex bonis huius vitæ alterius vitæ beatitudinẽ futurã.Quod diui principes ex toto tollere non potuerũt:ſed ſine ſuo priuilegio erigi ſtatuã prohibuerunt,pœnã cõtrauenientibus irrogantes:vt j.e.l.j.

Statua.

*Imago.*

## De his qui ad ſtatuas confugiunt.

Confugientes ad ſtatuas,ſi quidem iuſto timore aliorum,ne ſæuiant in eos,ſecundum leges vindicentur.Si verò cõfugiunt p malitiã:hoc eſt,indiuidiæ cã,vel blaſphemiæ,nã preſumit aliquis deliquiſſe,vinculis publicis mãcipetur.ff.de pœ.l.capitaliũ ſ.ad ſtatuas.facit Inſt.e his q ſunt ſui.ſ.fi.Si aũt qs cõfugerit ad ſummi regis ſtatuã,vel imaginẽ,id eſt,ad omnipotẽtis Dei eccleſiam,turpiter inde nõ extrahaẽ,vt dixi ſ.de his qui ad eccle.cõ.

## De officio Præfecti orientis & Illyrici.

De Principe qui caput eſt omnium magiſtratuum diximus Nunc de alijs magiſtratibus,qui ſunt Principis,tanquam capitis,membra:vt j.ad le.iul.ma.l.quiſquis.Horum alij ſunt maiores,alij minores,alij medij.Maiores,vt illuſtres:qualis eſt Præfectus prætorio Orientis,Item Illyrici,item Africæ,item vrbis Romæ.Minores ſunt clariſsimi:puta Præſides prouinciarum. Medij ſunt ſpectabiles:vt procõſul.Præfectus Aegypti,qui dicitur Auguſtalis,vt dixi ff.de off.præſe.aug.Excellẽtiores præfecti ſunt,Præfectus prætorio Orientis,& Illyrici , quorũ officium

Magiſtratus triplex.

Universidad de Deusto Biblioteca



cium eſt,vt ab eorũ ſentẽtijs non appelletur. *Item* nec cõtra eo
rũſententias datur reſtitutio,niſi ab ipſis. *Itẽ* concedere poſ-
ſunt leges:vt tñ nõ ſint cõtrariæ generalibus legibus,vel conſti
tutionibus.J.e.l.formã. Et ſumpſit hic Imperator exordiũ ab il
luſtribus,hoc eſt,à Præfectis prætorio,quaſi à maioribus, qui
maiores ſunt dignitate & adminiſtratione. Sed in ff. exordium
ſumpſit à ſuperilluſtribus,hoc eſt,à Cõſulibus,q ſuper illuſtre
dignitatẽ habẽt,vt in Auten. vt ab illuſtr. & qui ſup eã dig. Eſt
aũt Illyria vel Illyris ꝓuincia cuius fines latiſsimi ſunt:quippe
quæ intra Italiam, ſuperioremq́; Germaniam, Macedoniam,
Thraciam,Epirum,& Adriaticum ſinum,Danubiumq́; conti-
netur. Veg.1.Aen. Illyricos penterare ſinus,&c.

## De officio Præfecti prætorio Africæ, eiuſq; diœceſeos ſtatu.

Et hic illuſtris eſt ſicut ſuperior,& eſt eius ſedes Carthago:
vt in.l.j.huius tit.circa mediũ,cuius officiũ eſt,vt milites conſti
tuat per quos prouinciæ iudicenť & defendantur:vt J.l.ij Itẽ ſi
viderit caſtella & ciuitates nimiæ magnitudinis eſſe,poterit ad
talẽ formã redigere,vt p paucos melius poſsit cõſeruari.vt in
Prefect⁹ Auten.ut iudi. ſine quoquo ſuff.§. illud tñ.& §.nulli quoq;. Et
Africæ. incœpit tunc Præfectus Africæ cõſtitui,cũ à Gotthis Vuandalis
Africa cẽtũ & quinq; annos poſſeſſa & captiuata, demũ volẽte
Africæ ſe dñi imperio recuperata & adiecta eſt Romano,vt in l.j.eo Sta-
ptẽ pro- tus aũt diœceſeos Africæ eſt,vt in ſeptẽ prouincijs diuiſa,ſcili-
uinciæ. cet in Carthaginẽ,Byzantiũ.Tripolin,Tiagin,quæ ante proco
ſularis vocabatur,Numidiã,Mauritaniam, & Sardiniam, ſuis
iudicibus diſponantur:vt J.l.j.poſt medium.

## De officio Præfectis vrbis.

Hic quoque illuſtris eſt, vt ſuperiores. Vrbis aũt appellatio
ſimpliciter prolata populi Romani ciuitatẽ antonomaſicẽ ſi-
gnificat:vt ff.de verb.ſign.l.vrbis.de iſto ſatis in ff.e.tit.dixi.

## De officio Magiſtri militum.

Vrbis ap Hic Magiſter militũ illuſtris eſt,ſicut & ſuperiores:vt Quæ
pel. ſtor,de cuius officio tractatur.J.tit.pxi. Et habet cognitionẽ cõ
uento milite,& de ciuili cã,vt J.e.l.j.& J de iuriſ.om.iudi.l.pen.
Si verò ſit cã criminalis,de crimine militari,vt qa alienauit ar-
ma,vel quia vagatus eſt extra caſtra,ſimiliter ad ipſum ſpectat
cognitio. Si verò accuſatur de crimine cõi,& enormi,cõuenitur
ſub



ſub præſide tantum Si non ſit enorme:conuenitur ſub magi-
ſtro militum. Et ſi conueniatur ſub præſide,ipſe remittit ad
magiſtrũ militum:vt ff.de re mil.l.iij.§.reſponſ.& de actu.l.vl.
hi & Magiſtri peditum & equitum appellantur:vt J.l.j.

## De officio Quæſtoris.

Hic quoque illuſtris eſt.vt diximus ſatis ff.eo.tit.

## De officio Magiſtri officiorum.

Nũc de ſpectabilibus,qui ſecũdũ Pla.mediã gerũt adminiſtra
tionẽ,vt in Autẽ.de re.ecc.nõ alie.§.vlt. Sed Azo hũc illuſtrẽ di
xit,eo qđ eius officiũ deſigneť iter illuſtres:nã & ſequẽtes tres il
luſtres ſunt. Et eius officium eſt,vt ſtipendia meliora,& labor
ꝓlixior eius iuſſu dignis honoribus antecedant: vt J eo.l.j. Ad
huius officium pertinet,ſignificare quemadmodum militum,
& caſtrorum ſeries procedat:vt J.eod l.iiij.

## De officio Comitis ſacrarum largitionum.

Hunc Pla.ſpectabilẽ dicit. Sed tñ lex dicit apertè cõtrã: illu-
ſtris enim eſt,ſicut & Comes rerum priuatarum:vt J.de aſſeſ.l.
vlti. Et eſt ille per quem princeps ſtipendia largebatur: & hic Logiſta.
forte erat procurator reip.qui Græcè Logiſta,id eſt, rationalis
nuncupatur:vt.J.de mo.mulc.l.iij.

## De officio Comitis rerum priuatarum.

Etiam hic illuſtris erat,vt priores. Et erat forte procurator
Cæſaris,ſiue priuatæ ratiõis,& forte architriclinus. Et eſt in eo
ſpeciale,quòd ſeruus principis eius iuſſu adire poteſt hæredita
tem:vt ff de offi.procu.cæſ.j.& l.ij.

## De officio Proconſulis, & legati.

Perfecto tractatu illuſtrium,ſupponit de ſpectabilibus: hic
enim proconſul ſpectabilis eſt.quæ ſit differẽtia inter procon-
ſulem & preſidem diximus.ff.eod.tit.

## De officio Comitis orientis.

Comes orientis ſpectabilis eſt,vt dicitur J l.j.& vt om. tam
ciui.l.j.& electus ad hoc officiũ à curiali liberatur cõditione:vt
J.de decu.lib.x. Et erat comes orientis procurator Cæſaris ea-
rum rerũ quas habebat in oriente, vt dicit hoc gl.ſuper rubro.

## De officio Præfecti auguſtalis.

Hic ſpectabilis eſt:vt J.de pri.car.l.j.§.viro.de hoc.ff.e.tit.di
xi,pag.14.

## De officio Vicarii.

Vicarij Magiſtratus.

Magiſtratus qui appellantur Præfecti, quia illuſtres erant, & anteſtabãt ceteris dignitatib⁹, ideo habebãt vicarios ſuos in ciuilibus cauſis audiẽdis, & terminandis. Sicut & Magiſter militũ habebat vicariũ in negotijs militaribus. Et ita vicari⁹ magiſtri militũ, maior eſt vicario magiſtrat⁹ in negotijs militarib⁹ vicari⁹ aũt Magiſtratus maior eſt vicario vel comite magiſtri militũ in cauſis priuatorũ, vel paganorũ: vt j. e. l. j. Et videt qđ hi vicarij fuerint ſpectabiles, cũ eorũ officiat ponat iter ſpectabiles.

## De officio Prætoris.

Hic ſpectabilis eſt: & de eo ſatis ff eo. tit. pag. 13

## De officio rectoris ꝓuinciæ, & vt nulli patriæ ſuæ adminiſtratio ſiue ſpeciali ꝑmiſſu pricipis ꝑmittat.

Nunc de clariſsimis incipit. Preſes enim clariſsimus eſt. vt j. de priuat. car. l. j. ille enim dicitur Rector prouinciæ, qui prouinciæ præſidet. de huius officio dixi ff. de offi. præſi. pag. 15

## De officio Præfecti vigilum.

Hũc titulũ ĩ Digeſto ĩpreſſores noſtri nuper ignauia quadã & ĩ aduertẽtia ꝑtermiſerũt: qua ꝑpter vt eius cognitio habeat, & pretermiſſa debito mõ ſuppleant, hic repetẽda veniũt, quę alias alibi ediſſeruiſſim⁹. Pręfecti aũt vigilũ icedijs arcedis præerãt: dicti ab eo, qđ vigilib⁹ & excubijs præeſſent. Nã diuus Auguſtus ſeptẽ cohortes opportunis locis cõſtituit, vt binas regiones vrbis vna quæq; cohors tueret: prępoſitis eis tribunis, & ſup oẽs prępoſito ſpectabili viro, q Præfect⁹ vigilũ appellat: cuius officiũ erat, p totã noctẽ vigilare, ac ſi eſſet noctua: & calceatũ calceis ferreis coërrare cũ armis & dolabris: oẽs inquilinos admonere, ne p aliquã negligẽtiã incẽdij caſus oriatur: præterea vt aquã vnuſquiſq; inquilinus in cœnaculo ſuo haberet, qua extingeretur incendiũ. Et de culpa incendij cognoſcit: de dolo autẽ adhibito remittit ad Præfectũ vrbis puniendum: vt j. eo. l. iij. §. j. & dixit Pla. cum nõ gerere honoẽ, quia nõ dormit de nocte.

## De officio ciuilium iudicium.

Honorarij aduocati.

Erant quidam qui dicebatur Honorarij aduocati, qui habebant dignitatẽ talem. vt ſemper eis pateret aditus ingrediẽdi conſiſtorium principis, aut ſecretariũ, id eſt, auditoriũ ciuiliũ iudicũ, id eſt, qui audiebãt ciuiles cauſas: aut ſedendi cum ipſis iudicibus, & in aduentu ſuo ſalutabãtur: vt j. de offi. diu. iud. l. vlti. eo tamen tempore quo ipſi conueniebantur, aut cauſas agebant, reſidendi cum iudice non habebãt facultatẽ: vt j. eo. l. j.



## De officio Præfecti aunonæ.

Annona.

Annonæ, id eſt, publicæ functiones à quolibet debent præſtari, quod ſi quis vel priuilegio vel præſcriptione prætẽdat excuſationem, perfectus annonæ de hoc ipſo cognoſcit: alioquin imponitur ei pœna xxx. libra. auri. j eo. l. j. Et dicitur Annona ab anno. eo quod anni eſt alimonia, & non ſolũ frumẽtaria, ſed etiam aliarum rerũ. Ciciero lib. de Diuina. Si Epicuri de voluptate corroſus eſſet, putarẽ annonam in macello carioẽ fore.

## De officio militarium iudicum.

Magiſter militũ de curialibus vel priuatis perſonis non habet poteſtatem: vt j. e. l. j. & ij.

## Ne comitibus rei militaris vel tribunis. lauacrum præſtetur.

Balnea qb⁹ ſuccẽdeda.

Ciuitates vel curiæ nõ debẽt cõpelli balnea ſuccẽder, id eſt, calefacere tribunis, vel ducib⁹, vel comitib⁹ militũ, id eſt, vicarijs magiſtroꝝ militũ: vel p ſuccẽdẽdo nõ debẽt cõpelli pſtare aliq̃ adærationẽ, id eſt, æris pſtationẽ. Illuſtribus aũt viris, vt magiſtris militũ, indulget priuilegiũ: ſi tñ id voluerit, vt eis pdicta balnea pareẽ, & ſuccedãt: nã iſtđ eſt lauacrũ pſtare, de quo ĩ titu.

## De officio diuerſorum iudicum.

Mulieres ñ trahẽdę ſoras.

Hoc ptinet ad officiũ oĩm iudicũ diuerſorũ, id eſt, cuiuſcũq; diuerſitatis ſint, vt nõ cõpellãt matrẽſa. in publicũ venire, cũ p ſe in domo ſua, vel in ſacroſancta eccleſia, vel p legitimũ ꝓcuratorẽ rñdere poſsit. Si vero criminalis cã ei obijcit, dare debet fideiuſſorẽ iũdicio ſiſti ſi põt, alioqui iuret iudicio ſiſti. Vbi aũt grauiſsimũ eſt crimẽ, in monaſteriũ mittit donec cã finiat: vt j. e. l. j. & ĩ Autẽ. vt nulli iudicũ. §. neceſſariũ. de hoc aliqd in c. mulieres. de iudi. . vj. Itẽ obſeruari debet à quolibet, vt honoratis, & ĩ ſaluãdo. Nec ĩ ſubſcritionib⁹ nominẽt eos fratres: vt j. e. l. ij.

## Vt omnes, tam ciuiles, quàm militares iudices poſt adminiſtrationem depoſitam per dies quinquaginta in ciuitatibus, vel ceteris locis, permaneant.

Ex hac rubrica patet, quòd ille qui geſsit publicũ officium, eo

Universidad de Burgos Biblioteca

Depo- eo poſito,ibidē debet remācere,non priuatū in domo ſua,vel a
nés pu- licuiꝰ potétis , vel in eccleſia:ſed publice añ eorū ora quos nup
blicuoſ. rexerat:& rñdebit furtis ſuis,vel domeſticorū vel manupulario
& in quadruplū dānatur,vt J.de aſſeſſ.iij.& ad l.Iul.repetū.l.j.
& J.eo.l.j. & ſic hodie per ſpecialia etiā ſtatuta , diſpoſitū eſt in
rectoribꝰ vniuerſitatū:de hoc etiā in Auté.vt iud. ſine quoquo
ſuff.§.ſi quis.& §.neceſſitatem.& §.illud videlicet.

### De officio eius qui vicem alicuius iudicis obtinet.

De magiſtratus ordinarijs.ſ.dictum eſt : nam & vicarij , de
quibus dictum eſt,erant ordinarij,cum vices ordinariorum vi
uentiū & præſentiū ſupplerent.Nunc auté ponit de his, qui ge
Suffecti. rūt vices mortuorum & abſentiū:& appellātur Suffecti : dece-
Inde- dentes autem dicebātur Indemortui. Et potuerunt huiuſmodi
mortui. ſuffecti omnia agere quæ pertinent ad iuriſdictionem rectoris
prouinciæ, præter vltimū ſupplicum , & membri abſciſſio-
nem J.e.l ij.& in Auten.de colla.§.antequam verò,&c.

### De aſſeſſoribus, & domeſticis, & cancellarijs iudicum.

Aſſeſſor Nunc de collateralibus iudiciū,id eſt,aſſeſſoribus & cācella-
rijs,&c. Aſſeſſor eſt,qui ab eo,cui data eſt iudicandi ptās, rogat,
vt ſibi in cognitione cauſæ aſſideat,vt eū debito fine cām deci
dere inſtruat.nō aūt metu terribili,& neſsitate incōgrua liber-
Dome- tati,debet ad hoc cōpelli aſſeſſor:vt J.e.l.j.& eiꝰ officiū,vt ex dif
ſtici. finitionē patet. De hoc ff.e.ti.diximꝰ. Domeſtici aūt alij habe-
bāt deputata ſibi officia in re publica:q̃ tū aperte non ſpecifica
tur in lege. Nullꝰ tñ præſes domeſticū.vel cancellariū,vel aſſeſ-
Cancel- ſoré ſecū debet ducere l.nullus J.e. Cācellarij aūt introducebāt
larij. petitiones & ſupplicationes in curiā dicti Cācellarij,eo qđ præ
erant cācellis,vel officijs. Dicūt enim Cācelli feneſtrata oſtia ꝑ
modū crucis:ꝑ eos eni patebat adit. & acceſſus. Vel dicūt Cācel
larij,quia dictata ſibi ab aſſeſſoribus ſcribebāt,& cācellebāt, id
eſt,delebāt,a.i modū crucis ducta penna,ſecđm Azo.ſic ponitur
J.de ſolu.l.inductum.& ff.de proba.l.ſi chirographum.

### De annonis, & capite adminiſtrantiū vel aſſeſſorū, vel publicas ſolicitudines gerentium: vel eorum, qui aliquas conſequuntur dignitates.

De



De maioribus & minoribus magiſtratibus dixit:nunc de eo
rū ſolatijs,id eſt ſalarijs. Et q̃a ipſi pcipiebāt ſalaria in annonis,
iō ponit de annonis & capite,id eſt,capitatiōe miniſtrātiū.& aſ
ſeſſorū,& aliorū gerētiū publicas dignitates,id eſt,q̃ dabāt mini
ſtrātibꝰ publica officia. Ipſi eni præter annonas ſalaria forte cō
ſequebāt in pecunia:vt J.de inoff.teſt.l.vlt. Vel dicit de annona
quæ ꝑ capite,& pſona magiſtratuū & aſſeſſorū dabat:& hoc eſt
qđ dicit J.de ann.mili.l.vlt.& de ero.mili.ann.l.fi. qđ milites
Romani annonas & capita ſingulis diebus cōſequebant. Sicut Capitatio:
enim Capitatio dicit tributū,q̃a ꝑ capite datur:ita Annona di- Anno.
citur tributū,vel ſalariū quocūq; datur pro capite ſuo remune-
rationis cā:vt J.l.j. Et iſta continentur in conſuetudine cuiuſq;
prouinciæ:vt in Auté.de deſcē.ciui.§.ſi verò quædam ſalaria.

### De contractibus iudicum, vel eorum qui ſunt circa eos: & inhibendis donationibus in eos faciendis: & ne adminiſtrationis tempore proprias ædes ædificent.

Hoc titulo diſtinguūtur præſides prouinciarū à magiſtrati
bus vrbis Romæ: nā magiſtratus tpe officij ſui domus emere, Magiſtratus vrbis.
vel extruere non poteſt:niſi ſpeciali permiſsione principis, vel
ſortenisi paterna védatur. Donationes aūt recipere nō pōt hic
vrbicijs magiſtratꝰ etiā principe pmittente niſi finito officio is
q̃ donauit,eadē cōfirmaret expreſsim , vel tacuerit quīquēnio.
Prouincialis aūt magiſtratus donationes vel emptiones admit Magiſtratꝰ ꝓuinci.
tere non debet,nec ædificationes facere,etiā pricipe permittēte
cōcedūt:vt nec expreſsi,nec taci turnitate quīquēnij,etiā finito
officio confirmētur & quod dicitur in prouinciali magiſtratu
obſeruatur idē in conſiliarijs eius domeſticis & aſſeſſoribus.J.
eod.l.j ff.de contrah.emp.l.non licet.& l.qui officij cauſa.

### De modo mulctarum, quæ à iudicibus infliguntur.

Quia magiſtratibus permiſſum eſt defendere ſuā iuriſdictionē
pœnæ,vel mulctarū iudicio:vt ff.ſi qs ius di. nonob.l.j.ideo pe- Mulcta.
nit de mō mulctarū. Eſt aūt Mulcta peccati animaduerſio, pœ-
cuniaria iudicis arbitrio ſtatuéda.ff. verb.ſig.l.aliud.§.j. Pœna
aūt eſt & corpalis,pecuniaria,& certa,prout lege ſtatuti. Itē à pœ
na non appellat,ſed a mulcta. Item mulcta non indicitur, niſi à

q 3 ma

Universidad de Deusto Biblioteca



maioribus magiſtratibus, id eſt, à iudicibus habẽtibus merum imperium, nõ alijs ff. de iudi. l. ij. §. fi. & ȷ. l. ij. & iij. Pœna autem à quolibet, qui habet poteſtatem iudicandi. Item ſi mulcta imponatur vltra modũ lege conceſſum, non tenet impoſitio: ſec⁹ in pœna. ȷ. quãdo prouo. non eſt nece l. certa. & ff. de his qui no. infa. l. quid ergo. §. pœna grauior. Et qui ſit mo. ſus mulctandi omnium magiſtratuum, habetur. ȷ. e. l. illuſtres. & l. eos qui. Et applicantur mulctæ fiſco. ȷ. e. l. mulctarum.

## De defenſoribus ciuitatum.

Nunc de minoribus iudicibus, ſcilicet defenſoribus ciuitatum, qui ſunt minimi: quia nec merũ nec miſtũ habẽt imperiũ vt in Auten. c. §. nulla. in fi. coll. iij. ſed modicam coẽrtionẽ: vt in eo. tit. §. audien. Eſt autẽ officiũ Defenſſoris, præbere autoritatem his quæ agũtur apud eũ ex voluntate partiũ vt adoptio emãcipatio, manumiſsio, teſtamẽtaria. Itẽ donationis inſinuatio. In contentioſa aũt iuriſdictione habet cognitionẽ vſq; ad xxx. aureos: olim vſq; ad quinquaginta: vt ȷ. e. l. j. In criminibus etiã leuioribus habet cognitionẽ & caſtigationẽ competẽtem. In maioribus reum debet dtrudere in carcerem, & mittere ad præſident: in Auten. eo. ti. §. nos igitur. & interim. & ȷ. e. l. defenſores ciuitatum. & l. defenſores ita.

Deſenſor et ei⁹ officiũ. Magiſtra⁹ municipales.

## De magiſtratibus municipalibus.

Nunc de magiſtratibus municipiorũ, & villarũ, ſeu burgorum, caſtrorum: in quibus ſatis dici poteſt eadem ſeruanda, q̃ in defenſoribus ciuitatum dicta dicta ſunt. Se deirca eorum electionem ſeruari debet, vt per tres menſes ante debeant eligi, quàm incipiat: eorum adminiſtratio ȷ. eo. l. j.

## De officio iuriſdici.

De hoc diximus ff. eo. tit. & de offi. procu. cæſ. pag. 13.

# LIBER II.

## De edendo.

COntentioſ à iuriſdictio eſt in iudicijs cognoſcendis & terminandis, quorũ præparatio eſt edictio actionis: ideo de ea: Vel ſequitur de iudicijs, q̃ quæ de magiſtratus exercentur. ff. de orig. iur. l. ij. poſt originem. & primo de edendo, quod eſt p̃paratorium iudiciorum. De hoc ſatis ff. e. ti dixi, pag. 29.





## De in ius vocando.

Facta editione actionis, neceſſe eſt reũ in ius vocare. Et quia omne iudicium ab hoc titulo initium ſumit, vt Inſtit. de pœn. te. liti. §. fi. ideo de eo dicit. de hoc ff. eo. tit dixi, pag. 16

Vocare in ius.

## De pactis.

Metu iudiciorũ puenit ad pacta & trãſactiões, ideo de his. Nã meticuloſa res eſt ire ad iudiciũ: & q̃a nõ pecunia, ſed etiã gratia q̃s à lite ſæpe deſiſtit: & decẽtius eſt per gratiã remittere actionẽ quã pecunia vẽdere, vt q̃a pacta generaliora ſunt: ideo prius de pactis: vt ff. de trãſac. l. j. j. reſponſo. & §. j. De hoc ff. e. tit. pag. 20

## De tranſactionibus.

De hoc tit. ſ. proxi. & ff. eo. tit. dixi, pag. 20

## De errore calculi.

In cõputatione trãſactionis q̃nq; erratur. Veteres aũt cõputabant p lapillos qui Calculi dicũtur, eo quòd pedib⁹ nõ impune tñ q̃nq;, calcantur. Vnde Perſias: Hũc Macrine diẽ numera meliore lapillo. Nã diẽ boni ſucceſſus numerabãt lapide albo: mali aũt, lapide nigro. Quãdoq; aũt Calculus ponitur pro cognitione cauſæ. ȷ. de iudi. l. rẽ non nouã. q̃nq; pro ſententia. ȷ. de ſen. l. ſi actor. quia calcatur, id eſt, terminatur, ſecundum Pla.

Calcul⁹.

## De poſtulando.

Quia in iudicijs neceſſarij ſunt aduocati: ideo de his dicit. & nos. ff. eo. diximus, pag. 21

## De aduocatis diuerſorum iudiciorum.

Supra de poſtulando: nunc de perſonis poſtulantibus, ſcilicet de aduocatis quibuſdam, qui neceſſe habeant coram certis præſidibus & poteſtatibus aduocare, & in certo foro ſeu iudicio, & ſubijcit de priuilegijs eorum.

## De aduocatis diuerſorum iudicum.

Superior titulus dixit de his aduocatis, qui adhuc ſunt in officio aduocationis, ſed hic loquiť de illis, q depoſuerũt officiũ: vt patet ȷ. e. l. iubem⁹. §. ad hoc. & § filios. & §. et aũt. & in l. petitionẽ. & l. laudabilẽ. Superior verò tractat de priuilegijs cõpetẽtib⁹ in ipſo officio. Itẽ ſuperior, De poſtulãdo cõplexus eſt tã eos qui pro ſe, quã eos qui pro alijs poſtulare poſſunt: in iſtis duobus cõplectitur tantũ q pro alijs. Vel, titulus ſuperior loquitur de illi qui erant ſcripti in matricula, & ſalaria de publico ſuſcipiebãt: 9

Universidad de Deusto Biblioteca

hic de alijs. Vel, ſupra de illis aduocatis, qui neceſſariè habebant poſtulare in certis iudicijs, vel in certis locis, puta in illa ciuitate, vel in illa prouincia: hic de illis, qui neceſſe habebant poſtulare coram certis iudicibus, in quacunque eſſent prouincia, ciuitate, vel loco.

## De aduocatis fiſci.

In aduocatis fiſci quędã ſpecalia ſeruantur. Nam cauſa priuati deciſa ſub prætextu abſentiæ patroni cauſæ non reſtauratur: ſecus in cauſa fiſcali: & hoc quando fiſcus alij facit controuerſiam ſtatus. ß. de poſtulando. l. velamento. & J. eod. l. vlti. & J. ſi aduerſus fiſc. l. ij. & ff. de iure fiſci. l. ſi fiſcus. Item qui extitit aduocatus fiſci, poſtea contra fiſcum in eadem cauſa non aduocabit, etiam ſi ſalarium non perceperit. J. eo. l. j. & ij. niſi pro his quorum eſt tutor, vel curator ff. de poſtul. j. penul. & vltim. Hoc etiam iungitur ei, ne fiſcalia commoda occultet, nec ve calumnioſe priuatos faciet conueniri. J. eod. l. penul.

## De errore aduocatorum, & libellos, ſeu preces concipientium.

Quoniam aduocati quãq; in officijs ſuis exequẽdis errãt, ideo ponit de erroribus eorũ: & ea occaſione ſubijcit de erroribꝰ ſcribẽtiũ libellos cõuẽtionales, vel libellos precũ. Exponitur ergo de errore aduocatorũ: ſcilicet ſi noceat, vel ne. Et preces ſcilicet principi porrigẽdas cõcipiẽtiũ, q ſimiles ſunt in errore aduocatis. Eſt aũt ſciẽdũ, quòd aduocatus quãq; errat in facto, quãq; in iure. Si in facto dño pręſente & nõ cõtradicẽte, præiudicat dño, ac ſi ipſemet ita cõfeſſus fuiſſet. Sed ipſemet ſuũ errorẽ uſq; ad ſententiã corrigere poſſet. ß. de iur. & fac. igno. l. error. & ff. de cõfeſ. l. nõ cõfitetur. Ergo & aduocati. J. eod. l. j. licet Pla. aliter dixerit non poſſe, ſcilicet errorẽ aduocati corrigere, niſi intra triduũ. Vbi aũt aduocatus errat in iure, quandocunque licet mihi corrigere errorẽ. Errores autem ſcribentiũ libellos, vel preces, me pręſente, & nõ cõtradicente, præiudicant mihi, vt in aduocato dictum eſt: niſi probem contrarium J. eod. l. ij.

Aduocatorũ error.

## Vt quæ deſunt aduocatis partium, iudex ſuppleat.

Si errant aduocati quid iuris andiſti: puta ſi male, id eſt, per errorem aliquid in cauſa dicant. Nunc quando minus ab aduocato dicitur. Et certè tunc ſupplere debet iudex, vt patet ex generalibus verbis huius rubricæ.

gener



Debet enim iudex proferre, quæ ſciat legibus & iuri publico conueniri. J. l. j. Sedendo igitur, non ſtando, ne officium aduocati ſumat ß. de poſtu. l. quiſquis. Supplebit autem ea quæ ſunt iuris, non quæ facti: niſi notum ſit ei vt iudici. Supplet & ante ſententiam quãdoq; diſputando cum vtriuſque partis aduocatis, quandoq; opponendo, quandoq; quærendo & inueſtigando veritatẽ. porro & poſt ſententiam quandoq; ſupplet in his, quæ deſunt aduocatis ad cõſequentia priorũ ſtatutorũ, vt in fructibus & vſuris ff. de re iudi. l. Paulus. De hoc per gl. & doct. in c. bonæ. J. de poſtul. prælat.

## Ex quibus cauſis infamia irrogatur.

A poſtulãdo, de quo multis in titulis diximus, remouẽtur infames, vt diximus. ff. eo tit. vbi hanc materiã proſecuti ſumus.

## De Procuratoribus.

Similes ſunt in quibuſdã procuratores aduocatis. ff. de var. & extraordi. cog. l. aduocatos. Licet in quibuſdã differãt: nã procurator colludẽs tenetur mãdati J eo. ſi procurator. in fi. ff. mand. l. ſi procuratore. in prin. Aduocatus de præuaricatione. ß. de aduo. diuer. iudi. l. j. De hac materia dixi ff. eo. tit.

## Ne liceat potentioribus patrocinium litigantibus præſtare, vel actiones in ſe transferre.

Omnia mala exempla ex bonis initijs oriuntur, & vitia virtutes imitantur, vt dixit Sal. Occaſione licitę procurationis ſæpe attentantur illicita: ideo de ea, & de ceſsione actionum, quæ fit in pontentiores. Et intelligitur hîc Potentior, nõ omnis aduerſarius, qui maior eſt eo, contra quem præſtat patrociniũ: ſed de eo, qui terribilis eſt, & minacem feruorem oſtendere poteſt. vt J quod met. cauſa. l. ſi per impreſsionem. & ſi quacun. pręd. pot. l. j. & ſi rector prouin. l. j. Punitur autem hic qui ſibi aduocauit patrocinium potentis in terrorẽ aduerſarij, quia cauſam amittit. Actionem autem in ſe transferre, eſt ceſsionẽ, vel transfuſionem actionis in ſe recipere. Et quando licet cedere actionẽ diximus aliquid de hære. vel actione ven. in ff. & J. eo. tit. & per Doct. in l. penul. ß. mand.

Potentior qs.

Actionẽ in ſe trãsferre.

## De his qui potentiorũ nomine titulos prædiis affigunt vel eorum nomina in litem prætendũt.

Sicut quis in conueniendo alium, non debet ſibi aduocare

Universidad de Deusto Biblioteca

patrocinium potentioris,vt ſ.tit.proxi.dictum eſt:ita & ſi conueniatur quis ab alio de prædijs,vel de iure,id eſt,ſeruitute prædiorum quæ poſsidet,non debet in terrorē agētis affigere prædijs,de quibus agitur,titulos,id eſt,ſuſcriptiones, vel ſchedulā quandā,ſcilicet qua cōtinetur,hoc eſt prædiū talis potentis.Itē eius nomē non debet prætēdere in litē.Si autē poſſeſſor faciat cōtra,amittat cauſam,etiā ſi ſit iuſta,& dānatur in metallū:potētior verò ſi cōſenſerit,infamatur vt famæ ſuæ prodigus,& calūniarū redēptor.Itē accuſabitur crimine ſtellionatus,cum pro hoc crimine alia non ſit prodita actio.ff.de cri ſtel.l.j.

## Vt nemo priuatus titulos prædijs ſuis,vel alienis imponat,vel vela regia ſuſpendat.

Sicut ſuperiori titulo prohibetur quis,ſua dicere aliena:ita hoc titulo prohibetur quis,aliena dicere ſua:& per titulos denotare hæc prædia etiā quæ poſsideo eſſe mea:hoc enim ſpeciale priuilegiū eſt imperatoris,vt eius prædia titulorū inſcriptionibus legatur,vel velis regijs ſuſpenſis denotentur. Qui ergo in prædijs ſuis id fieri procurauit,qđ conſueuit tātū fieri in regijs verisimile eſt,quòd prædia ſua voluerit in imperatorē transferre.Vbi alienis prædiis tales titulos,vel vela regia quis ſuſpēdat,ſi eſt plebeius,damnatur ad mortē:ſi clariſsimus,vel curialis,vel miles,vel clericus,deportatur,& preſcribitur.J.eo.l.ij.

## Vt nemini liceat ſine iudicis autoritate ſigna rebus imponere quas alius tenet.

Impone re ſigna rebus.

Signa rebus,quas alius tenet,hic imponere dicitur,qui aliqđ generaliter præter vela regia,de quibus ſ.tit.pxi.alienis rebus imponit:qbꝰ denotet,res ab alio detētas eſſe ſuas:& hoc locum habet ante litē cōteſtatā:& poſteà,ante ſentētiā:vt.J.eo.l.j.& ij. Superior aūt titulus loquiť,vbi p titulū,vel vexiliū denotabatur rē eſſe poſſeſſoris:& habet locū ante litē cōteſt.Et ideo ſi qua ſigna imponit poſt litis conteſt.nō patitur pœnā ſuperioris tituli,ſed iudex eū puniet pro motu ſuo:ſecūdū gl.hic in rubro.

## Ne fiſcus vel Reſpublica procurationem alicui patrocinij cauſa in lite præſtet.

Licet generaliter prohibuerit ſuprà patrocinium potentum in cauſa:nunc tamen ſpecialiter prohibet fiſcum,id eſt,procuratorem fiſci,vel Rempublicam,id eſt,procuratorē Reipub.

Nec



Nec immerito fiſcus prohibetur,cùm ipſe ſit potentiſsimus:& ne iniuriarum inde naſcatur occaſio,vnde iura ſumuntur.J.vnde vi.l.meminerint.

## De negotijs geſtis.

Quæ geruntur ex mandato infrà diximus:nunc de negotijs quæ ſine mandato geruntur:de hoc ff.eo.dixi.pag.23.

## De his quæ vi,metusve cauſa geſta ſunt.

Seruat antiquā intitulationē,hodie ſufficeret alterū.ff e l.j. de negotijs aūt,quæ ab alijs geſta rata habemus,dixi:nunc de quæ à nobis geſta infirmātur.de hoc.ff.e.tit.dixi,pag.24.

## De dolo malo.

De hoc ſatis ff.eo.tit.dixi,pag.34.

## De integrum reſtitutione minorum viginti quinque annis.

Satis de hoc ff eo.tit.dixi,pag.24.

## De filiofamilias minore.

Reſtitutio filijfam.

De minoribus in genere dictum eſt:nunc ſpecialiter ponit de minore filiofamil.cuius reſtitutio patri proficere videbatur & ideo non eſſe dandam.quia ſic maiori ſubueniretur qđ non fuit prætoris propoſitum.Sed tamē ei datur,vt hic,& ff.e.l.iij. nam non ſolum patris,ſed filij videtur intereſſe:cū & filius ex contractu ſuo,dum eſt in poteſtate,inſolidum cōueniatur:vel factus ſui iuris,conueniatur inquantum facere poteſt.

## De fideiuſſoribus minorum.

Non ſolùm minores,ſed & ob eorum gratia aliquando maiores,id eſt,fideiuſſores minorum reſtituuntur,vel eorum mandatores,& conſtitutores,& quilibet qui pro minore interuenit.vt J.e.l.j.& ff.de mino.l.in cauſæ

## Si tutor vel curator interuenerit.

Reſtitutio minorum.

Quando interuenit fideiuſſor in contractu dixi,nūc quando tutor vel curator:modo crederet aliquis minorem non eſſe reſtituēdū,vbi contraxit tutore vel curatore autore.Sed tamen neceſſariū eſt,& in his quæ geſta ſunt in iudicijs,& in his quæ geſta ſunt extra.ſi ſui facilitate,vel dolo aduerſarij minores viginti quinque annis decepti,vel circumuenti ſunt etiā pñtibꝰ tutoribus vel curatoribus,eis in integrum reſtitutionis auxiliū ſupereſſe J.e.l.ij.Hoc tamē fallit in caſibus.J.de admi.tut.l.conſtitutione.& l.ſancimus.& J.ad Treb.l.pe.in prin.

Universidad de Deusto Biblioteca

### Si in communi, eademq́ cauſa, in integrũ reſtitutio poſtuletur.

Certum eſt ipſis minoribus ſubuenire per reſtitutionem, & quandoq; eorum gratia ſubuenitur alijs, puta eorum fideiuſſoribus, licet ſint maiores. Item æquitate rei ſubuenitur eorum aduerſarijs, vt diximus ff. de mi. & J. de reputa. Sed hic illud quẽrebatur, an reſtitutio minoris proficeret maiori, cum quo minor rem vel cauſam habet communem, ratione communis, vel ſocietatis. ad quod reſpondetur, quòd minimè: vt J. eod. l. j.

*Reſtitutio minorũ an proſit maioribus.*

### Si aduerſus rem iudicatam reſtitutio poſtuletur.

Sicut in alijs, ita & in ſñia lata cõtra minores tutorũ vel curatorũ autoritate, reſtitutio daſ minorib⁹: ſi tñ ſñia lata ſit in minori ætate, aliàs non niſi hoc ſtructũ ſit dolo aduerſarij: vt minori facto maiore ſñia ferat: vt J. e. l. j. & l. ĩ re, & ff. de mi. l. iij. §. j.

### Si aduerſus venditionem reſtitutio poſtuletur.

*Reſtitutio contra vẽd. min.*

Minor reſtituitur in integrũ in vẽditiõe, ſi tñ vẽditio teneat. Si ergo vẽdat ea q̃ ſeruãdo poſſent ſeruari ſine decreto, ipo iure nõ tenet vẽditio, & iõ nec datur reſtitutio. Si aũt vẽdat cũ decreto, tenet vẽditio, ſed reſtitui põt, ſi doceat ſe læſum: vt J. de admini. tut. l. lex quę. & de prædi. mi. ſi qdẽ. Vbi aũt vẽdita ea q̃ ſeruando ſeruari non poſſunt, reſtituitur minor propter enorme damnatum vel fraudis conſilium. ff. de mi. & ſi ſine. §. j.

### Si aduerſus venditionem pignoris.

Cũ res minoris pignori obligata diſtrahitur à creditore diſtinguitur: ceperit pignus à minore, vel ab eius prædeceſſore. Si à minore in qua obligatione etiã decretũ fuit neceſſariũ: vt §. ti. prox. & tunc reſtituitur minor etiã pro modico dãno, vt in alijs ſuis contractibus. ff. de diſtrac. pig. l. ſi debitor. §. vltimo. Si cepità prædeceſſore minoris pignus, diſtinguitur vt J. l. ij.

### Si aduerſus donationem.

Minor cum decreto, vel ſine decreto donare non poteſt: vt J. ſi ma. fac. ra. l. vlt. §. vlt. & ideo reſtitutio locum non habet ff. de min. l. in cauſæ. Sed in caſibus donat minor: puta mercedẽ præceptori. Item alimenta parẽtibus, & cognatis, & eis ſolẽnia munera mittet: & hæ donationes fieri debent cum decreto: vt tamen ſi fiant immoderatè reſtituo locum habeat. ff. de adm. tu. l. cum plures. §. cum tutor. & de tu. & ra. di. l. j. idẽ ſi donauerit



rit dotis cauſa, vel propter nuptias. J. de admi. tut. l. lex quæ.

### Si aduerſus libertatem.

Si minor cõtra libertatem, quæ iam competit, velit reſtitui, nullo modo poteſt: niſi ex magna cauſa hocq; à principe fuerit cõſecutus: tali videlicet, quam princeps approbauerit: vel ſi ſerui manumiſſio pertinet ad euerſionem totius domus minoris.

*Tranſactio minoris.*

### Si aduerſus tranſactionem, vel diuiſionem, minor reſtitui velit.

Reſtituitur minor contra tranſactionem, ſiue ſit facta cum ipſe ageret contra aliũ, ſiue cũ ali⁹ ageret cõtra eũ. Verbi gratia facta fuit ſuper his, in quib⁹ alienãdis non exigitur decretũ ſed tutoris vel curatoris autoritas, vel ſoli⁹ adulti voluntas ſi non habeat curatorẽ. Si aũt fiat ſup his, q̃ poſsũt ſeruari, exigitur decretũ, & tutoris autoritas. J. de admi. tut. l. lex. de prædi. mi. l. nõ ſolũ. In diuiſione aũt, id eſt, ſi minor habet rẽ cũ alio communẽ ſi tũc talis eſt res, in qua alienãda exigitur decretũ, minor non poterit prouocare ſociũ ad diuiſionẽ, ſed maior poterit prouocare minorem: vt J. de præd. mi. l. l. inter omnes. & ita per decretũ neceſſaria cauſa præcedet diuiſio: in qua ſi decipiatur minor, impetrabit in integrum reſtitutionẽ.

*Diuiſio facta p minorẽ.*

### Si aduerſus ſolutionem à debitore, vel a ſe factam, reſtitutio poſtuletur.

De reſtitutio aduerſus ſolutionẽ debitoris tractat lex prima: De ſolutione à ſe, id eſt, pupillo facta loquitur lex ij.

### Si aduerſus delictum ſuum reſtitutio poſtuletur.

Mulier xxv. annorum ſi promittat, quàm habeat in patrimonio: vt ſi habeat centũ promittat ducẽta, & hoc nomine dotis, vel vltra quã valeant facultates, ipo iure nulla eſt promiſſio in eo quod eſt vltra. ff. de iure dot. l. ſiue gñalis. Si vero adulta promittat vltra vires patrimonij, non detracto ære alieno, tenet promiſſio, ſed reſtituitur. ff. de mino. l. ſi, ex cauſa. §. in dotis.

### Si aduerſus dotem reſtitutio poſtuletur.

Qualiter minorib⁹ in contractibus ſubueniatur, ſupradiximus: nũc qualiter in delictis, ſiue delinquat minor ex contractu, vel quaſi: ſiue in rebus q̃bus contraxit, puta commodatis, depoſitis, vẽditis, vel locatis, & ſimilibus. Et diſtinguitur, an deliquat ex culpa, ſeu non: an ex ꝓpoſito, vel ex cōi conſciẽtia: & J. l. j.

*Reſtitutio aduerſus delictũ mino.*

Si

Universidad de Deusto Biblioteca



## Si aduerſus vſucapionem reſtitutio poſtuletur.

Minor etiam in vſucapione rei ſuæ reſtituitur: pupillæ tamen ipſo iure non currit vſucapio triennij, vel decennij, vel vicennij ff. de acqui. re. do. l. bonæ fidei emptor.

## Si aduerſus fiſcum reſtitutio poſtuletur.

Si minor contraxit cum procuratore cæſaris, & decipiatur, reſtituitur in integrum ac ſi cum priuato contraxiſſet: & cognoſcit de ea reſtitutione procurator fiſci: vt J. eo. l. j. Et iſte dicitur procurator Reipub. vt ӡ. de mo. mulc. l. curator.

## Si aduerſus creditorem reſtitutio poſtuletur.

Licet crediti appellatio ſit gñalis. ff. ſi cer. pe. l. j. Hic tñ ſpecialiter ponitur ꝑ mutuo. Sicut aũt in alijs cõtractib⁹ reſtituitur minor, ita & mutuo, & fortaſsis amplius: qa licet alias minor debet ꝓbare ſe deceptũ, vel ſe amiſiſſe qđ ei dicitur d. t. nvt ӡ. de mi. l. minoribus. & ff. de iureiurã do. l. nã poſtea §. ſi minor. Hic tñ creditor debet probare minorem locupletatum. J. eod. l. j.

## Si vt hæreditate ſe abſtineat reſtitutio poſtuletur.

Si minor adijt hæreditatem minus lucroſam, vel agnouit bonorum poſ. vt ex Trebel. recipit hærebitatis reſtitutionem, reſtituitur in integrum, cauſa tamen cognita: non tantũ vtrum ſit lucroſa vel non: ſed etiã an interſit minoris, litibus & ſumptibus non vexari. ff. de min. l. minoribus xxv. ann. Itẽ conſiderato an in hæreditate ſint multæ res mortales, vel prædia ruinæ ſubiecta: vt ff. e. l. verum. §. ſi locupletati.

## Si omiſſa hæreditate, vel bonorum poſſeſſione, aliquid aliud exeuirat.

Ne quis putaret minoribus tunc demum, cum certant de damno vitando, & non etiã in lucris omiſsis vel repudiatis iuuari. Si ergo repudiauit hæreditatẽ ſibi delatã minor. ſi repudiatio teneat iure cõi, reſtituetur minor, vt liceat ei adire hæreditatẽ: ſi tñ poſt repudiationẽ hæreditas non ſit diſtracta vel à ſubſtituto minori, vel ab eo qui repudiãte minore ſucceſsit: alioqui ſi eſt diſtracta, repellitur minor, de hoc J. de repu. hære. l. vlt.

## In quibus cauſis in integrum reſtitutio non eſt neceſſaria.

Multæ ſunt cauſæ in quibus reſtitutio non eſt neceſſaria: vt quando ipſo iure deficit contractus, quia non interuenit tutor, vel



vel curator: vel quia non interuenit, decretum: vel quia dolus dedit cauſam contractui: vel quia minor ſocietatem contraxit donationis cauſa: vel ſi fecit minor ludibrium ſui. ӡ. ex quib. cau. infa. l. vlt. Item minor mulier, quæ filio impuberi non petijt tutorem. Item in omni temporali pręſcriptione. Item in omnibus cõtractibus bonæ fidei, & q buſdã quaſi cõtractibus ſtricti iuris, qui coæquiparantur eis, id eſt legatis, & fideicõmiſsis.

## Qui, & aduerſus quos, in integrum reſtitutio non poſtuletur.

Cauſas & caſus in quibus, & propter quas detur, vel non ſit neceſſaria reſtitutio, proſecutus eſt imperator. Nũc incipit edocere propter quæ denegetur reſtitutio. Et primo in hoc titulo ratione perſonæ, ſcilicet petentis in integrum reſti. & perſonæ eius contra quem petit, &c.

## Si minor ſe maiorem dixerit, vel probatũ fuerit.

Sicut ratione perſonarũ denegatur reſtitutio, ita & denegatur ratione mendacij: vt quia minor aſſeruit ſe maiorem in cõtractu, & nũc petẽdo reſtitutionẽ, vult vti bñficio minoris, &c.

## Si ſæpius in integrum reſtitutio poſtuletur.

Denega re reſti- tutio.

Hic ponit qualiter ceſſet reſtitutio ratione beneficij ſæpius petiti, vel collati, vel ſemel denegati. Et licet ſæpius minor poſſit reſtitui: ſi tamen ſemel eſt denegata, minor non reſtituitur poſtea, præterquàm ad appellationem: niſi nouis defenſionibus cauſam inſtrui poſſe dicat. eo. l. j. & l. vlt.

## De his qui veniam ætatis impetrauerunt.

Veniam ætatis impe- trans.

Sicut ceſſat reſtitutio, qñ minor natura eſt factus maior: ita & denegatur ſibi, qñ iure, id eſt, principis priuilegio, pro maiori reputat: puta ſi impetrauit veniã ætatis. Impetrat aũt veniã maſculus maior xx. ann fœmina maior xviij. Et impetratur à ſolo principe allegãdo, nõ ꝓbãdo, imperatori de morũ honeſtate. Et eſt effectus huius veniæ, quia qui veniã meruit, poſtea reputatur ꝓ maiore in cõtrahẽdis & diſtrahẽdis negotijs. J. l. j.

## Si maior factus ratum habuerit.

Ratiha- bitio im pedit re ſti.

Non tantum ex ſupradictis cauſis, ſed etiam ratihabitione denegatur reſtitutio: vt quia maior factus ratũ habet id, quod minori ætate geſsit vel per ſe, vel per tutorem, vel per vtrunq; talis enim non poteſt reſtitutionem in integ. petere. J. eo. l. ij.

Vbi,

Universidad de Deusto Biblioteca

### Vbi, & apud quem cognitio in integrum reſtitutionis agenda ſit.

Vbi reſtitutio tractanda.

Cauſa in integrũ reſtitutionis debet agitari in foro eius, cõtra quẽ petitur reſtitutio: vt. j. co. l. ij. cognoſcit aũt de iudex ordinarius, reſtituẽdo nedũ in cõtractibus, & cõſimilibus: ſed etiã contra ſententiam à ſe latã, vel ab inferiori ſed non à ſuperiori.

### De reputationibus, quæ fiunt in iudicio in integrum reſtitutionis.

Reputatio.

Quia in reſtitutionibus minorum locus eſt reputationibus, id eſt, compẽſationibus ſecundum Pla. vel reſtaurationibus ſecundum Azo. vel computationibus ſecundum Accur. Nam ſi minor reſtituitur in integrum, vt liceat ei abſtinere ab hæreditate quam adijt, etiam alius, ad quem pertinent bona, ex cẽ[illegible]tate æquitatis reſtituetur, vt à minore repetat, quod in rem ſuam conuerſum eſt: nec perijt per imbecillitatem ætatis. Si autem periit dolo, nihilominus eſt reſtituendum. vt. j. cod. l. j. in fi. & ff. de mino. l. ait prætor. §. planè.

### Etiam per procuratorem cauſam in integrum reſtitutionis agi poſſe.

Satis clara eſt rubrica, dũmodo intelligatur de procuratore ſpeciali nõ generali. ff. e. l. illud. § ſi talis, & l. quod ſi de ſpeciali.

### In integrũ reſtitutione poſtulata, nequid noui fiat.

Pendẽte reſtitutionis cauſa.

Poſtulata reſtitutione in integrum, omnia manere debent in ſuo ſtatu, in quo erant ante principium cauſæ. Ergo nec res debebit alienari, nec ſententia executioni mandari, vel ab aliquo quid fieri in præiudicium alterius partis, donec finiatur cauſa reſtitutionis.

### De reſtitutione militum, & eorum qui reipublicæ cauſa abſunt.

Abſens cauſa reipub.

Duæ ſunt excellentiores cauſæ, quibus reſtituuntur maiores ſcilicet militiæ cauſa. Et abſentia propter rempu. Militibus aũt ideo ſubuenit, quia diſcedere à ſignis ſine periculo nõ poſſunt. ff. qui. ex cau. ma. l. vl. Si ergo miles eſt in domo ſua, interim nõ reſtituitur. j. e. l. fi. & ff. ex qui. cau. ma. l. miles. Abeſſe autẽ reipub. cauſa videt: qui abeſt ꝓpter rẽp. Romanorũ. nõ ciuitatis alicuius. licet ille iuuetur ex generali clauſula edicti ꝑtorij. qui abeſt ꝑ ciuitate. ff. qui. ex cau. ma. l ſed & ſi. § . vl. & de verb. ſig. l. eum.

De



### De vxoribus militum, & eorum qui reipublicæ cauſa abſunt.

Sicut ipſis militibus ſuccurritur, ita & vxoribus eorũ. j. e. l. j.

### De temporibus in integrum reſtitutionis, tam minorum, quam aliarum perſonarum, quam hæredum eorum qui reſtitui poſſunt.

Hic tit. tractat intra quæ tempora, & ad quanta reſtituantur minores, & maiores eorũ quã hæredes: pro quo notandũ quòd ſiue minor in contractu, vel quaſi, delicto, vel quaſi decipiatur, reſtitui nõ poteſt toto tẽpe minoris ætatis, & poſtea intra quadriennũ: & hoc quadriẽniũ incipit hodie currere ſtatim cũ viceſimi ſexti anni dies illuxerit: alij aũt habẽt vtile quadrienniũ ſolũ: de hoc etiã in c. j. de in inte. reſt. lib. vj. & in clemen. j. c. tit.

### Quibus ex cauſis maiores in integrũ reſtituuntur.

Reſti. maiorũ.

Explicitæ ſunt duæ cauſæ quibus reſtituuntur maiores: hoc eſt militiæ, & abſentiæ reip. cauſa. Nunc generaliter de omnibus etiam his, qui propter rei qualitatem reſtituuntur: vt in bonæ fidei iudicijs. j. eo. in contractibus. Item per iuſtum metum abſente. ff. eo. l. ij. Ibi de hoc ſatis dixi.

### De alienatione iudicij mutandi cauſa facta.

De hoc dixi ff. eod. tit. pag. 26

### De receptis arbitris.

De hoc dixi ff. eod. tit. pag. 26

### De ſatiſdando.

De hoc dixi. ff. qui ſatiſdare cog. pag. 8

### De formulis & impetratione actionũ ſublatis.

Formulæ actionum.

Solennitas fomularum actionum, quæ fiebat olim vt impetraretur à collegio pontificum ff. de orig. iur. l. ij. §. deinde. hodie ſublata eſt. certumq; eſt, hodie actionem proponi poſſe ſine aliqua ſolennitate verborum. Et ſecundum Pla. etiam vulgari & ruſticano ſermone, ſi ea ſit aptà propoſito negotio. Nec eſt opus impetrare ſolennia verba, vel actionem, niſi ea ſit, ad quam quis reſtituatur iudicis officio: vt de reſciſſoria dicitur, &c. de hoc in c. dilecti. de iudi.

### De iureiurando propter calumniam dando.

De ſatiſdationibus quæ fiunt antẽ ingreſſum iudicij ſupra dixit.

r

Universidad de Deusto Biblioteca



dixit. Nunc de iureiurādo, quod fit ſtatim poſt ingreſſum. Iuſ-
Iuramē- iurandum calūniæ eſt, cūm quis iurat ſe bona fide, & non calū-
tū calū- niandi animo agere, vel reſpondere: nec calūniādi animo egiſ-
niæ. ſe, vel reſpondiſſe. j. e. l. ij. §. j. & ff. fam. erc. l. iure, §. qui familiæ.
Calūnia Eſt enim Calūnia cum quis ex certa ſcientia iniuſte agit, vel reſi
ſtit: vt dixi ff. ad Turpil. Dicitur ergo Iuſiurādū calūniç, ſcilicet
vitādæ, vel propter calumniam vitandā: ſicut dicitur, Habeat
vnuſquiſque ſuam propter fornicationé, &c. Et quæ ſint capi-
tula ſub hoc iuramento contenta, ponit gl. extra eo. tit. c. j.

## LIBER III.

### De iudicijs.

De hoc ſatis ff. eod. tit. dixi, pag. 28

### De ſportulis, & ſumptibus in diuerſis iudicijs fa ciēdis: & de executoribus litium.

SVpra de iudicijs dixit: ſed quia iudicum, & executorum la-
boribus, & ſtudijs multis ſine vigilijs negotia deciduntur,
æquum eſt cuiuſq; laborem digna compenſatione remune
rari: cūm enim labor in damno eſt, creſcit mortalis egeſtas. j. de
Sportu- allu. l. fin. vbi per gloſſ. Ideo de ſportulis & alijs ſumptibus litiū
læ. tractat. Sportulæ auté ſunt ſumptus gratia executorum, vel
ſunt ſalaria apparitorū, vel ſorte ſecundum Azo. iſti apparito-
res accipiebant ſalarium de publico, & ſportulas accipiebant
non ſibi, ſed pro fiſco: & illæ reponebantur in ſporta, id eſt
corbe, vel alio ſimili vaſe, in quo conſueuerunt aliqua portari,
vel exportari, vt ita ſub fida cuſtodia fiſco ſeruarétur, & ſic con-
tinés pro cótento. In ſportulis auté iſtis nō erat certa quantitas
diffinita, niſi in quibuſdā perſonis, puta clericis, & agētibus, in
Execu- rebus & ſimilibus, vt in Autent. de ſanct. epi. §. ſportularū. & j.
tor. de proxi. ſacro. ſcrini. li. xij. & de prin. agē. in re. l. vl. præſtaban
Appari- tur ergo ſecūdum cōſuetudiné fori: de hoc aliquid in c. cum ab
tor. omni. de vi. & ho. cle. Executor auté ille dicitur, qui executioni
Cauſam cauſæ diſcuſſæ ſentētiam mādat: vt j. de exe. rei iudi. l. pe. quan-
præpa- doq; dicitur Executor ille, qui facit partes apparere in iudicio:
rans. idéq; dicitur Apparitor: idé dicitur Cauſam præparās: idé dicit
Officia- Officialis: item Catholicianus, id eſt, vniuerſaliter deſeruiés. ȝ.
lis. de iud. l. antepe. & vlti. & in Autent. de indi. §. his qui cauſas. &
Catholi de deſen. ciui. §. ex prouinciali. & j. eo. l. j. Eſt autem eorum of-
cianus. ficium, parere iudicibus quibus deputati ſunt, & offerre cauſas
eis



eis inſtructas vſq; ad finem. Et iudex illuſtris mulctare eos po-
terit vſq; ad ſex ſolidos: inferior, vſq; ad tres. j. eo. l. j. & ij. & in
Auten. de iud. §. neceſſitatem. de ſumptibus autem qui fiunt in Sūpt⁹ iu
iudicijs, in hoc tit. non tractatur. Sed de ſumptibus teſtium po diciorū.
nitur j. de teſti. l. quoniam. & de app. l. eos. §. ſi quis de ſal. in l.
j. §. in honorarijs. ff. de var. & extraor. cog.

### De pedaneis iudicibus.

De ordinarijs, & maioribus, dictum eſt iudicibus: nunc de
delegatis, & minoribus. Sunt autem Pedanei, qui negotia humi Pedanei
liora diſceptant. vt j. eod. l. vl. & à pede nomen acceperunt, quæ iud.
eſt infima pars hominis. Sic & Pedaneus iudex eſt inferior alijs
quia pedeſtria, id eſt, infima tractat negotia.

### Qui pro ſua iuriſdictione iudices dare, dari ve poſſunt.

Occaſione ſumpta à pedaneis, qui ſunt delegati: gn̄aliter de
perſonis quæ dare poſſūt, & dari iudices, ſubiūgit. Ille aūt ſolus Qui poſ
delegat, q̄ habet iuriſdictioné ordinariā. Et in cā q̄ eſt de iuriſ- ſit dele-
dictione ſua ordinaria, & eū quæ eſt de iuriſdictione ſua, ff. de gare.
iuriſ. om. iudi. l. extra & de tu. & cu. da ab his. l. ius dādi. Iudex
aūt delegatus neutrū cómittit, niſi à principe delegatus ſit, vel
niſi primo lite corā ſe conteſtata alij deleget, ad ſimilitudiné ꝓ
curatoris: vt ȝ. de iudi. Auten. ad hæc. & j. e. l. j.

### Ne quis in ſua cauſa iudicet, vel ius ſibi dicat.

Licet in aliena cauſa quis poſſit eſſe iudex, non tamé in ſua,
vel diffiniendo, vel arbitrando, vel interloquendo: quia nemo
poteſt ſibi imperare. j. e. l. j. & de arb. l. pe.

### Qui legitimam perſonam ſtandi habent in iudicio, vel non.

Quoniam in conſtitutione iudicij conſiderādæ ſunt perſo
næ litigatorū, ideo apponit de his, qui habēt legitimā pſonā in
iudicio: ſunt aūt quædā perſonç q̄ prohibētur, puta minor xxv.
annis ſine tutoris vel curat. autoritate, vt dixi ȝ. ſi aduer. ré iud.

### Vt nemo inuitus agere vel accuſare cogatur.

Regula ponit hæc rubrica, vt nemo cogatur agere, &c. ſci- Qui co-
licet præcisé. Sunt tamen quidam, qui ſi non agūt, periculū ſub gnatū a
eunt, tutor & curator. j. arbitriū tutelæ. l. nomina. Ité geſtores gere.
ſine mandato. Ité procuratores. j. man. l. procuratoré. Ité admi

Universidad de Deusto Biblioteca



niſtratores ciuitatis. Itē hæres q nō vēdicat necē defuncti, accuſādo interfectores eius. J. ad Syl. l. j. Itē actor, lite cōteſtata, vel citato reo. Itē ſi actor videtur calūnioſe vexare reū, pōt iudex cā cognita id ſtatuere. J. de inge. manu. l. diffa. de remiſ. l. pig. ſi eo.

## De ordine iudiciorum.

ea ratione, quia omnia bona conducentis à fiſco ſunt obligata ei. J. in quib. ca. pig. tac. cō. l. j. & prius erant obligata pupillo ff. de admin. tut. pro officio. ſicq; incurrit tutor crimen ſtellionatus. ff. de pig. act. l. tu. §. contrariam. Item incurrit crimen falſi. ff. ad leg. corn. l. j. §. tutores. & J. eo. l. j. & eſt hic titulus exceptio ab illo tit. qui eſt, rem al. gerent. non interd. rerum. &c.

### De tutore, & curatore, qui ſatis non dat.

Minoribus cauetur nedū p administrationé & obligationé tutorū & curatorū, ſed etiā per ſatiſdationé ipſorū: de qua dixi ff. de admi. tu. habita tū diſtictióe inter teſtamétariū. & datū ex inquiſitione inter legitimū, vt ibi: & habetur Inſt. de ſatiſd. tu.

### De ſuſpectis tutoribus, vel curatoribus.

De hoc dixi ff. eo. tit. pag. 52

### De in litem dando tutore vel curatore.

Olim tutor dabatur, hodie curator: vt Inſt. de aut. tut. §. fi. & ió de vtroq; dicit. Vel dic correctiuè legi: vt curator detur, q & tutor à tuēdo dicit: nó aūt ſit verè tutor, cū certæ rei tutor nó dat Inſt. quib. da. poſ. §. certæ. niſi in caſu ff. tut. & cur. da. ab his. l. impuberi. de hoc in d. §. fi. Inſt. de aut. tut. & J. e. l. pe. & vl.

### De eo qui pro tutore negotia geſsit.

De hoc dixi ff. eo. tit. pag. 91

### Si mater indemnitatem promiſerit.

Quoniā matres pupillorū ſæpe indénitaté promittūt pupillo de eo, quod ſibi debét, vel debebūt tutores: & tūc eſt interceſſio, & iuuatur mulier per Velleianū: ſicut dicitur per totū titulū C. & ff. ad Vell. Si vero indénitaté pmittat de eo, qd pupill' debebit tutori, nó eſt interceſsio: qa pro eo apud eūdé nemo fideiubere pót. ff de fideiuſ. l veteran'. Idéq; eſt & ſi pmittat indénitaté tutorib' de eo qd debét, vel debebūt pupillis. ff. ad Vell. l. quis §. ſi mulier. Sed nec mater, nec qlibet alia mulier iuuat, ſi pmittat indénitaté de eo quod ipſa adminiſtrauerit. J. eo. l. quædā.

### Si contra matris voluntatem tutor datus ſit.

Datur qñq; in teſtaméto, qñq; à iudice tutor cōtra vltimam matris pupilli volūtaté: in quib' caſibus potius arbitrio matris vel iudicis, quā etiā patris ſtatur. Quia hîc, ſicut & aliàs, potior eſt cōditio phibétis. ff. e. d. l Sabin'. Dat aūt tutor cōtra volūtatem matris, ſiue infamia remouetur: niſi cauſa præceſſerit, qua



re debebit infamari J. eod. l. j.

### Vt cauſæ poſt pubertatem adſit tutor.

Licet tutela pubertate finiatur: vt Inſt. quib. mo. tu. fi. in pri. tamen ratione continguitatis & coniūctionis poſt pubertaté, quæ ante erant inchoata, tenetur conformare tutor, puta prouocationem exercere. Si autem in curatorem non ſit tranſlata geſtio: vt J. eo. l. j. ff. de app. l. tutor ſi. Sed admouere debet adultum, vt ſibi curatorem petat ff. de admi. tu. l. ita.

### Vbi pupilli educentur.

Plana eſt differentia inter hunc tit. & illum ſcilicet, Diuortio facto vbi pup. quia ibi diuortio ſolutū erat matrimonium, hic morte patris: de hoc ff. e. tit. dixi pag. 93

### De alimentis pupillo præſtandis.

De hoc dixi ff. vbi pupil. educ. dixi, pag. 93

### Arbitrium tutelæ.

Arbitriū tutelæ, id eſt actio tutelæ, qualis ſcilicet ſit, quæ arbitraria dicitur: quia arbitriū iudicis habet locū, cū bonæ fidei ſit. Et tractatur hic de directa actione tutelæ: nā de cōtraria loquitur J. de cōtrario iudicio. Et contra ſolitū moré ponitur hęc rubrica, non per genitiū, nec per ablatiuū, ſed per accuſatiuū. Et dicitur arbitriū tutelę, ſubintelligédo, quale ſit. De hoc dixi ff. de tut. & ra. diſt. Et de contra. & vtil. pag. 94

### De diuidenda tutela, & pro qua parte quiſq; tutorum conueniatur.

Tutelæ adminiſtratio aliqñ diuidit inter tutores ab ipſis tutorib', qñq; à præſide, qñq; à defuncto: vt Inſt. de ſatiſd. tu per totū. & quō quiſq; teneatur. De hoc dixi ff. de magi. con. pag. 96

### De in litem iurando.

Quia in actione tutelæ ob culpā ſpecialiter iuratur in lité, vt J. e. l. alio. quod aliàs non eſt: vt ff. e l. ſiue. & J. videamus. §. fi. & in l. in actione. §. j. de hoc iuramento dixi ff. e. ti. pag. 46

### De hæredibus tutorum.

Hæredes tutorum non ſunt tutores: tenetur tamen in quibuſdam quaſi tutores, puta in inchoatis per defunctū. De hoc dixi ff. de fide. & no. & hære. tu. pag. 96

### Si tutor non geſſerit.

Universidad de Deusto
Biblioteca



ſicut & aliàs lata ſententia ex falſis inſtrumentis vel teſtimo-

Tutor datus qui nó geſsit, ſi quidẽ inutiliter fuit datus, non tenetur: vt ſ. qui da. tu. l. neq;. Si veró datus fuit vtiliter: tenetur quidẽ vtili actione tutelæ: ſi nó geſsit non directa: vt ff. rẽ pup. sal. f. l. non quaſi. §. illud. & de admi. tu. l. qui poſt. §. in eũ. & j. eo. l. j. ordo tamen conſiderandus eſt de quo dixi ff. de magi. cõ. pag. 98

### De vſuris pupillaribus.

Pupillares vſuræ dicũtur, quas pro conditione ſuæ perſonæ poteſt pupillus ſtipulari, ſecundũ modũ, qui eſt ſ. de vſur. l. cos.

### De fideiuſſoribus tutorum, & ſeu curatorum.

De hoc dixi ff. eo. tit pag. 96

### De contrario iudicio tutelæ.

De hoc dixi ff. de contra. & vtili act. tu. pag. 94

### De autoritate præſtanda.

De hoc dixi ff. de auto. & conſen. tu. pag. 91

### Quando tutores vel curatores eſſe deſinant.

Tutela finitur pubertate pupillorũ: omni capitis diminutióe: itẽ morte tutoris, vel capitis diminutione eius maxima vel media: itẽ exiſtẽte conditione vel tẽpore, ſub qua, vel ad quod datus eſt itẽ ob hoc, quód tutor remouetur vt ſuſpectus. Cura autẽ finitur adultis factis maioribus xxv. ann. Cura enim pupillorũ eodẽ tẽpore terminatur, quo tutela pupillorũ. j. e. l. j. Itẽ finitur cura adultorũ finito negotio, vel finita cauſa, ad quã dati ſunt Inſt. de auto. tut. §. de hoc Inſt. quib. mo. tu. fi.

### De actore à tutore ſeu curatore dando.

Sæpe contingit tutorem vel curatorem impedire gerere minorum negotia: & æquum eſt interim prouidere minoribus. Eſt ergo Actor ordinandus à tutore vel curatore, & idem dicitur Adiutor. Et conſtituitur ad gerenda negotia, & ad litem. Inſti. de cur. §. quód ſi. & j. de appel. l. ſi actor.

Adiutor

### De excuſationibus tutorum & curatorum, & temporibus earum.

De hoc dixi ff. eo. tit. pag. 93

### Si ex falſis allegationibus tutor vel curator excuſatus ſit.

Si vera excuſatione quis excuſatur tutela, licet iniuſta, non tamen poſtea cõuenitur. Si veró ſit excuſatio falſa, nó prodeſt: ſicut & aliàs lata ſententia ex falſis inſtrumentis vel teſtimonijs reſcindenda eſt: vt j. eo. l. j. & j. ſi ex fal. inſtrumen.



### Si tutor reipublicæ cauſa abeſſe cœperit.

Si tutor vel curator Reip. cauſa eſt abſuturus, debet ſe excuſare à tutela ad tempus: alioqui medij temporis periculo obſtringitur. Itẽ oportet eũ poſtulare interim curatorẽ. ff. de admi. tut. l. tutores. §. qui ſe. & j. eo. l. j. & Inſt. de excuſa. tut. §. itẽ q reipub.

### De excuſatione veteranorum.

Sicut in alijs, ita & in tutelæ excuſatione ſubuenitur veterano, cum diſtinctione, de qua ff. de excu. tu l. ſed & milites. §. j. & ij. & Inſti. eo. §. item hic.

### Qui numero liberorum ſe excuſant.

De hoc dixi ff. de excu. tut. pag. 93

### Qui morbo ſe excuſant.

Etiã ratione morborũ excuſantur tutores, vt ſurdi, muti, furioſi, perpetua valetudine laborantes, dixi ff. de excu. tu. pag. 93

### Qui ætate ſe excuſant.

Maiores lxx. annis excuſantur à tutela, vel cura: vt. j. e. l. j. Sed in perſonali publico munere videtur ſtatui tempus lv. ann. vt j. qui ætate. l. vlt. lib. x.

### Qui numero tutelarum ſe excuſant.

Tria oneroſa tutelę nõ affectatę diuerſorũ patrimoniorũ eo vſq; pſtãt excu. quatenus durãt, Inſt. de exc. tut. §. itẽ tria dixi ff. e.

### De curatore furioſi. vel prodigi.

De hoc dixi ff. de cur. fu. & alijs dand. pag. 97.

### De prædijs, & alijs rebus minorũ, ſine decreto non alienandis, vel obligandis.

De hoc dixi ff. de reb. eor. qui ſub tu. vel cur. ſunt, pag. 97

### Quando decreto opus non eſt.

Et de hoc in eod. tit. ff. de reb. eo. qui ſub tu. dixi, pag. 97

### Si quis ignorãs rẽ minoris eſſe ſine decreto cõpara.

Emptor huius rei pupillaris ſine decreto alienatæ, & ſi ignorauerit in comparatione: tamen vſucapere interim: id eſt, in minore ætate minoris non poterit: ſcilicet propter orationem diui Seueri, quæ prohibuit alienationẽ. ergo & per conſequentiam vſucapionem: vt ff. de verb. ſig. l. alienationi. non prodeſt ergo bona fides. ff. de vſucap. l. vbi. ad hoc ſ. de admin. tut. l.

Universidad de Deusto Biblioteca



lex quæ. Item Iuſtinianus prohibet omnes temporales præſcriptiones currere minoribus: vt §. in qui. cau. in integ. reſtit. non eſt ne. l. vlti. licet olim ſecus dicebatur: vt ff. de acqui. rer. do. l. bonæ fidei. poſt minorem verò ætatem curret ſtatim: vt J. eo. l. j. §. vlti. l. fina.

### Si maior factus alienationem ratam habuerit.

Si adultus maior factus ratum habeat expreſſe venditionem predij ſine decreto in minori ætate venditi, confirmatur venditio: niſi neſciret ſe eſſe deceptum vltra dimidium iuſti pretij. J. eo. l. j.

### De magiſtratibus conueniendis.

De hoc. ff. eo. tit. dixi, pag. 96

## LIBER VI.

### De fugitiuis ſeruis, & libertis, mancipijsq; ciuitatum: & artificibus ad diuerſa opera deputatis, & ad rem priuatam, & dominicam pertinentibus.

Nvnc de actionibus quæ ex maleficio naſcuntur, puta de furtis, inter quæ peius eſt domeſticum: nulla enim efficior peſtis ad nocendum, quàm familiaris inimicus: vt dicit gl. in l. j. ff ad Sill. Fugitiuus eſt, qui ea mente recedit à dño, ne poſtea reuertatur ad eum: licet mutato cõſilio redeat. Erro eſt, qui temporibus conſumptis in rebus nugatorijs: tandem, licet ſerò redijt ad dominum, ff. de ædil. ed. l. quid ſit fugitiuus. §. Reſponſo. & §. errorem hic tamen quod non in vno dicitur, id in altero ſuppletur, & exauditur. ff. eo. l. j. §. vlti. & pen & ibi dixi. Dicit etiam hic de libertis & mancipijs ciuitatum fugitiuis nec curatur ſit Romanæ, vel alterius ciuitatis J. eo. l. mancipia. & l. penult. Et de artificibus ſcilicet ciuitatum, licet non ſint ſerui: vt J. cod l. fin. Et pertinentibus ad rem priuatam, id eſt, ad ſingulorũm vtilitatem de populo. Et ad rem dominicam, ſcilicet imperatoris.

*Fugitiuus.* *Erro.*

### De furtis, & ſeruo corrupto.

De hoc dixi ff. ſub proprijs titulis, pag. 41. & 181.

### De operibus libertorum.

De hoc ff. eo. tit. dixi, pag. 128.





### De bonis libertorum, & de iure patronatus.

De hoc dixi ff. eo. tit. & de iure patro. pag. 128.

### Si in fraude patroni a libertis alienatio ſit facta.

De hoc dixi, ff. ſi quid in fraudem pat. pag. 122

### De obſequijs patrono præſtandis.

De hoc dixi ff. de iur. pat. & in titul. de obſeq. à lib. & libert. pag. 127

### De libertis, & eorum liberis.

Qui puniantur, & qualiter, ob non præſtita obſequia, hoc titulo tractatur.

### De iure aureorum annulorum: & de natalibus reſtituendis.

Iura patronorum perduntur per reſtitutionem natalium: & per impetrationem anulorum. De hoc dixi, ff. ſub proprijs titulis, pag. 140. & ſeq.

### Qui admitti ad bonorum poſſeſsionẽ poſſunt: & intra quod tempus.

De hoc ff. eo. tit. dixi, pag. 121.

### Quando non petentiũ partes petentibus accreſcũt.

Quia vnus ex his, quibus bonorum poſſeſsio defertur, quandoque excluditur, & accreſcit alijs: ideo de hoc dixi ff. eod. titu. pag. 119.

### De bonorum poſſeſsione ſecundum tabulas.

De hoc dixi, ff. eod. tit. pag. 125

### De bonorum poſſeſsione contra tab. quam prætor liberis pollicetur.

De hoc dixi, ff. eod. tit. pag. 122.

### De bonorum poſſeſsione contra tabulas liberti, quæ patronis liberisq; eorum datur.

De materia huius tituli diximus ſatis ff. de bo. lib. pag 128

### Vnde liberi.

De hoc ff. eod. tit. dixi, pag. 129

### Vnde legitimi, & vnde cognati.

De hoc ff. e. ti. & vnde cog. dixi, pag. 130 & dicet J. de legi. hære.

### De ſucceſſorio edicto.

De hoc dixi ff. eod. tit. pag. 131

Universidad de Deusto Biblioteca

### De Carbiano edicto.

De hoc dixi, ff. cod. tit. pag. 124.

### Vnde vir, & vxor.

De hoc. ff. cod. tit. dixi, pag. 132

### De repudianda bonorum poſſeſsione.

Illi, cui delata eſt bonorũ poſſeſsio, ſi maior eſt xxv. ann. poterit repudiare: minor aũt non, niſi tutore autore. ff. de ſucc. ed. l. j. §. vnuſquiſq;. & §. tutor. & de bo. poſſ. l. tutor. Et põteſt repudiari. tũc demũ bono. poſſ. qñ nõ eſt decreta, vel agnita. Nã nec hæreditas repudiatur poſtea quã, agnita eſt: vt j. rep. de u. hære l. ſicut. & ff. de ſucceſ. edic. l. j. §. decretalis. V no tũ capite repudiato, poſtea ſuccedere p aliud poteſt: vt de ſucceſſ. eo. dixi, pag. 131

Repudians hæreditaté

### De collationibus.

De hoc dixi ff. de colla. bo. pag. 114

### De teſtamento militis.

Poſt ſucceſsiones pretorias ponit ciuiles: & premo digniores ſcilicet ex teſtamẽto militis. De hoc dixi. ff. de nulli. teſt. pa. 103

### Qui teſtamenta facere poſſunt, vel non.

De hoc dixi ff. de teſt. pag. 18. & Inſti. q. nõ eſt pmiſſa fa. teſt.

### De teſtamentis, & quemadmodum teſtamenta ordinantur.

De hoc dixi, ff. eo. tit. pag. 98

### De hæredibus inſtituendis: & quæ perſonæ inſtitui non poſſunt.

De hoc dixi ff. eo. tit. pag. 100

### De inſtitutionibus, & ſubſtitutionibus, & reſtitutionibus ſub conditione factis.

Nunc de inſtitutione conditionali, & de conditione in reſtitutione fideicõmiſſaria, & in ſubſtitutione appoſita. De hoc dixi ff. de condi. inſtitu. pag. 109 & de cond. & dem. pag. 115.

### De impuberum, & alijs ſubſtitutionibus.

De hoc dixi ff. de vulg. & pup. ſubſtit. pag. 101.

### De neceſſarijs ſeruis hæredibus inſtituendis, vel ſubſtituendis.

Neceſſarius hæres ſeruus à domino inſtitutus: qui ideo ſic appellatur, quia ſiue velit, ſiue nolit, omnino poſt mortem teſtatoris ptinus liber, & neceſſari⁹ hęres eſt, etiã ignorãs: vt Inſ. de hæ. & inſt. in prin. Fit aũt hæres neceſſarius dño. Itẽ & filio impuberi, cui pupillariter ſubſtitutus eſt. ff. de vulg. ſubſt. l. ſed & ſi plures. §. quos ſiue in vno gradu libertas & hęreditas, ſiue in vno libertas, & in alio hæreditas reliquat: vel in vno teſtamẽto: vel codicillis libertas, & in alio hæreditas: vt j. e. l. iiij. & v.



### De liberis præteritis, & exhæredatis.

Præterire, eſt omittere aliquẽ eo nõ inſtituto, vel exhæredato: vt inſt. e. in prin. dixi. ff. de liber. & poſth. Exhæredare eſt filiũ conſtituere alienũ à ſubſtãtia vel hæreditate ſua: ſiue dicat exhæres, ſiue dicat alien⁹ à mea ſubſtãtia eſto: vt j. e. l. ſi quis. Exhære dare.

### De poſthumis hæredibus inſtutuendis, vel exhæredandis, vel præteritis.

De hoc dixi ff. de liber. & poſthu. Fit autem poſthumus quinque modis, vt dicit gl. hic. ſuper rubro.

### De iure deliberandi, & adeunda vel acquirenda hæreditate.

De iure deliberandi dicit lex, quod, cũ antiquiorib⁹. & l. ſi. & de adeũda hæreditate, ſcilicet ab extraneo. Sui dicũtur ſe immiſcere: Inſt. de hær. qua. & ff. §. extraneis. Et de acquirẽda à quocũq; ſcilicet vel ſuo vel extraneo: de hoc dixi, ff. e. & de acq. hęr.

### De repudianda, vel abſtinenda hæreditate.

Repudiare hęreditatẽ, eſt nolle eã habere: ſicut Adire, eſt velle eã habere. Hinc eſt qđ ille demũ repudiat, q põt eã adire, ff. de re. iu. l. ei⁹ eſt nolle. & ff. e. l. ij. & l. is qui hæres. & ibi dixi de hoc.

### Quemadmodum teſtamenta aperiãtur, inſpiciantur & deſcribantur,

De hoc ff. eo. tit. dixi, pag. 105

### De edicto diui Adriani tollendo: & quemadmodum ſcripti hæredes in poſſeſsionem mittantur.

Adita hæreditate, reſtat vt hæres mittatur in poſſeſsionem rerũ hęreditariarũ. Et ſuper tali miſsione tractabat edictũ diui Adriani, inique tamẽ: vnde ponit hoc, non de ſeruãdo, ſed tollẽdo. Dicebat enim, ſi ſcriptus hæres poſtularet ſe mitti in poſſeſsionẽ: nõ aliter fieret miſsio, niſi reip. daretur triceſima pars hæreditatis: & multæ erant interpretationes, & diſtinctiones Edictũ diui adriani.

Universidad de Deusto Biblioteca



circa edictũ factæ:hodie ergo ſublato edicto,fit miſsio in poſ-ſe... n hæreditariarum:ſub diſtinctione tamen l.fi.j.eo.tit.

### Si quis aliquem teſtari prohibuerit aut cœgerit.

De hoc dixi.ff.eod.tit.pag.106

### De his quibus vt indignis auferantur hæreditates:& ad ſenatuſconſultum Syllanianum.

De hoc dixi ff.in proprijs titulis.pag.106

### De codicillis.

De hoc dixi ff.de iure codicil.pag.107

### De legatis.

De hoc dixi in ff.in tribus libris.e.ti.pag.107

### De verborum,& rerum ſignificatione.

De hoc ſatis ff.e ti.dixi.pag.223.hic aũt ſpãliter interpretatiões quarũdã rerũ ad legata pertinẽtiũ exponũtur,de qb⁹ inf.

### Si omiſſa cauſa teſtamenti.

De hoc dixi ff.ſi quis omi.cau.teſt.pag.105

### De indicta viduitate:& lege Iulia miſcella tollẽda.

In legando ſæpe viduitas iudicebatur:puta mulieri,vel maſculo lego x.ne nubat,niſi arbitratu illi⁹. Et de hac loquebatur lex Iulia miſcella:iõ de ea ponit non corroborãda,ſed tollẽda, quia iniquitatẽ continebat:& hodie remittitur conditio, vtpote publicæ vtilitati contraria:vt ff.de cõd.& dem.l.nõ adiecta & dicitur Miſcella fortè,quia Miſcelliones appellãtur,q̃ nõ ſunt certæ ſñiæ,ſed variorũ miſtorũq; iudiciorũ ſunt, ſecũdũ Feſtũ. Hinc Lex miſcella,quæ in nubendo propriã ſñiam & iudiciũ denegauit:& incertã,aut variam,ſeu miſtam alterius volũtatẽ ſequi debere voluit,de hoc in l.ambiguitates.j.eod. Miſcella

### De his quæ pœnæ nomine in teſtamento, vel codicillis relinquuntur.

De hoc ff.eo.ti.dixi,pag.114

### De fideicommiſsis.

Secũdũ antiqua iura in multis differebãt fideicõmiſſa à legatis:iõ ſeparati de hoc dixi ff.de le.iij,pa.108.& ff.ad Tre.pa.117.

### Communia de legatis & fideicommiſsis:& de in rem miſsione tollenda.

Hodie fraterniſant legata & fideicommiſſa, vt dixi ff.de le.iij.de



iij.de in rẽ miſsione,& de eius multiplici tractatu, ſuperuacaneũ eſt dicere,cũ ſublatũ ſit omnino. Nã is, cui relictũ eſt putè & in ſpecie,ſi fuerit res teſtatoris,ab adita hæreditate rẽ poterit vendicare:ſi fuerit res aliena,perſonaliter poterit agere. Legata, Fideicõmiſſa.

### Si falſa cauſa adiecta in legato, & fideicõmiſſo fuerit.

De hoc dixi ff.de conditio.& dem.pag.115

### De his quæ ſub mõ legata, vel fideicõmiſſa reliquũtur.

Modus aſcriptus in legatis vel fideicom.pro conditione habetur:quia vtroq; non impleto priuatur legatarius legato:vt j.eo.l.j. De hoc ff.de condi.& dem.dixi,pag.115

### De conditionibus inſertis tam in legatis, quam fideicomiſsis,& libertatibus.

De hoc dixi ff.do cond.& dem.pag.115

### De vſuris & fructibus legatorum,& fideicõmiſſorum.

De rebus legatis principaliter dixi,nunc de acceſſorijs earũ: licet autem alias in actione,quæ ſtricti iuris eſt vſuræ non veniunt,ȣ.de condic.inde.l.j.In actione tamẽ ex teſtamento, & fructus,& etiam vſuræ veniunt: comparatur enim iudicijs bonæ fidei:vt ȣ.quib.ex cauſ in integ.reſt.non eſt ne.l.minorum Vnde ſicut in illis ex qualibet mora veniũt vſuræ,ita & in hac: hoc eſt ex tempore interpellationis,cũm hæres nullam iuſtam cauſam prætendat non faciendæ ſolutionis:vt j.e.l.j. Actio ex teſtamẽto.

### Ad ſenatuſconſultum Trebellianum:& de incertis perſonis.

De prima parte dixi,ff eo.ti.pag.117. Ec incertis autem perſonis dicitur Inſt.de leg.ſ.incertis gl.in l.j.C.de ſacroſanc.ecc. Cy.& Doct.in l.id quod pauperibus.C.de Epiſc.& cle.vbi habes quæ dicantur incertæ perſonæ. Incertæ pſonæ.

### Ad legem falcidiam.

De hoc,ff.eo.ti.dixi,pag.116

### De caducis tollendis.

Olim ſæpe legata non ſolũ defalcabãtur,id eſt,diminuebãtur,ſed etiã qñq; fiebãt caduca,id eſt,oĩno inutilia. Et dicitur Caducũ,quod deficit poſt mortẽ teſtatoris quacũq; rõe:vt j.e.l. j.ſ.& cũ triplici.olĩ tñ deficiebat quibuſdã rõibus,quib⁹ hodie deficit:nã ſi hęreditas,vel legatũ. Nec enim cedebat dies legati, Caducũ

Universidad de Deusto Biblioteca



vel hæreditatis niſi ab apertura tab. nec antea poterat adiri hæreditas: niſi qs eſſet ſuꝰ hæres, vel inſtitutꝰ inſolidũ, vt ſ. de iure dot. l. ſi fratris. & ff. de iur. & fac. ign. l. j. §. vlt. Hodie vero quãcũq; poſt mortẽ adiri põt hęreditas, ſint, vel nõ ſint apertę tab. vñ & dies legatorũ cedit à mortẽ teſtatoris, nõ ab adita hæredi-

Pro nõ ſcripto. tate: vt ff. e. l. j. §. cũ igit. Aliqñ legatũ à pricipio eſt ꝑ nõ ſcripto, vel poſtea eſt. In cã caduci, in vita teſtatoris: vel poſt mortẽ i aliqua ratione deficiebat: & id poſtremũ aperta voce dicebat Caducũ vt ſ. dixi Pro nõ ſcripto eſt, quod relinquitur ei, qui non

In cã caduci. eſt in rerũ natura tẽpore teſtamẽti. In cauſa caduci eſt, quod relinquitur ei, qui eſt in rerũ natura tẽpore teſtamẽti: ſed poſtea decedit viuẽte teſtatore vel deficit legati conditio viuente teſtatore. Et de his tribus modis caduci tractat hic titulus.

## De his quæ ante apertas tabulas hæreditatem tranſmittitur.

Ponit quaſdam perſonas, in quibus relicta non fiunt caduca ſcilicet in perſonis liberorum. Tales enim etiam ſi ante apertas tab. vel ante aditam hæreditatem decedant, nihilominus trãſmittunt ad ſucceſſores: vt ſ. ti. proxi. §. in nouiſsimo. Hinc iuuenalis de quodam qui filios obtinuit: Legatum omne capis, (inquit) nec non & dulce caducum.

## Quando dies legati, vel fideicommiſsi cedit.

De duplici ceſsione hĩc dicit, ſcilicet quando peti poſsit: vt j. eo. l. j. & ex quo tempore tranſmittitur. De hoc ſ. caduc. toll. dixi, ff. eo. ti. pag. 118

## Vt in poſſeſsionem legatorum vel fideicommiſſorum ſeruandorũ cauſa mittatur, & quando ſatiſdari debeat.

De hoc dixi ff. eo. ti. & in tit. vt lega. & fide. no. ca. pag. 119

## De ſuis & legitimis liberis: & ex filia nepotibus ab inteſtato venientibus.

De hoc dixi ff. eo. ti. pag 134

## Ad ſenatuſconſultum Tertullianum.

De hoc ff. eo. ti. dixi, pag. 134

## Ad ſenatuſconſultum Orficianum.

De hoc dixi ff ad Tertul. pag. 134





## De legitimis hæredibus.

Nunc de collateralibus, ſiue ex latere deſcendẽtibus. de hoc dixi ff. vnde agna. pag. 130

## Communia de ſucceſsionibus.

Poſt ſucceſsionem ab inteſtato & ex teſtamento ſuccedentium ponit quædam communia earum ſucceſsionum, quæ ſunt ab inteſtato: qualis eſt illa j. eo. l. Seruus ſucceſſores habere non poteſt. Itẽ illa, Affinitatis iure nulla ſucceſsio pmittitur. Vnde vitricus nõ ſuccedit priuigno, nec ecõtra. j eo. l. vitricus. & l. affinitatis. Itẽ illa, Antequã ſcriptus hæres repudiet hæreditatẽ, vel aliqua ratione amittat facultatẽ quærẽdi eã, in teſtamento nemo ſuccedit. ff. de reg. iur. l. quãdiu. & j. eo. l. antequã. Itẽ illa. j. e. Nutritoribus hoc nomine nec ciuili nec honorario iure defertur hæreditas. Item illa, Quę prior eſt in gradu, prior eſt in ſucceſsione. j. e. l. auunculo. de qua Inſti. de ſerui. cog. §. repetitis

## De bonis maternis.

Incipit tractare quid iuris nobis cõpetat in bonis viuentiũ: Bonæ mater-
vel quia ſpecialia quædã ſeruantur in ſucceſsione delata filijs na.
à linea materna: ideo de ea ſucceſsione ſpecialiter dicit. Nam non quæritur patri ſicut aliæ ſucceſsiones ei delatæ ſecundum hæc tempora ante Iuſtinianum: vt dicit hic gl.

## De bonis quæ liberis i poteſtate cõſtitutis ex matrimonio, vel aliter acqrũtur, & eorũ adminiſtratiõe.

Generalior eſt iſte titulus quàm ſuperior de delatis à linea materna: hĩc generaliter de delatis vndecunq; veniat, vel ex quacunque cauſa obueniẽtiæ & de adminiſtratione patri in talibus cõpetente. de hoc Inſtitu. per quas perſon. nob. acqui. §. j. & ff. de vſu. l. cum fideicommiſsi. §. cum Pollicius. Nam diſtinguitur inter caſtrenſe, & quaſi De hoc dixi ſ. de caſtrenſi pec.

## De hæreditatibus decurionum, nauiculariorũ, cohortalium, militum, & fabricenſium.

Licet iure communi deficiente omni cognatione primum coniunx, deinde fiſcus ſuccedat: niſi in caſu, vt ſ. vnde vir & vxor. l. j. & de ſec. nup. l. j. hic tamen poſt coniugem non venit fiſcus: ſed hi, de quorũ de corpore, vel collegio fuerat is, qui deceſsit: ſiue erat Nauicularius: vt j. eo. l. j. Et dicuntur Nauicula- Nauicu-
rij, qui habent ſocietatem in nauibus faciendis, & reparãdis: vel larius.

Universidad de Deusto Biblioteca

qui in nauibus blada ducũt:qui priuilegia habent mulcta.ff.de
Cohor- iur.immu.l.ſemper.§.negotiatores.Siue erat Cohortalis; ſiue
talis. Curialis:vt ʝ.eo.l.iiij.Siue erat Fabricenſis, qui erant deputati
Fabricẽ armis faciendis,& reparandis,& vendendis:& iſti etiam depu-
ſis. tati dicebantur:vt in Auten.de arb. Et habet iſta locum quãdo
inter fiſcum & corpus erant controuerſiæ.puta quia vxor non
ſuper erat,vel repudiauerat:ſi tamen ſupereſſet vxor, omnibus
præferretur.ʝ.de bon.vac.l.j.

## LIBER VII.

### De vindicta libertate, & apud cõciliũ manumiſsiõe.

COniunctio Et,in hoc titulo ponitur expoſitiue pro,id eſt. De hoc dixi ff.de manu.vindic.pag.138

### De teſtamentaria manumiſsione.

De hoc dixi.ff.eod.pag.139

### De lege fuſia canina tollenda.

Iſta lex impediebat libertates:quia ea cautũ erat, neminẽ in teſtamẽto ſuo totã familiã,vel vltra certũ numerũ manumittere poſſe: ſed inter viuos benè poterat manumittere omnes ſeruos:hodie quod conceditur, inter viuos conceditur, multo magis in vltima voluntate.ʝ.eod.& Inſti.eod.

### De fideicommiſſarijs libertatibus.

De hoc ff.eod.tit.dixi,pag.139

### De dedititia libertate tollenda.

Dedititij erant, qui ſine cõditione dedebant ſe Romanis:& quãdiu viuebãt ſerui erãt:poſt mortẽ verò in libertatẽ eripiebantur:vt *Inſti*.de lib.§.fi. Et ideo non dicebantur ſerui: quia ſucceſsionem habent,& omnino libertatem ſperabant: vel verius liberi erant,ſed ſeruire tenebantur. Sicut & aliàs.ʝ.com.de manu.l.j.§.ſin autem.

### De Latina libertate tollenda,& per certos modos in ciuitatem Romanam transfuſa.

Latini.

Et hæc Latina libertas tollitur.Et dicuntur Latini,qui toto tempore vitæ ſuæ erant liberi,ſed in morte eripiebãtur in ſeruitutem:& ſic nõ habebãt hæredẽ:vt *Inſti*.de ſucceſ.lib.§.fi.Et ſunt hic xij.vel xiij.caſus,in quibus olim fiebant Latini:hodie autem per legẽ iſtã fiunt ciues Romani & verè liberi.In omnibus



bus autem,exceptis tribus,ſeruatur ius patronatus illæſum.

### De ſeruo communi manumiſſo.

Olim nõ poterat vnus ex dominis ſeruũ manumittere:imò Cõmu-
pars manumittẽtis accreſcebat ſocio:vt Inſti.de donat.§.erat. nis ſer-
Hodie autẽ licet vni dominorũ manumittere ſeruũ cõmunem, uus ma-
& inter viuos & in vltima voluntate:vt ʝ.eo.l.j.j.reſponſo. numiſ-
ſus.

### De ſeruo pignori dato manumiſſo.

Seruus pignori datus,ſi eſt obligatus generaliter,puta obli- Seruus
gauit omnia bona ſua,ſiue expreſsim ſit obligatus, ſiue tacitè, pignori
poteſt manumitti:niſi ſit à creditore præcluſus loco pignoris: datus.
vel ſi is debitor manumittat in fraudem creditoris, cùm ſciat
ſe non eſſe ſoluendo:vt ʝ.eod.l.ij.& iij.ff.ex quib.cau.pig.ta.cõ.
l.pe.Si ſeruus eſt ſpecialiter obligatus,non poteſt manumitti,
niſi volente creditore:ſed tamen ipſe manumiſſor reuocare manumiſsionem non poteſt.ʝ.l.iij.& iiij.

### De ſeruis Reipub. manumittendis.

Seruũ Reipub.Romanorũ,vel cuiuſcũq; ciuitatis aut vniuer Seruum
ſitatis poteſt manumitti,dũmõ aliũ ſeruũ vice vel loco ſui det Reipub.
Reipub.Et tali: manumiſsio nõ mutatur:licet is fugerit quẽ ꝑ ſe dederat:niſi aliqs titulus interuenerit iure cõi,id eſt,eã propter quã reuocetur in ſeruitutem ſolitis modis.ʝ e.l.j.ij.& iij.

### De his qui a nõ domino manumiſsi ſunt.

Qui nõ eſt dominus, nullatenus poteſt manumittere:adeo Nõ dñi
vt nec tutor,vel curator,vel etiã pater eius,qui dñs eſt ſerui,ma nõ ma-
numittere poſsint.ff.de manu.l.ſeruus & ʝ.e l.l.ſi pater.Ita nec numit-
ꝓcurator dñi manumittit,niſi in caſu.ʝ cõ.de manu.l.j.§.vlti. tunt.

### Qui manumittere non poſſunt: & ne in fraudem creditorum.

De hoc dixi ff.eo.tit.pag.140

### Qui non poſſunt ad libertatem peruenire.

De hoc dixi ff.eo.qui.ad liber.procla.non licet,pag.142

### De quibus cauſis ſerui pro præmio libertatẽ accipiũt.

Serui qñq; fiũt liberi ꝑ beneficiũ legis,& iudicis ſententiã,& ſua ſtrenuitatẽ.vt ſunt ſerui qui tulerũt virginũ raptores, monetæ falſatores,militię deſertores,dñorũ ꝓpriorũ interſectores. His enim quatuor caſibus ꝑ ſentẽtiã præſidis libertate donãdi ſunt:vt tũ iſtorũ ſeruorũ dñi pretiũ à fiſco percipiant.ʝ.eo.l.ij.

Univerſidad de Deusto Biblioteca



iiij.& J.vnde vi.l.meminerint.

### De ingenuis manumiſsis.

Ille qui eſt ingenuus, propter manumiſsionẽ non amittit ſuam ingenuitatem: inſti.de inge.§.vlti.olim tamen ingenuus manumiſſus intra quinquennium poterat ſe in ingenuitatem repetere: ſed hodie perpetuo vſque ad finem ſeculi poterit: vt ß.vbi cau.ſta.agi de.l.vlti.

### Communia de manumiſsionibus.

Cõmune eſt omniũ manumiſsionũ quia omnis manumiſſio eſt datio libertatis, Inſti.de lib.in prin. Itẽq; quẽcunq; modũ proceſſerit, contingit libertas. Itẽ in ætate manumiſsi nulla eſt differentia: nec in ætate manumittẽtis. Inſti.de lib.§.vlti. & J.eod.l.ij.dummodo ſit maior xx.an. Item omnis manumiſsio poteſt fieri à domino, vel domina, vel eius liberis, cuiuſcunque gradus, vel ſexus, vel ſuis, vel emancipatis: vt J.eo.l.j.§ vlti.

### De liberali cauſa.

De hoc dixi, ff.eod.tit.pag.141

### De aßertione tollenda.

*Aſſertores.*

Liberalis cauſa olim per quoſdam qui Aſſertores dicebantur (eo quod aſſerebant eũ liberũ q dicebat ſeruus) exercebatur: qđ quia vanũ & friuolũ erat, ideo tractat de ea, nõ ponẽda, ſed tollẽda. Et ſtatuit vt liberalẽ cauſam qs p ſe vel procuratorẽ agat.

### Quibus ad libertatẽ proclamare nõ licet: & de rebus eorũ, qui ad libertatẽ proclamare prohibẽtur

De prima parte dixi ff.eo.tit.pag.140. De rebus autem eorũ, qui ad libertatem proclamare prohibentur, ſerua diſtinctionẽ J.vlti.J.eod.

### De ordine cognitionum.

*Ordo cognoſcendarũ quæſtio.*

Quia cum quæſtione ſtatus concurrit quandoque alia quæſtio, & dubitabatur, de qua prius ſit cognoſcendum, vel pronũciandum: ideo ponit de ordine cognitionum, ſcilicet liberaliũ tantum: de hoc Inſti.de act.§.præiudiciales. Sed ſupra de ordine iudiciorum generalior traditur doctrina, de ordine cauſarum omnium, liberalium, & non liberalium: hic autem titulus ſpecialis eſt, propter libertatis querelas inductus.

### De colluſione detegenda.

De hoc dixi ff.eod.tit.pag.143

Ne



### Ne de ſtatu defunctorum poſt quinquennium quæratur.

De hoc dixi ff.eo.tit.pag.142

### De longi temporis præſcriptione, quæ pro libertate, & nõ aduerſus libertatem opponitur.

*Libertatis præſcriptio.*

De præſcriptione, quæ tuetur ſtatum defuncti, dixit: nunc de ea quæ ſtatum viui tuetur. Si igitur quis fuerit in poſſeſsione libertatis per xx.ann.& ſine interpellatione, ammodo conueniri non poteſt: vt J.per totum.

### De peculio eius, qui libertatem meruit.

*Pec. manumiſſi*

Dixi de perſona patiẽte quæſtionẽ ſtatus: nũc de eius peculio ponit, ſcilicet viui. Manumiſſo enim inter viuos videtur cõceſſum eſſe peculiũ hoc ipſo, quod non admittitur, niſi in quibus caſibus manumiſsio facta inter viuos perinde habetur, ac ſi facta eſſet in codicillis: vt ß. de Lat.li.tol.§.ſancimus.& §.ſed & ſi qs. Si aũt qs manumittit in vl.volũtate, remanet peculiũ penes ſucceſſores manumittẽtis, niſi ſpẽaliter fuerit datũ manumiſſo.

### De ſenatuſconſulto Claudiano tollendo.

*Claudianũ ſena.*

Senatuſconſultũ Claudianũ loquebatur cõtra libertatẽ, ideo tollẽdũ fuit erat enim olim per vniuerſitatẽ miſerabilis acquiſitio, & miſerabilior libertatis amiſsio ex ſenatuſcõ.Clau. Mulier enim libera ſeruili amore capta, ſi ei denũtiatũ fuerat à dño ne cõmiſceretur ſeruo ſuo, & iudex ſup eo admonuiſſet eã, nec ipſa acquieſceret, ſuã ſubſtãtiã perdebat, & libertatẽ amittebat, & fiebat ancilla domini denuntiantis, J.l.j.& Inſt.eod.tit.

### De nudo iure quiritum tollendo.

*Nudũ ius quiritũ.*

Sicut triplex diſtinctio erat in libertate, vt dixi ß.de dedi.li.& de lat.lib.tol.ita & in ſeruis, vt in quibuſdam plenũ, in quibuſdam ſemiplenum, in quibuſdam nudum, id eſt, ſine aliqua vtilitate, haberent dominiũ: quod tollit hæc lex, & omnes ſunt plenè domini: vt hic in fi.& Inſt.de iur.perſo.in fi.

### De vſucapione pro emptore, vel tranſactione.

*Præſcriptio. Vſucapio.*

Explicito tractatu de iure agendi, quod proditum eſt ad impugnandum: nunc de iure quod competit ad defendendũ. Sed quia reus ſe defendit per exceptionem, ſiue longi aut longiſsimi temporis præſcriptionem, & per vſucapionem, quæ & ipſa qualem qualem & de facto parit exceptionẽ, vt ß. de iur.do.l.

in

Univerſidad de Deuſto Biblioteca

in reb⁹. Sed quia vſucapio dignior eſt, & fauorabilior præſcri-
ptione, iō prio de ea. De materia huius tit. dixi ff. eo. ti. pag. 145

**De vſucapione pro donato.**

De hoc dixi ff. eo. ti. pag. 147

**De vſucapione pro dote.**

De hoc dixi ff. eo. ti. pag. 148

Vſucapi **De vſucapione pro hærede.**

onũ cõia De hoc dixi ff. eo. tit. pag. 146

**Communia de vſucapionibus.**

Vſucapionũ cõia hæc ſunt, ſcilicet qđ qs ꝑ ſuo poſsideat: nã
qui ex cõducto poſsidet, ꝗuis corpaliter teneat, nõ tñ ſibi, ſed
dño rei creditur poſsidere: neq; enĩ colono vel conductori lon
gæ poſſeſsiõis pſcriptio quæritur. J. e. l. j. *Itẽ* vt bona fides aſsit,
alioq nõ pcedit. J. e. l. vl. Itẽ vt res non ſit vitioſa. J. e. l. pe. &c.

**De vſucapione transformanda, & de ſublata rerum differentia mancipi, & nec mancipi.**

Ex diuerſitate locorũ diuerſa iura ĩ vſucapionẽ ſtatuebãtur
Nec mã- vtpote cũ res mobiles in prouincia non poterãt vſucapi, & iō di
cipi. cebãtur. Nec mãcipi. *In* Italia vero præſcribebãtur res ſolo biẽ
Mãcipi. nio, & iō dicebãtur Mãcipi, qa poterãt vſucapi. Mãcipes aũt di-
Mãcipes cũtur aliàs cõductores ſalis: vt ſ. de vec. & cõmiſ. l. ſi qs. Res aũt
mobiles anno vbiq; vno vſucapiebãtur: hodie aũt viſũ eſt nouã
vſucapiõi formã tribuere, vt ſic dicam⁹ de vſucapiõe trãsformã
da, & de ſublata rerũ ff. mã. & nec mã. id eſt, idẽ ius eſt *Italicarũ*
& ꝓuincialiũ vſucapionũ quãtũ ad tẽpus. & quantũ ad domini
tranſlationem: vt J. e. in prin. l. & in fi. & inſti. e. in prin.

**De acquirenda, & retinenda poſſeſsione.**

De hoc dixi ff. e. ti. pag. 144

**De præſcriptione longi temporis, decem, vel vinginti annorum.**

Ex poſſeſsione cũ ti. prouenit ſpræſcriptio, ideo de ea. Et tra
ctatur hîc de præſcriptione rerũ immobiliũ, & incorpaliũ. Sed
quia in eis nedũ longiſsimũ, ſed & longa præſcriptio ſibi vẽdi-
cat locũ. Quid ſit Præſcriptio, dixi ff. de excep. ſeu præſcrip. pa.
170. de materia huius tit. ponitur inſt. de vſucap. §. j.

**In quibus cauſis ceſſat longi temporis præſcriptio.**

Quando



Qñ locũ habet præſcriptio longi tẽporis, ſ. poſuit, nũc qñ ceſ- Præſcri-
ſet: & quidem ceſſat propter perſonam eius, cuius eſt res: vt olim ptio qñ
ſi fuerat pupillus, vel hodie etiã ſi fuerit adultus, minor tamen ceſſat.
xxv. ann. ſ. in quib. cau. in inte. reſt. non eſt ne. l. vl. præſcriptio
aũt xxx. ann. bñ currit minori, niſi ſit impubes, licet poſsit re
ſtitui: J. de præſcrip. xxx. ann. l. ſicut. Sed etiã præſcriptio quin
quẽnalis, quæ tuetur ſtatũ defuncti currit minori, nec reſtituit
ſ. ne de ſta. defun. l. ſi mater. Itẽ in dote cauta & non numerata
qñq; currit minori & reſtituitur, qñq; nõ. ſ. de tẽp. in inte. reſt.
Autẽ ſi minor. Itẽ ceſſat præſcriptio propter qualitatẽ rei, vt ſi
fuerit ſacroſancta, publica, populi Romani, & ciuitatis. ff. de vſu
cap. l. vſucapio. *Idẽ* in oĩbus reb⁹ vitioſis, vel quaſi. Idẽ in rebus
mobilibus. J. eo. l. ij. Item ceſſat propter cauſam: vt ſi quis non
poſsideat, vel mala fide poſsideat. Item in omnibus actionibus
perſonalibus. J. tit. proxi. l. neq;. Item in omnibus mixtis actio-
nibus. J. eo. l. vnus. niſi in hæreditatis petitione, cum excedit ter
minos ſuos: vt ſ. de vſucap. pro emp. notatur.

**Quibus non obijcitur longi temporis præſcriptio.**

Qñq; & ſi verè cucurrerit præſcriptio, tñ effectu caret: hoc
aũt accidit propter iuſtã, & probabilẽ, & neceſſariã abſentiã per
ſonæ quæ petit reſtitutionẽ eius tẽporis, quod in vſucapione
cucurrit ſe abſente. Et ſeruatur hæc in militibus, & vxoribus
militum, in expeditione occupatis, & in medicis, & in abſenti
bus Reip. cauſa, vel in captis ab hoſtibus, & poſtliminio reuer-
ſis, vel in abſentibus fortuito caſu. J. e. l. j. ij. iij. & iiij.

***Si aduerſus creditorem.***

Qualiter præſcribatur rei vẽdicationi gratia dominij com- Præſcri-
petenti, dictum eſt, nunc qualiter præſcribatur actioni in rem, ptio con
competenti gratia iuris quod quis habet in re: puta creditor ha tra actio
bet hypothecariam actionem, quomodo contra talem pręſcri nẽ in rẽ.
batur. Nam diuturnum creditoris ſilentium id eſt, decẽ anno-
rum inter præſentes, & xx. inter abſentes, inefficacem quod ad
effectum actionem pignoris perſequendi conſtituit. J. e. l. j.

**De quadriennij præſcriptione.**

De præſcriptione quæ tuetur emptorem dixit: nunc de ea,
quæ venditorem, ſcilicet fiſcum qui rem alienam vendit vtſuã.
& de ea quæ datur aduerſus eum. Et habet locum quadriennij
Præſcriptio in bonis vacantibus, facta computatione quadri
en-

Universidad de Deusto Biblioteca

cunij ex quo cœperũt eſſe bona vacantia: & denũtiatũ eſt fiſco bona eſſe vacantia,&c.de hoc ff.de diuerſis & tempor.pręſ.l.intra.§.quidriénij.& de iur.fiſ.l.j.§.diuus.& inſt.de vſucap.§.res.

## Ne rei dominicæ, vel templorum vendicatio, temporis exceptione ſubmoueatur.

Non ſolùm in prædictis cauſis ceſſat præſcriptio longi temporis,ſed etiam in alijs puta ſi res ſit domina,id eſt, principis: vel etiam Reip.vel templorum : taliũ enim res mobiles vel immobiles nulla alienationis ſpecie obſtante.nulla longi tẽporis præſcrip.officiente,& omni tẽporis diffinitione ſubmota,principi,vel templo,vel Reip.debent reſtitui.j eo.l.j.ij.& iij.

## De præſcriptione xxx.vel xl.annorum.

Locum habet præſcriptio xxx.ann.cùm præſcriptio longi temporis ceſſat.quod accidit propter multa,& varia,de quibus dixi ſ.in quib.cau.ceſ.lon.tẽp.præſcri.hæc enim præſcriptio non reſpuit vitia rerum & perſonarum

## De annali exceptione Italici contractus tollenda: & de diuerſis temporibus, & exceptionibus,& præſcriptionibus, & interruptionibus earum.

Quia olim in Italico contractu,& actionibus ex eo cõpetẽtibus annalis quædã exceptio obſeruabatur,ideo de ea. Et qa circa eã nimiæ difficultates erãt ponit de ea tollẽda:vtilis enim erat annus,& quidã eũ extẽdebãt in decẽniũ,alij in quinquẽniũ.j.e.l.j.j.reſponſo. Ponit etiã de diuerſis tẽporibus, & exceptionibus,& præſcriptionibus, de qbus dixi ff.de excep.& præſcri.& ff.de diuer.& temp.præſcrip pag.170.& 171

## De alluuionibus, & paſcuis, & paludibus ad alium ſtatum tranſlatis.

Supra qualiter res ciuiliter acquirãtur,nũc qualiter naturaliter,vt per alluuionẽ. Eſt autẽ Alluuio latẽs incremẽtũ,id eſt,auctio & diſcretio occulta:nã ita paulatim adijcitur,vel detrahitur,vt intelligere nõ poſsis quãtũ quoquo momẽto tẽporis adijciatur,vel detrahatur,Inſt.de re diui.§.ꝑterea. De paludibus quoq; & paſcuis ad meliorem ſtatum tranſlatis,idem dicitur, ſcilicet vt ſeparatim debeant non cenſeri, ſicut nec illud cen- Alluuio

ſe



ſebitur,id eſt,cenſum pręſtabit,quod per alluuionem ablatum eſt.j.co.l.vlt.§.ſimilite.

## De ſententijs præfectorum prætorio.

Alium modum ciuilis acquiſitionis ponit,ſcilicet per ſentẽtiam.Incipit ergo tractare de officio iudicum, quod præcipuè in pronuntiandis ſententijs conſiſtit.Et quia præfecti prætorio maiores ſunt cæteris magiſtratibus & iudicibus,ideo de ſententijs eorum,& quæ ſint eorum priuilegia in ſententijs,& alibi. Triplici enim gaudent priuilegio & trina ſpecialitate lætantur,vt j.hoc tit.videſe poteris.

## Quomodo, & quãdo iudex debet ferre ſententiam præſentibus partibus, vel vna abſente.

Habita pleniſsimè negotij inquiſitione,ſi quidem vterque, id eſt,actor & reus fuerint præſentes,quandocunq; intra triennium poterit ferri ſententia.l.properandum.ſ.de iudi.vel intra biennium,& ſex menſes iure autenticorum,in Auten.de litig.§.omne.Si verò neuter eorum fuerit præſens,id eſt, neque actor,neq; reus nullo tempore fertur ſententia. Si verò alterutercorum fuerit præſens,alter verò abſens:ſi quidem reus tantum eſt abſens,non contrahitur eremodicium(id eſt,deſeri videtur iudicium)etiam ſecundum veteres leges,ſed poteſt procedi ad diffinitiuã ſentẽtiã. Actore aũt abſente,& reo præſente, cõtrahitur eremodiciũ per l.ꝑponerandũ.j.vt per Autẽ.de liti.

## De ſententijs ex periculo recitandis.

Quia ſententiæ,ſicut & medicinæ,cum periculo dantur & recipiuntur,Multis itaq; modis ſentẽtia eſt nulla:puta ſi iudex recitauerit non ſedendo:Item ſi non legerit ſcriptam.j.eod.l.j. Item ſi per alium,& non per ſe recitauit.j.co.l.vlt.in prin. Illa tamen quæ deſunt ſententiæ poſſunt per iudicem ſuppleri eodem die:ſcilicet quæ pertinent ad conſequentiam priorũ ſtatutorum,vt de fructibus,& ſumptibus,& ſi.ff de re iud.l.Paulus. Sentẽtia nulla.

## De ſentẽtijs & interlocutionibus omniũ iudicũ.

De hoc dixi ff de re iudi. & ponit hic multa vitia, propter quæ ſententia eſt nulla.

## De ſententia quæ ſine certa quantitate profertur.

Quia quandoq; fertur ſentẽtia,ſed tamen ſuper incerta quãtitate,ideo de ea.Curare autẽ ſemper debet iudex, ſi poſsibile

eſt,

Universidad de Deusto Biblioteca



eſt,vt certam rei ferat ſententiam:vt Inſti.de act.§.ciuitare.vbi ſatis de hoc:& ℥.eo.l.hæc ſententia.

### De ſentẽtijs quæ pro eo quod intereſt ,ꝓferãtur.

Intereſſe. Conuẽtum. Cõmune. Singulare.

Quia incerta ſæpe fertur ſententia circa intereſſe, cùm non ſit iudici expeditum inquantum poſſit vel debeat extendi intereſſe:puta cum etiam hodie multi dubitent,inquantum protendatur intereſſe. Eſt autem intereſſe aliud commune, aliud conuentum,aliud ſingulare. Et dicitur Intereſſe conuentũ prætium:& de iſto non eſt hæſitatio:quia illud ſicut cõuentum eſt debet præſtari,niſi dolus alterius partis interceſſiſſet. Cõmune intereſſe eſt,quod in contractibus & in delictis regulare eſt vt æſtimetur:& in delictis ſemper,& in cõtractibus plerunq; æſtimatur ff.ad l.fal.l.pretia.& iſtud præſtandum eſt ſolidum.Singulare autem intereſſe eſt,quod æſtimatione ſingulari petitur, id eſt,ſingulare pretium ei. de hoc Din.in reg.mora.lib.vj.& Bar.in l.fin.ff.de præto.ſtip.& Doct.℥.eod.l.j.

### Si a non cõpetenti iudice iudicatũ eſſe dicatur.

Iudex incompetens eſt ( licet in eum conſenſerim) pluribus modis:vel quia ipſe nullã iuriſdictionẽ habebat:vt ℥.de iuriſd.om.iud.l.cõſenſus,vel quia interuenit error in adeũdo ipſum, vel cõpulſus ſum in eũ conſentire.Item propter diuerſitatẽ rerum:puta datus eſt ad certas res,& de alijs pronuntiat:℥.eo.l.j.

### De pœna iudicis, qui male iudicauit:vel eius,qui iudicem,vel aduerſarium corrumpere curauit.

Pœna iudicis varia eſt,ſecundum qualitatem delicti.Si enim dolo malo iudicauit,verè obligatus eſt ex maleficio, & tenetur actione in factũ,vel de dolo ad omne intereſſe,& expenſas, & ad æſtimationem litis.Item ſit infamis.℥.e.l.vlt.Si autem pecunia ſit data,vel promiſſa:tunc dati triplum, promiſſi duplũ à comite priuatam rerum exigitur:& iudex dignitatem vel honorem amittet: & hoc in ciuili cauſa:nam in criminali bonis omnibus cõfiſcatis mittetur in exilium,in Auten.vt liti.iur.§.qui non accepit.& §.ſi autem.Sunt & aliæ pœnæ,de quibus Inſti.de obli.ex quaſi mal.circa prin.& in c.j.de re iud.lib.vj.

### Sententiam reſcindi non poſſe.

Multa cuſtodienda in ſententiæ prolatione ſupra diximus, quæ ſi diligenter fuerint obſeruata,vt in hac rubrica cõtinetur, ſen-



ſententia nõ poterit reſcindi,vel ab eo qui iudicauit,vel à ſucceſſore eius ℥.e.l.j.niſi ſolitis modis,vt per appellationẽ,per in integrũ reſtitutionẽ,per ſupplicationẽ,&c.Occaſione aũt omiſſæ exceptionis nõ reſcinditur:vt ℥.e.l.pe.niſi in caſibus quibus licet peremptoriã exceptionem proponere poſt diffinitiuã.&c.

### De fructibus & litis expenſis.

Fructus: Expẽſæ litis.

Regulariter lite conteſt.fructũ ratio ſemper eſt habenda.Et dicitur Fructus,q̃ eſt deductis iuſtis ſumptibꝰ.Itẽ pręſtatur fructus percepti & percipiendi, &c. Litis autem expenſæ olim victori nõ pręſtabãtur à victo,niſi temerè vocaſſet eũ in ius,ff. de iudi.l.eũ quẽ temere.Hodie aũt regulare eſt,vt victus victori cõdẽnet in expẽſis,niſi in caſibus no.in ea.l,& in.calũ.de pœ.

### De re iudicata.

De hoc dixi,ff.eod.tit.pa.148

### De executione rei iudicatæ.

Executor.

Parum eſſet ſentẽtiam ferri,niſi lata etiam mandaretur executioni.Mandatur autem ſententia executioni,quando ſeruato ordine iudiciario,& cauſa cognita,coniunctio debitore vel confeſſo,lata eſt ſententia ab eo,qui habebat poteſtatem iudicãdi: hoc eſt à iudice competenti.℥.eod.l.j.& l.ſi vt proponis.Eſt aũt Executor, qui poſt ſententiam inter partes audita, & diſcuſſa omni lite prolatum iudicatæ rei vigorem ad effectum deducere videtur.℥.eod.l.pen.

### De vſuris rei iudicatæ.

Maximæ vſuræ.

Sæpe contingit pecuniam in ſententia deductam elapſo legitimo tempore non ſolui:ideo ſupponit quæ pœna, & quando imponatur non ſoluẽtibus.Maximis enim vſuris ſubijciuntur,id eſt,centeſimis,quæ currere incipiunt demum poſt quatuor menſes,à tempore ſententiæ computandos, ſi non fuerit appellatum:aut ſi appelletur,currunt à die confirmationis primæ ſententię:vt ℥.eod l.j.& l.eo.Interim autem,id eſt,in quadrimeſtri tempore,nulla omnino currit vſura.

### Si plures vna ſententia condemnati ſunt.

Qualiter fiat executio contra vnum damnatum dixi : nunc qualiter fiat executio contra vnum damnatur,tales enim pro parte debent ſoluere:& poteſt ab eis exigi,& contra eos ſententia pro virili portione mandari executioni.

Universidad de Deusto Biblioteca

## Quibus res iudicata non nocet.

Sentẽtia inter alios acta

Regulariter traditur in ciuili, & criminali cauſa ſententiam inter alios latam alijs non nocere, vel in eodem negotio, vel in ſimili: ſiue hi qui experti ſunt ciuiliter ſuo nomine contendebant, ſiue hi qui experti ſunt ciuiliter ſuo nomine contendebãt ſiue etiam noſtro. ſed tamen non præcedente vel ſequente voluntate noſtra, etiam ſi tales erant quibus licebat agere ſine mãdato. vt j. cod. l. j. iij. & iiij.

## Comminationes, epiſtolas, programmata, ſubſcriptiones, autoritatẽ rei iudicatæ nõ habere.

Quod per epiſtolam præſes iuſsit aliquẽ ſoluere pecuniã, effectũ non habet ſententiæ. j. eo. l. j. Item ſubſcriptio ſententiã cauſa cognita latam non reuocat vel reſcindit. ff. de re iudic. l. quod iuſsit. & j cod. l. ea quæ, & l. iudex. Item præſidis interlocutio apud acta ſignata de duplo, vel quadruplo præſtando, niſi debitor ſatiſfaciat, voluntas eſt potius cõminantis, quàm ſententia iudicãtis: neq; enim omnis vox iudicis iudicati continet autoritatẽ j. e. l. interlocutio. Item programma non habet vim rei iudicatæ. j. eo. programma. Eſt autem Programma procedens ſcriptura vt dicunt, id eſt, quæ per plures prouincias & loca deſtinatur. Vel eſt Programma, cùm idẽ diuerſis traditur libellis, quaſi procedens gramma, id eſt, litera: ſic enim plerunq; in corpore Autent. ponitur: vel ſecundum lo. vt differat ab epiſtola, eſt progãma ſcriptura publicè in albo propoſita j. l. ij.

Progrã-ma.

## Si ex falſis inſtrumẽtis vel teſtimonijs iudicatũ erit.

Sicut ſententia propter omiſſam ſolennitatem reuocatur: vt ſ. titu. proxi. ita & propter adiunctam falſitatem: vt hic.

## De confeſsis.

De hoc dixi ff. eod. titu. pag. 149

## Res inter alios acta alijs non nocet.

Hic tit. loquitur de iudicatis, & actis extra iudicium. Sed ſ. quibus res iud. non noc. loquitur de iudicatis tantũ: & quæ ibi dicuntur, hic potes repetere. Tradit enim hæc rubrica vnã regulam contrariam ſiue caſualem: de hoc in c. pe. extra de re iu.

## De relationibus.

Quia iudex quandoq; dubitans, cauſam ipſam ante ſententiam vel poſt refert ad principem, vel ad alium conſilij cauſa: ideo de relationibus ponit: de hoc dixi ff de appel. pag. 107



## De appellationibns, & conſultationibus.

Quia ſñia lata fiũt appellationes & cõſultationes: iõ de his ſubiũgit. De appe. dixi. ff. e. ti. Cõſultatio aũt in hoc differt à relatione: quia aut iudex refert negotiũ ad ſuperiorẽ, vel ad imperatorẽ, vt inſtruatur ab eo, qualiter in tali cã debeat iudicare, & petit inſtrui ſuper facti qualitate, ſcilicet vt ea principi, notificata reſcribat qd ſup ea debeat præſumi, & talis dicitur Conſultatio. Aliqñ iudex cauſam refert ſuperiori, quia vult euitare onus iudicãdi, & iſta proprie dicitur Relatio: de qua ſ. ti. prohi.

Conſultatio.

Relatio.

## De temporibus, & reparationibus appellationum, ſeu conſultationum.

Quando & qualiter fiat appellatio dixi: nũc intra quæ tempora exercetur. de hoc dixi ff. quando & intra quæ temp. appel. ſit. hoc adito, quod hodie vnus tantum fatalis eſt dies, id eſt, annus vnicus, intra quem debet appellator exequi appellationẽ ſecundũ ſe, id eſt, cùm ipſe ſolus eſt in iudicio: cõiter vẽ, id eſt, cũ eſt in iudicio altera parte: aut ſi iuſta cauſa intercelſerit alius annus indulgetur, & ita erit ſecũdus fatalis. quo tranſacto, lite nõ completa rata manet ſententia: vt in Auten. de his qui ingre ad app col. v. de hoc in c. cum ſit Romana. de appel.

## Quando prouocare non eſt neceſſe.

De hoc dixi ff. quæ ſen ſine app. reſcin.

## Quorum appellationes recipiuntur.

De hoc dixi ff. à quib. app. non li. & de app. reci. vel non.

## Si pendente appellationes mors interueniat

De hoc dixi ff. eo. ti. pag. 213

## De his qui per metum iudicis non appellauerunt.

Supra dixi, quãdo appellatione facta non examinatur, hic econtra, qñ non facta habetur pro facta, & examinatur: puta ſi qs per metũ non appellauerit: intellige quod fuerit iuſtꝰ metus & talis in conteſtatẽ cadere potuit. de hoc j. e. l. vl. & ff. reg. iur. l. in omnibus. & de appe. l. cum quidam. de app. reci. l. antepen.

## Si vnus ex pluribus appellauerit.

Docuimus ſupra quũ appellatio appellanti proſit: nunc exponamꝰ, quomodo per appellationẽ etiã alij nõ appellãti appel-

Universidad de Deusto Biblioteca

Appellatio vni prodeſt alteri.

latio facta proficiat. Nã ſi in vnã eadẽq; cauſa vnus appellauerit, eo qđ iſta appellatio pronũtiata eſt, ei quoq; prodeſt, qui nõ appellauerit. j.e.l.ſi vna. de hoc in c. vna ſentẽtia. extra de app.

## Si de momentanea poſſeſsione appellatum fuerit.

Quãdo appellatio reijciatur ꝑpter autoritatẽ iudicis, dictũ eſt: nũc audi qñ reijciatur propter vtilitatẽ ipſius rei de qua lis eſt: puta ſi feratur ſuper momẽtanea poſſeſsione, vbi appellatio nõ admittitur, forte quia expectatur plenius examinari negotiũ in cauſa proprietatis. Eſt aũt Poſſeſsio momẽtanea, ſi agatur de poſſeſsiõe retinẽda per interdictũ vti poſsid. vel vtrobi: vel adipiſcẽdæ per interdictũ quorũ bonorũ, vel quorũ legatorũ: recuperãdi per interdictũ vnde vi. Eſt enim apta durare per momentum penes eum qui vicit. Si enim ille qui ſuccubuit incontinenti probat de proprietate, ſtatim eam recuperabit per ſententiam. de hoc in c.j. de cauſ. poſ. & proprie.

Poſſeſſio momentanea.

Res reſtitutioni fideicommiſsi ſubiacentes alienari prohibentur,niſi propter cauſam dotis,vel donationis propter nuptias:propter quas cauſas alienatio permittitur, antiquo iure ſublato,

Universidad de Deusto · Biblioteca

ſublato, & omni circũuentione remota Et durat hæc pars vſq; ad.§.vnũ. Secũda pars eſt de muliere, quæ parit in.xi.menſe: de quo ].§.vnũ. Nam mulier ante annum luctus pariens, ſi indubitatũ ſit ſobolem nõ ex priori conſiſtere matrimonio, omnibus modis priuatur ante nuptiali donatione: ac incidit in eas pœnas, ac ſi ante tẽpus luctus ſecundas contigiſſet nuptias: vt ibi.

*Mulier nubens ante tẽpus luctus.*

**De tabellionibus vt protocolla dimittant in chartis.**

*Tabellio. Tabularius. Magiſter ſtationis. Protocollum.*

Tabellio à partibus rogatus, debet per ſe audire negotium. & ipſemet ſcribere, nec alicui delegare poteſt. Eſt autem Tabellio minor, Tabularius maior, & Magiſter ſtationis maior vtroq;. Sunt aũt alia multa nomina, ſeu vocabula horum publicorum ſcriptorum, de quibus glo. in rubrica C. de tabul. & l. fin. Protocollum autem dicitur à πρῶτο quod eſt primum: & κολλά, quod eſt collatio ſcilicet literarũ. q. d. prima collatio literarum: de quo. ]. eod. § . illud quoq;. in verb. protocollum.

## COLLATIO V

**De eccleſiaſticarum rerum immobilium alienatione, & ſolutione.**

Eccleſia propter debitũ fiſcale regulariter rebus mobilib' nõ exiſtẽtibus, res immobiles alienare poteſt, & in ſolutũ dare, &c. Exponitur ergo de alienatione, ſcilicet facienda pro fiſcali tantum debito. Et ſolutione, id eſt, datione in ſolutũ ipſi creditori, etiam priuato, non ſolum fiſco: vt. ]. eod. §. ſi vero priuatus.

**De iureiurando a moriente præſtito, dato propter menſuram ſuæ ſubſtantiæ.**

Iuſiurandum à moriente præſtitum, in quo ſubſtantiæ ſuæ menſuram facit manifeſtam, inter ſuos hæredes diuidendo, ab hærede ſeruandum eſt: pœna non ſeruantibus imminente: creditoribus tamen nullum præiudicium generatur.

**Vt præponatur nomẽ imperatoris documentis, & vt Latinis literis apertius tempora inſcribantur.**

*Documenta.*

In documentis, id eſt, literis publicis, debet principis, nomẽ, & annus in principio, & indictio deſignari. Item conſulis nomen, annus conſulatus: debet etiam dies & mẽſis, celebrati contractus apponi: & etiam annus conditæ ciuitatis, ſi hoc habet cõſuetudo: debẽt etiã documenta claris notis & literis ſcribi: de quo



quo in c. inter dilectos. de fi. inſtru. & in c. quoniam contra. in glo. antepe. extra de prob. de vltima parte rub. ponitur in.§. ſi

**Scenicas non ſolum ſi fideiuſſores præſtent, ſed etiam ſi iuſiurãdũ dent, ſine periculo diſcedere.**

Scenicæ mulieres, id eſt, proſtibulariæ, vel meretrices, nullam cautionem præſtare debent ſuo hoſpiti, vel lenoni: neque lenones talem debent cautionem exigere: tamen etiam ſi fideiuſſores dent, vel iureiurando promittant de perſiſtendo in lupanari vel proſtibulo, nihilominus poſſunt ſine periculo diſcedere: quia iuramentum ſuper re illicita ſeruari non debet: Vel hic dicuntur Scenicæ mulieres, quæ in ſcena, id eſt, loco turpi, vt proſtibulo ſtant: à ſcena, id eſt theatrali inumbratione, vel ſpectabulo circi, vbi conſueuerunt tales pſtare. ff. de infam. l. ij.

*Mulieris ſcenicæ.*

**Vt non fiant pignorationes pro alis perſonis. Et vt ſicut principum donationes nõ egent geſtis monumentorum, ſic nec a priuatis imperatoribus factæ donationes indigeant.**

Nulli licitum eſt ſecundũ formã pignorationes. id eſt, pactũ vel repreſalias, exigere aliũ pro alio de hoc de iureiuran. c. i. lib. vj. Et expone, Geſtis monumẽtorum: id eſt, vt fiant corã iudice ordinario, præbente autoritatem huic donationi: quia ſufficit ipſius imperatoris præſentia: vt & aliàs, C. de teſta. l. omnium.

**De exhibendis & introducẽdis reis: & vt hi qui conueniantur poſt viceſimum diem præſententur iudicibus. Et de his qui iuratoriam cautionem exponunt, & ante litis conteſtationem abſentes fiunt, Et de hypothecis quæ appellantur ex cauſa militiæ, quæ perſonæ, & quando hoc ius habent. Et de indotatis vxoribus, vt habeãt quartam partem ſubſtantiæ viri: & ipſe vir in ſubſtantia vxoris, ſcilicet quando inops eſt qui relinquitur.**

*Reus.*

De exhibendis reis: à re, non à reatu. ff. de duo. re. l. j. & hæc pars expeditur vſq; ad. §. illud. Et vt hi qui conueni. hoc expeditur ]. e. vſq; ad §. ſi vero. Et de his qui iurat. hoc dicitur ]. eod. §. ſi vero. vſque ad §. optimum quoq;. Et de hypothecis, ſcilicet



militi

Universidad de Deusto Biblioteca

militiarum:& hoc dicitur j.cod.ſ.optimum.

**Cõſtitutio, quæ ex aſſcriptitio & libera natos, libe
ros vult:nõ his, qui ante conſtitutionem nati ſunt,
ſed qui poſt cõſtitutionẽ nati ſunt, ꝓdeſſe. Et vt ve
nerabiles domos œconomi cõmutationes faciãt ad
inuicẽ immobiliũ rerũ eccleſiaſticarũ decreto prius
interpoſito: excepta hac maiore eccleſia.**

Cõſtitutio quæ ex aſſcriptio,&c. quæ eſt C . de ſenatuſcon.
claud.l.j.in fin Nam per Caudianum erat libera,& eius filius
erat ſeruus,vt ibidem dicitur . Non autem dicit de illa quæ eſt
C.de agri. & cen.l.ne diutius.quia ibi non eſt caſus iſte:licet alij
ſimiles ſint ibi.Vel dicit de ea,quæ eſt C de agri.& cen.l.fin. Et
expeditur hæc pars vſque ad ſ.quia igitur. Secunda pars dein-
ceps vſque in fin.conſtitutionis.

**Vt de cætero, commutationes eccleſiaſticarum re-
rũ non ficte fiant,& in priuatam perſonam ad pijſ
ſimũ imperatorem, & hoc modo alias perſonas le-
gitimas trãſeant res. Et hæc tantũmodo fiant ad im
perialem domũ. Et licet ꝑpetuæ emphyteuſis agit
ab oratorijs in oratoria, decreto videlicet interpo
ſito: excepta hac maiore eccleſia: ne tamen in pri-
uatam perſonam trãſeat emphyteuſis.**

Eccleſia cũ principe permutare poteſt , vt res apud principẽ
perpetuò permaneant,ne perueniant ad priuatos. Item eccleſiæ
adinuicem in perpetuã emphyteuſim dare poſſunt,excepta ma
iore eccleſia Conſtãtinopolitana Et prima pars expeditur vſq;
ad.ſ.illud quoq;.Et vt liceat,&c.Hoc expeditur.j.co.ſ.illud.

**Vt ea quæ vocẽtur inſinuatiua , ſemper clericis
in maiori eccleſia quidem dẽtur: in alijs autem
eccleſiis penitus non dentur.**

Inſinuatiua nõ poſſũt exigi à clericis ordinatis: exceptis his q Inſinua-
ſunt ordinati in maiori eccleſia, à q̃bus ſecũdũ cõſuetudinẽ ac- tiua.
cipere licet. Et dicũtur Inſinuatiua, quæ ab ordinatis accipiunt
de quo in Autẽ.de ſanc.epiſc.ſ.pro cõſuetudinibus.de quo in
c.ij.& c.cũ in Eccleſia.de verb ſign.& j q.ij.c.ſicut epiſcopum.

**Vt clerici qui recedũt, alijs ꝓ eis præbeant ſur-**



**rogatis emolumenta: recedẽtes aũt remeare volẽtes nõ
ſuſcipi. Et vt ſi quis ædificãs eccleſiã , aut aliter in eadẽ
ſeruiẽtibus miniſtrãs emolumẽta, voluerit aliquos cle-
ricos inſtituere: non fortuite eos, ſed ꝓbatiõe ſanctiſſi
mi patriarchæ ſuſcipiat.**

Clerici continuã reſidentiã in proprijs Eccleſijs facere tenẽ
tur: nec debẽt recedere: alias alij in eorũ locũ ſurrogãtur cũ eorũ Reſidẽ-
emolumẽtis:& recedẽtes,& poſtea remeãtes, ſuſcipiẽdi nõ ſunt, tia cleri
nec eis emolumẽta debẽt reſtitui.de hoc de cle.nõ reſi.c. inter corum.
quatuor.ſ.fin.& plenius in c.quoniam ſ.fina.vt lite non cont.

**De his qui ingrediuntur ad appellãdum: et quã
do per ſcripturam manus propriæ, fiat collatio
literarum: & de iureiurando dilationis, vt & cõ
iungatur iureiurando calumniæ.**

De prima parte dixit C.de temp.app de quo in c.cum ſit. de
appel. Et iſta prima pars expeditur vſq; ad ſ.illud aũt videam⁹
Et qñ per ſcripturã,&c. De hoc in ſ.illud. Nã ex documẽtis pu-
blicis ſolis,& non priuatis cõparatio fieri debet : vt ibi. de quo
in l.comparationes. C.de fid.inſtru. Et de iureiurãdo,&c. Hæc
tertia pars expeditur j.eo.ſ.fi. Nã iuſiurandũ generaliter in iu- Iuſiurã-
dicio ſemel præſtari,& in eo debet addi, quòd nullus in tota li- dum.
te probationem exiget, quam non putauerit neceſſariã: de quo
in Autẽ.hoc ſacramẽtũ. C.de iura.cal.& in c.literas.de reſt.ſpo.
c.præſentium.de teſ.& c.vltra tertiam.

**Vt in priuatis domibus ſacra myſteria non fiant.**

Sacra myſteria prohibentur celebrari in domibus ſine licen
tia ſuperioris. Oratoria verò cauſa orationis permittitur habe
re,& in eis clericos conuocari: de quo in l.conuenticulam. C.de Orato-
de epiſc.& cle.& C.de hæret.& man.l.iij. ria.

**Vt defuncti ſeu funera eorum non iniurientur
à creditoribus: & vt conſiliarij non ſuſcipiant
cognitiones abſque iudicibus.**

Mortuis & moribundis , & funeribus eorum ac familiæ do-
mui ex rebus eorũ creditores iniuriã inferre prohibẽtur , abſq; Iniuria
iudiciali decreto: de quo in Autent.ſed nec ante. C.de ſepul. mortuis
tio.& Autẽ. item qui domũ. Et hæc prima pars expeditur vſq; facta.

Universidad de Deusto Biblioteca



ad §.illud. Et vt conſiliarij &c. Hoc expeditur à §.illud.vſq; ad fi. Nã iudex ordinarius occupationibus publicis impeditus cauſam conſiliario poteſt delegare ſentẽtia ſibi ſeruata: dummodo ter cauſam audiat, & ſententiã proferat, & appellationem interpoſitam ſuſcipiat. Iudex autem appellatus, & delegatus, delegare non poteſt: de quo gloſſ. in Aute nt. Ad hæc. C. de iudic.

**Vt immobilia antenuptialas donatiõis neq; hypothecæ dentur neq; omnino alienentur a viro, neq; conſentiẽte vxore: niſi poſtea ſatisfieri vxori poſsit: hæc vero etiam in dote valere.**

Res immobiles in donatione, propter nuptias conſiſtentes maritus alienare nõ põt, nedũ ea inuita, ſed etiã vxore alienationi cõſentiẽte. Sed alienatiõe habita ꝑ nõ facta in rẽactio vxori cõpetit, niſi ſcd͞o poſt biẽniũ cõſentierit, vt vir alienãs locuplex fuerit alienatiõis ꝓhibitiõe in dote multo magis obtinẽte. Et de hoc vſq; ad §.& multo poti': & aliàs in autẽ. ſiue à me. C. ad vel. & i c. cũ cõtigat. de iureiur. Hęc vero etiã, &c De hoc i §. et multo

**De noui operis mutuatione maritimi conſpectus.**

Nulli liceat in hac regia ciuitate ædificare vltra terminos à iure permiſſos, ſi principaliter noceat. De hoc in l. per prouincias. Et quod ibi no. C. de ædif. pri. ff. de ope. pub. l. qui opus. Et quod no. Inno. in c. Piſanis. de reſt. ſpo.

**Vt factæ nouæ conſtitutiones poſt inſinuationes earum poſt duos menſes valeant: parcitus autẽ nõ cuſtodiẽtibus ſubtilitatem conſtitutionũ ſuper teſtamentũ in relinquendo quadrantẽ: aut nõ ſubſcribendo nomen hæredis, aut non dicendo.**

Conſtitutio noua legat poſt duos mẽſes à tempore inſinuationis, ſeu publicationis: quæ inſinuatio, ſeu publicatio, debet fieri ſecũdum formam hic datam: gl. in proœ. Decre. & in c. ij. de conſti. & Pau. de Leaza. in proœ. Clementium.

**Vt nullus fabricet oratorij domos præter voluntatẽ epiſcopi. Et vt deputet prius diligẽtiã, & ſtatutũ, quæ in fabricãdo oratorio ſufficiãt. Et vt epiſcopi non deſint ſuis eccleſijs. Et de alienatione eccleſiaſticarum rerum immobilium.**

Nulli licitum eſt eccleſiam vel monaſterium, vel oratorium



ædificare ſine epiſcopi voluntate. De hoc in c. nemo. de conſe. diſt. j. c. ſi quis baſilicam, & de eccl. ædi. c. j.. Et de iſta prima parte vſque ad §. illud quoq;. Item epiſcopus non debet per multũ tempus abeſſe ab eccleſia: vt J. in §. illud. & vij. q. j. in præſentia. & l. diſt. c. contumaces. de cle. non reſi. c. tuæ. Et quod in alienatione rei Eccleſiaſticæ immobiles decretum ſuperioris requiritur. de hoc in §. quoniam vero. & ff. de eccle. re. immo.

Fabrica re nouã eccle.

**Vt ab illuſtribus. & qui ſuper eam dignitatem ſunt, non modo ſuper pecuniarijs cauſis, ſed etiam iniuriarum criminaliter per procuratorem dicantur: Clariſsimis autem in pecuniarijs licere per procuratorem, & per ſe litigare.**

Illuſtres, & Superilluſtres in cauſis pecuniarijs, & in crimine iniuriarum non per ſe, ſed per procuratorem litigare debent: cæteris vel dignitatis inferioris licitè conceditur, vt per ſe, vel procuratorem litem exceant. Et quæ ſit ratio huius conſtitutionis, colligitur J. eo. verſ. ne cogantur. Quod ſint genera magiſtratum colligit hic gloſſ. Et quis dicatur Superilluſtris not. in l. quoties. C. vbi ſena vel clar.

Illuſtris

Superilluſtris.

**Vt ordinariæ præfecturæ vrbanæ, etiam prætorianæ duæ, & præfecturæ vrbanæ quæ in cingulo, & quæ in actu ſunt ſolo, non etiam honoratæ, liberent a curiali fortuna.**

Sola collatione dignitatis, & adminiſtrationis, etiam ante adminiſtrationem ſuſceptam, curiales liberantur à curiali fortuna: ſed ſola collatione honoris ſeu dignitatis abſque adminiſtratione non liberantur, ſed remanent curiales, ſolum honorem ex tali collatione conſecuti: hodie autẽ non tãtum duæ, ſed duodecim dignitates liberant aliquem à curiali fortuna: vt in l. fin. C. de decu lib. x. De hoc inſtitu. quib. mod. ius pat. pot. §. filiusfa. & in c. indecorum. de æta. & qua.

## COLLATIO VI.

**Vt omnes obediant iudicibus prouinciarũ, & in criminalibus. & in pecuniarijs cauſis: & vt negotia examinẽtur nullo excepto per vt ſacra pragmatica forma exhiberi quẽpiam iuſſerit,**

Universidad de Deusto Biblioteca

In prouincia, in qua quis ſortitur forũ, illic eſt conueniẽdus: vtraq; parte pręſẽte, vel altera tãtũ: & vbiq; iuſtitia ſeruata, ſententia cõdẽnatoria, vel abſolutoria feratur, oĩ priuilegio ceſſante: niſi pragmatica forma aliud ſtatuatur, vel aliud propter appellationẽ acciderit: his obtinentibus in omni loco & tẽpore.

**Quibus modis naturales filij efficiantur legitimi, ſupra illos modos, qui ſuperioribus conſtitutionibus continentur.**

Hic debet eſſe, legitimi efficiũtur. Sed in alia conſtitutione J. quib. mod. nat. effi. eſt in litera, Sui: & quæ ſit differẽtia inter hũc titulũ & illũ, ibi dicetur. Et exponit hic Supra, id eſt, præter Superioribus conſtitutionibus, &c. C. de na. lib. l. cũ quis. & duabus ll. ſe. Et habet conſtitutio ſex partes. Prima tractat de legitimatione filiorũ per matrimoniũ. Secũda de legitimatione filiorũ per naturaliũ per reſcriptũ principis §. ſed & aliud quiddã. Tertia de nuptijs præſumptiuis, in §. illud quoq;. Quarta de nuptijs verè contractis à ſuperilluſtribus & illuſtribus, vel in eccleſia à militibus honeſtis, vel negotiatoribus, vel profeſſoribus. §. deniq; in tantũ. Quinta de nup. ædilibus in §. quiſquis autẽ. Sexta de pœna contrahentium illicitas nuptias. §. fi. *Legitimatio filiorum.*

**Vt hi qui obligatas ſe habere perhibẽt res minorũ, aut obligati ſunt eis, ad eorũ gubernationẽ penitus nõ accedãt: & vt curatores nullo mõ ſuſpiciãt ceſſiones aduerſus eos, quorũ curationẽ agũt, aut egerũt. hæc aũt gñaliter valebũt in oĩ curatione, in quibus pſonis leges curatores præbẽt: Et de gubernatiõe pecuniarũ cõpetẽtiũ eis, quorũ negotia adminiſtrãtur. Et quãdo eas recõdi, aut mutuari oportet, aut ex eis reditus cõparari.**

Prima pars exponitur vſq; ad §. quòd ſi quis. Et vt curatores: hoc exponitur J. §. quòd ſi quis. Hæc autẽ, &c. de hoc J. eod. §. hæc dicimus. Et de gubernatione, dicetur J. eo. §. quoniam.

**De inſtrumentorũ cautela & fide; & primùm depoſitio, & de mutuo, & alijs documẽtis priuatè quidem ſcriptis, habẽtibus teſtes, & nõ habentibus teſtes. Et de inſtrumẽtis publicè confectis: & de collationibus manus**



**propriæ ſcripturæ: & de expoſitis inſtrumẽtis ab illiteratis, aut paucas literas ſcientibus: & de non ſcriptis contractibus: & de contractibus vſque ad vnam libram auri, & de contractibus qui in agris fiunt: & vt in documentis & contractibus futuris locum habeat iſta lex.**

Strictè capitur hoc titulo Inſtrumẽtũ pro chartis tãtũ. Aliàs largè, vt ff eo. l. j. Aliàs p inſtrumẽto fundi: vt ff. de fun. inſtr. l. quęſitũ j reſpõſo. Cautela, ſcilicet in faciẽdo. Habetur fides poſt quã eſt factũ: & dupliciter dicit de fide. Primò in quibus inſtrumẽtis debeatur fides priuatis & publicis: & hoc J eo. vſq; ad §. ſi vero morietur. Secũdò qualiter fiat vt habeatur fides, quando erat in dubium reuocatũ quod fit per cõparationem: vt J. eo. §. ſi verò moriãtur. & §. ſeq. vſq; ad §. oportet. Et de depoſito, id eſt, qualiter fiat cautè inſtrumẽtũ priuatũ ſup: cõtractu depoſiti, & mutui, & alijs cõtractibus: & hæc expediũtur. J. e. §. ſi qs. & §. ſed & ſi quis. & §. ſi tñ. Et de inſtrumẽtis publicè cõfectis: hoc exponitur J. eo. §. ſi inſtrumẽta. Et de collationibus: ſcilicet qualiter probetur fides inſtrumẽti: hoc expeditur. J. eo. §. ſi vero. Et ſic reſpicit ſecũdũ capitulũ. Sequẽtia aũt oĩa vtrũq; reſpiciunt. Et de expoſitis inſtrumẽtis ab illiteratis, id eſt, de cõtractibus celebratis in ſcriptis ab illiteratis: quod expeditur J. e. §. oportet. Et de non ſcriptis: hoc expeditur eodem §. & hoc dicimus. Et de cõtractibus: hoc expeditur J. eod. §. ait. Et contractibus futuris: hoc exponitur J eo. §. vt autem omnia. *Inſtrumẽtum. Cautela*

**Hæc conſtitutio interpretatur vt priorẽ cõſtitutionem, de his qui ingrediuntur in monaſteriũ & de ſubiectis eorũ, ex quo ſcilicet oporteat eã valere.**

Dictũ eſt S in tit. de mona. §. illud. coll. j. qđ ingrediẽs monaſteriũ ſe & ſua dedicat Deo ipſo ingreſſu: verũ quia reuocabatur in dubiũ, An dicta cõſtitutio haberet locũ ĩ illis, q ante legẽ illã fuerũt ingreſſi monaſteriũ: ideo p illa dubitatione ponit hũc tit.

**Vt non luxurientur contra naturam: neq; iurent per capillos, aut aliquid huiuſmodi: neque blaſphement in Deum.**

Peccata contra naturam, & blaſphemiæ cõtra Deum, & iu-

Universidad de Deusto Biblioteca

ramēta p mēbra Dei, per hāc legē phibētur: cōtra facientes vltimis ſupplicijs puniūtur. de hoc xxii.q.j.c.ſi qs p capillū. De prima, de vi: & honeſt.cle.c.vt clericorū.de exceſ.pla.clerici.& xxxij.q.vij.flagitia. De ſecūda parte, ex ra de maledicis.c.ſtatuim⁹.

**Vt liberti de cætero aureo nō indigeant anulo, & vt priſtinis reſtituantur natalibus. Et de celebratione dotalium inſtrumentorum in libertis mulieribus facta, ex hoc ipſo etiam nuptias legimas fieri, & filios ſuos: ſi nuper etiā ancilla fuerit & ipſam liberam eſſe celebratione dotis. & nuptias legitimas, & qui ex ea proceſſerint ſuos.**

Dominus manumittens, ſeruum ſuū denūtiat eum ciuē Romanū. Et ius aureorū annulorum, & regenerationis, ex ipſa manumiſsione manumiſſus cōſequitur: patrono iure manumiſsionis per omnia reſeruato: niſi ab eo fuerit remiſſum. Tunc enim ius patronatus in hoc ſibi reſeruatur, vt ei reuerentia debeatur. Et ex certis ingratitudinis cauſis licet in ſeruitutē reuocare. Itē liberti & libertæ pro ingenuis quo ad nuptias reputantur. Et ſi dominus cum propria ſerua matrimoniū interuenietibus inutilibus inſtrumētis cōtrahit: ipſa & ex ipſa nati liberti efficiuntur: de quo etiā in Autē. ſed nouo iure. C de nup. quæ ſumpta eſt hic ex §. fi. De prima parte expeditur vſque ad §. ſi quis aūt. dixi ff. de iure aur. annu. Et de celebratione, &c. In hac ſecunda parte duo dicuntur: vnum de liberta: & aliud de ancilla: & hæc expeditur j. eod. §. ſi quis autem.

**Apud quos oportet cauſas dicere monachos & aſsiſterias.**

Monachi & moniales pro cauſis eorum coram epiſcopo debent conueniri, qui diſponere debet, an per de vel per alios debeant reſpondere. Et ſecundū legem & ſacras regulas debet cognoſcere & iudicare. Ciuiles autem iudices taliū cauſarū cognitionē nō habent. de hoc etiam in Auten. cauſa quæ fit cū monacho. C. de epiſco. & cleri. hinc ſumpta. Hodie aūt penè omnes ſunt exempti, & ideo ſub papa conueniendi ſunt, qui eſt ordinarius exēptorū. d. Auten. cauſa. vbi per gloſ & gl. vj. q. iij. placuit & de priuileg. c. tuarū. per Inno. eod. tit. recepimus. &c. ex ore. & quod hodie habetur in c. j. de priuil. lib. vj. Aſsiſteriæ aūt vel Aſ- (Aſsiſteriæ.)





Aſsiſtriæ, vt quidam volunt, moniales ſunt: eo quòd inſiſtant orationibus & ieiunijs quotidie, quas vulgò appellamus Recluſas ſecundum glo. hic. de quibus aliquid C. de epiſc. & cler. dixi. (Recluſæ)

**De quæſtore.**

Officium Quæſtoris in inquirendis perſonis in vrbe Conſtan. manentibus conſiſtit: & inquiritur quæ ſint, & vnde venerint, & qua occaſione, & cuius ſint vitæ: validos & potentes operari facere, aut expellere: exceptis valetudinarijs, q dimitti debent: de officio huius dixi ff. eod. tit.

**Bonſtitutio quæ de dignitatibus & epiſcopatu. filium liberat a patria poteſtate,**

Dignitas conſulatus & patriciatus à patria poteſtate liberat ſola dignitatis collatione. Et generaliter omnis alia dignitas quæ à curiali fortuna liberat, etiam à patria liberat poteſtate: quales enumerantur plures in l. C. de decu. lib. x.

**De iudicibus. Et vt nullatenus cum iureiurādo eligatur aliquis iudex, & quod permanet ei. Et vt appellationes accipiāt modis omnibus iudices. Et vt in media lite factæ formæ quomodo oporteat decidi cognitionē nō atterant iudices.** (Iudex ſedebit.)

Quatuor partes habet rubrum: primò de iudicibus ſcilicet à principe delegatis in ciuitate Romana, qui ſunt xij. octo minores, & quatuor maiores: vt j. eod. §. vetus. Et ſedet quilibet eorum in ſuo prætorio in baſilica: vt j. eod. §. ſedebunt. & hæc pars expeditur j. eod. vſque ad §. quia vero. Permanet ei ſcilicet vnaquæque pars permanet, id eſt, ſtabit. Et ſcilicet quod iudicabit iudex. & exponatur permanet, id eſt permanebit, vt ſæpe fit. Aliàs eſt, Permaneat: & tunc planā eſt. Vel dic, hæc Et quod permanet ei, &c. ſuperflua nec reperiūtur in Nouel. Azo. & hoc expeditur j. eod. § quia vero. Et vt appellationes accipiant, &c. nam iudex tenetur recipere appellationem. j. eo. vt nulli iudi. §. illas, & ff. de appel. re. l. ſicut. & C. de app. l. iudicibus. Niſi in caſu, vt in pręfec. pręto. orien. cui dirigitur hęc cōſtitutio, qui recipere non tenetur appellationem, ſed ſupplicationem: vt in fi. §. noſtros. j. eod. & C. de preci. impe. off. l. aduerſus. & niſi in caſibus duobus, qui ſunt ē. eod. §. audient. & alijs caſibus quos dixi ff. de app. reci. & à quib. appel. non lic. & C. quorum appel. non

Universidad de Deusto Biblioteca

reci. vide hic gl. in. §. noſtros. Et vt in media, &c. de hoc. J. eod. omnis autem. ad fi & J. eod. vt in medio litis non fi. fa. formæ.

## Vt clerici apud proprios epiſcopos primũ conueniantur, & poſt hoc apud ciuiles iudices.

Clericus vbi litigare habet.

Clericus apud proprium epiſcopũ in cauſis pecuniarijs conueniendus eſt, qui ex non ſcripto, & ſine damno cauſam decidere debet. Sed ſi cauſa talis ſit, vel alia difficultas, quæ epiſcopum cognoſcere impediat, tũc ciuiles iudices cleri cauſam decidere debent. Sed ſi clericus de crimine criminaliter cõueniatur tũc ciuilis iudex cãm intra ſecundi mẽſis ſpatiũ decidere debet. Si verò de crimine eccleſiaſtico cõuenitur, tũc ad ſolũ epiſcopũ ſpectat deciſio. De materia huius tituli habetur in c. ſi quis contra clericũ. de foro comp. & c. quoniã cõtra. de pba. & per gl. ij. q. allegat. l. ſi quis in hoc genus. in fi. ij. q. j. c. ſi quis cũ clerico. & de re iud. c. fi. li. vj. Et quatenus hic tractatur de ciuili iudice, hodie eſt correctũ. coll. x. de ſtatu. cõtra li. eccle. §. ſtatus. & in Aut. ſtatuimus. C. de epiſc. & cler. & in. c. nullus iudex. de foro comp.

## De conſanguineis, & vterinis fratribus.

Fratres conſanguinei & vterini ſimul, præferũtur fratribus cõſanguineis tãtũ, & vterinis tãtũ. Sed ſi ſint ſuperſtites cõſanguinei tãtũ, & fratres vterini tãtũ ad ſucceſsionẽ ſecũdũ leges antiquas admittũtur. Sunt aũt Cõſanguinei, q ex eodẽ patre nati ſunt: quaſi ex cõi virilis ſtipitis & ſeminis ſanguine. Vterini aũt ſunt, qui ex eadẽ matre tantũ nati ſunt: quaſi ex ſolo vtero materno fratres. Vtrinque aũt cõiuncti, qui ex eodem patre & matre geniti ſunt: vt hic dicit gl. & Inſti. de leg. agn. ſucc.

Conſanguinei fratres, | Vterini, Vtrinq; iuncti.

## De armis.

Princeps arma publica fieri iubet, ſed priuata fieri & vendi prohibet. Cultellos autẽ minores fieri & vẽdi priuatis permittit, vt hic, & v. q. j. §. hoc aũt. & §. hoc igitur. de hoc in l. j. & iij. ff. ad leg. Iul. de vi pub. De delatione autem armorũ ponitur in l. j. C. vt ar. vſus. lib. xj. vbi de hoc gl. Et quæ mala inducant bella arma, ponit hic gloſ. ij.

## De depoſito: & denuntiationibus inquilinorum: & de ſuſpendenda admiſtratione panum.

Nulli licitum eſt depoſitum, aut petitum pretium, vel penſionem retinere, vel interdictionem alicui facere: pœna contra facientibus imminẽte deſenſi etiam petitionẽ. De prima parte po-



nitur C. de rei vendi. l. officium. et l. bona fides. ff. de po. & in l. fi. C. depoſi. vbi poſita eſt Auten. hinc ſumpta.

# COLLATIO VII.

## Quibus modis naturales efficiũtur ſui: & de eorũ ex teſtamẽto, ſeu ab inteſtato ſucceſsione.

HIc titulus differt ab alio. ſ. quib. mod. na. eff. le. quia hic generalior eſt, vt J. Autẽ. vt in medio primæ col. ibi bñ ſe habet. itẽ hic imperator faciens ſuũ exordiũ, naturalitatis, ſeruitutis, & libertatis ius oſtẽdit: & docet quẽadmodũ legitimatiões fiunt per oblationẽ curiæ & ſucceſſores eorũ actiuè & paſsiuè: de hoc inſt. de hær. ab inte. §. ij. & inſt. de nup. §. fi. & l. cõmuni. C. de nat. lib. in c. per tuas. qui fi. ſint le. De eorũ ſucceſsione ex teſtamento vel ab inteſt. ponitur in §. diſcreris. vſq; ad fi. & in Auten. ex complexu. C. de inceſt. nup. & c. cum haberet de eo qui dux. in ma. & c. per venerabilem. qui fil. ſint leg.

## De teſtibus.

Quia vſus teſtiũ frequens eſt: ideo de teſtibus ponit. De hoc dixi. ff. eo. tit. pag. 77.

## De immenſis donationibus in filios factis.

Si parẽs in aliquẽ, vel aliquos ex filijs immenſam fecerit donationẽ, alijs filijs legitima portio de neceſsitate debẽ. Hoc verũ in filijs gratis: Ingrati verò penitus excludũt, de hoc in l. donatiões. C. de don. inter vir. & vxo. l. ij. C. de inoffi. don. & in l. dõatiõe. de C. col. & in Autẽ. vnde ſi parẽs. et ĩ l. j. C. de inoff. do.

## Vt ſine prohibitiõe matres debitrices & creditrices tutelã gerãt minorũ: neq; iuſiurandũ præſtẽt, quòd non veniẽt ad ſecunda vota.

De iure Digeſtorum mater non potuit eſſe tutrix, niſi imperator cõfirmaret: vt ff. de tute. l. vlt. & de teſta. tu. l. iure noſtro. Sed iure Codicis admittebatur quæ non eſſet debitrix, aut creditrix pupilli: vt ſupra, vt hi qui ob. per. ha. dũmodo iuraret de non conuolando ad ſecundas nuptias. C. quando mul. tut. l. ij. & l. vlt. & ſuprà, de nup. §. ſi vero tutela. Sed hoc iure matres debitrices & creditrices ad tutelam & curam filiorum admittuntur, neque iuramentum de ſecundis nup. non fiendis exigitur: dum

Mater tutrix.

Universidad de Deusto Biblioteca



dummodo & ſenatuſcon. Velleiano, & omni auxilio renuntiauerint: & omnia alia adimpleuerint, quæ alij tutores facere tenentur: de hoc in Auten. matri auiæ. C. quando mul. tut. off. de quo gl. in c. ex parte. extra, de appel.

### Vt exactione inſtante dotis primæ & ſecundæ, viro ad ſecunda Vota migranti præponatur vxor prima, vel ex priori matrimonio filij: & vt ſi voluerit vxor, aut is qui pro ea dotem inſcripſit, dare viro quæ ſcripta ſunt, deſtulerit autem vir ſuſcipere. ſoluto matrim. exigi cum ab ea etiam conſcriptam ante nupialem donationem.

Si res primæ & ſecũdæ vxoris in doté datæ apparét, vel altera earũ: illi reſtitui debét & ei⁹ filijs, cuius res illæ fuerint. Aliàs aũt rebus non apparentibus, tũc ille in bonis mariti potior eſt in iure, qui prior eſt in tépore: de hoc vſq; ad ſ. illud quoq;. & expone, Filij, ſcilicet præponãtur. Ité dote promiſſa viro ab vxore, vel ab alio pro ea oblata & conſignata, mulier donationé ꝑpter nuptias ex pacto interpoſitã de lucro perinde lucrabatur, ac ſi ſoluiſſet. de hoc in ſ. illud vſq; ad fi. & expone. Eũ, ſcilicet virũ. de hoc etiã in Auten. dos data. C de dona nup.

### De adminiſtratoribus.

Adminiſtrator ſi prouinciã durãte adminiſtrationis tépore circa principis iuſsioné dereliquit, crimine læſæ maieſt. punitur Et ſi adminaſtratione finita ante quinquaginta dies receſſerit, antiqs pœnis punit. de hoc in l. j. C. vt oẽs tã ciui. quã mili.

### De executoribus, & his qui condeniuntur, & reconueniuntur.

Duæ ſunt partes: prima habet, quod libellus reo porrigi nõ debet prius quam actor cautionem legitimè exponat, quod intra duos menſes litem conſtabit. aliàs omne damnũ reo conuento reſtituat, hac cautione. xxxvj. aureos non tranſcendente: de hac cautione Inſti. de ſatiſd. ſ. ſed hodie. & in Auten. libellum. & Auten offeratur. C. de litis con. quæ eſt iij. q. iij. ſ. offeratur. Item conuentio & reconuẽtio mox à principio coram eodem iudice fieri debet. Alias cauſa conuentionis finita, reconuentio fieri poterit coram quocunque iudice antiqua ceſſante calumnia: de hoc in ſ. illud. j. eod. de hoc C. de ſenten. Auten.



& cõſeq̃nter. & nu. pe. c. j. tex. et gl. extra. de ord. cog cũ. dilect⁹.

### De æqualitate dotis, & propter nuptias donationis: & de augmento dotis, & propter nuptia donationis: & de priuilegio dotis: quia alijs præponetur priuilegijs, vt excipiantur hoc priuilegio ditores in emptione militiæ, de dote remeante ad patrem, & rurſus data pro eadem filia ſecundo viro: & de dotis collatione inope marito moriẽte.

In dote donatione propter nup. conſtituenda, & augmentis earum æqualitas per omnia ſeruari debet. De æqualitate dicitur, vſq; ad ſ. aliud. de augmento dicitur à ſ. aliud vſq; ad ſ. his conſequens. Vbi etiam traditur, quod dotis augmentum debet verè, non fictè celebrari: de quo in Auten. dos data. C. de don. ante nup. & Auten. æqualitatis. C. de pac. conuen. item mulier priuilegijs dotalibus vti poteſt aduerſus omnes creditores viri, etiam ſi eorum pecunia res ſit empta, vel refecta: exceptis creditoribus, quorũ pecunia militia eſt empta. ſ. his conſequés. j. eo. de quo in Auten. quo iure. C. qui po. in pig. item dote à patre pro filia data, & in ipſius patrimonio reuerſa, non licet patri cum filia ſecundo nubit eam dimittere: niſi patris ſubſtantia fuerit diminuta: tunc enim ſecundũ eius facultates dos erit conſtituenda. ſ. quia vero iam. j. eo. de quo in Auten. quamuis. C. de rei vx. act. & per Doct. & gloſſ. C. de iure do. l. rem quam. Item ſi filia cum fratribus venit ad ſucceſsioné paterna debet dotem conferre, aut tanto minus in ſua portione recipere, viro exiſtente locuplete. Viro autem ad inopiam deducto, mulieri poteſt imputari, cum vir male inchoauerit vti ſubſtantia, tunc dotem conferre debet, vel tanto aut minus accipere. Alias ſi mulieri nihil imputari poteri, cur doté non exegerit, ſolam actionem. licet inanem, debet conferre. j. eo. ſ. illud quoq; vſq; ad fi. de hoc in Auten. quod locũ, C. de colla. & C. de bo. q̃ lib. l. cum non ſolùm. in glo. magna. no. in l. ij. ſ. ſi in patris. ff. ſolu. ma.

Dotis priuilegia.

Viri inopia.

### De duobus rei promittendi.

De hoc dixi. ff. & C. & inſti. eo. tit.

### De tempore non ſolutæ pecuniæ ſuper dote.

Exceptio non numeratæ dotis olim toto tempore matrimonij, & eo ſoluto intra annum competebat: hodie verò ſi mat

tri

Universidad de Deusto
Biblioteca



trimoniũ intra biennium durat, prædicta com petit exceptio,
& etiã eo ſoluto cõpetit intra annũ. Matrimonio verò ſoluto vl
tra bienniũ intra decẽniũ dicta exceptio viro & hæredibus ei
cõpetit. Sed matrimonio poſt decẽniũ ſoluto, ſi vir eſt maior,
nullũ habet remediũ. Si verò eſt minor, tunc ei reſtitutio datur
vſq; ad xii. annos à tẽpore nuptiarũ: hæredi autẽ eius maiori
datur annus. Sed ſi minor maiori vel minori ſucceſſerit, quin-
quenniũ ei datur. De hac exceptione non numeratæ dotis dici
tur in l. in contractibus. in fi. C. de num. pec. & in l. præſes. C.
de epi. audi. & in l. quod de ſna. C. de do. cau. non numerata.

## COLLATIO VIII.

**Neq; virũ quod ex dote eſt, neq; mulierẽ ex ſpõſalia lar
gitate lucrũ propriũ habere, ſed ſeruare dominiũ ſuis fi
lijs: vel ſi ad ſecũdas nuptias non veniat vſu ſolo in lu
cro conſiſtente. Et vt ex repudio trãſigẽtes nuptias lu-
crẽtur, aut dotẽ, aut ante nuptias donationẽ, & ipſis: ſi-
militer dominiũ ſeruare filijs vſum haberẽ pſonã cogẽ
dã filios alere. Si verò bonagratia ſoluãtur nuptiæ, &
videãtur occaſione dãni detineri quædã & hac arte pe
rimenda, que detinentur alijs ſeruentur.**

MAtrimonio ſoluto morte, diuortio, vel bona gratia, lu
crum dotis vel donationis propter nup. debet ſeruari
liberis illius matrimonij quo ad proprietatem. vſufru
ctu ſolo à lucrante retento: & idem quod ab altero coniugũ q̃
ritur retinetur. Siue coniuges ad ſecunda vota trãſierint, ſiue
non. de hoc in l. generaliter. §. fi. & l. hac edictali. §. fi. & l. ſi quis
priori. C. de ſecun. nup. & ꝟ. de non eli. ſecũdo nub. §. gregoria.
& de nup. §. ſoluto. & melius in Auten. vxorẽ. quæ hinc ſumitur
poſita C. de ſecun. nup. & in Auten. ſi tãtũ. quæ ſumitur ex §. fi.
j. vt fra. fil. quæ corrigit dictam Auten. vxorem.

### De appellationibus.

Differt hic tit. & ꝟ. de appel. & ille, de his qui ingrediuntur
ad appel. quia primus de app. tractat de principio appellatio-
nis. Secundus, ſcilicet, de his qui ingre. tractat de fine: hic autẽ
incidenter poſitus fuit, non ex propoſito, ſed ex quæſtione tali





facta, vt in principio huius conſtitutionis, qua dicitur, quòd ſi
pendente cauſa appellationis compromittatur in arbitros, tem
pus quod ibi fuit, nõ nocet exercitio quod fieri habet intra an-
nũ vel bienniũ. ꝟ. de his qui ingre. ad app. §. j. de hoc in Auten.
ſi tamẽ C. de tẽp. app. & in l. fi. §. illud. & in Auten. ei q eo. ti C.

### De teſtamẽtis imperfectis a parentibus in filios factis: & de diuiſione rerum a filijs coram parente: & de eius facultatibus facta ex ſubſcripta.

Teſtamentũ in ſcriptis imperfectũ inter liberos valet, ſi pa-
ter literas ſciẽs propria manu claris literis & indubitatis p cõſe
quentiã non ſigna ſcripſerit liberorũ nomina, & numerũ vncia
rũ, & ſigna rerũ. Et cũ ea legata, fideicõmiſſa, & libertas relinqui
potuerũt: quod teſtamẽtũ primũ cõditũ a teſtatore nõ tollet, ni
ſi teſtator expreſſe declaret corã ſeptem teſtibus, illud teſtamẽ-
tũ nõ valere: & ſecũdũ teſtamentũ faciat perfectũ. vel nõ ſcriptã
perfectam volũtatẽ. de hoc à prin. vſque ad §. quia vero. vbi tra
ctatur, quòd diuiſiones bonorũ liberis à parẽtibus factæ valẽt,
dummodo ipſorum filiorum ſubſcriptiones interuenerint: vel
ipſius parẽtis ſubſcriptione inter filios ĩteruenĩẽte. de hoc ꝟ. de
trien. & ſe. §. & quòd ſæpe. poſita. C. fam. erc. Auten. ſi modo.

### De reſtitutione fideicommiſſi.

Differunt hic tit. & ꝟ. de reſti. & ea quæ pa. & illum. j. de reſt.
fidei. no. fac. quia in iſto fit reſtitutio in morte reſtituẽtis: itẽ eo
rũ quæ ſuperſunt. In ſuperiori aũt fit ſtatim, vel prout voluit te
ſtator. Item omniũ excepta quarta, vt colligitur. j. eo. §. nobis. in
prin. Inferior autem de reſti. fidei. no, dict. de quodam teſtamẽ
to & codicillo in quo ſingularia fuerũt relicta legata, & p fidei-
cõ. fuit rogatus qui habuit, vt nõ alienet. Non principaliter de
reſtituẽdo, ſed ſi alienet, vt ad aliquẽ pueniat: vt in rub. patet.

### De priuilegijs dotis mulieribus hæreticis non præſtandis.

Hæretici appellantur, qui non ſunt membrum eccleſiæ ſan-
ctæ catholicæ, & qui ſanctam communionem in ſancta & ca-
tholica eccleſia a ſacerdotibus non recipiunt. Et priuilegia ca-
tholica tantum modo conceduntur non hæreticis, niſi fuerint
reuerſi ad fidem. de hoc C. de hære. l. iij. & C. de Iudæ. l. fi. Inn.
c. ex literis. de priuileg.

Universidad de Deusto Biblioteca



### De nauticis vſuris.

Hanc legem quidam non habeant,& ego dixi de hac materia ff.de nau.ſœn.pag.75

### Hæc conſtitutio innouat conſtitutionem . quæ præſcriptionem centum annorum venerabilibus locis declarat.

Hæc conſtitutio,ſcilicet quæ eſt ſupra,vt ecceleſi.Rom.ſecũdũ Ioan.vt legitur in Nouel:nã dicit illã generaliter loqui in omnibus eccleſijs:& ideo generaliter corrigit.Sed Accur.hic ſuper rubro intelligit eam tantum de Roma.eccle.& alijs ei ſuppoſitis.vnde dicas hic fieri mentionem de ea quę eſt C.de ſacroſanct.eccl.l.fin.Superior autem in eccle.Ro.&c.remanet in firmitate ſua:& hoc ꝓbatur iure Canonico,extra de p̃ſcr.vigilãti.

### De litigioſis.& decima parte litis ab actore cautela præſtanda.

Iſte titulus habet tres partes:Primò ponit de litigio.de quæ dixi.ff.eod. Secundo ponit, & conſulit reo contra actorem in præſtatione cautionis de lite proſequenda,& finienda . in decima parte quantitatis in libello comprehẽſæ,ſi apparuerit iniuſte litem mouiſſe.in.§.ad excludendas.Tertio conſulit reo cõtra actorem in actione ſeu lite proſequenda,& ſententia obtinenda,etiam lite non conteſt.in.§.omnem vero.

### Vt neq; miles neq; fœderatus obſeruetur domui priuatæ, aut poſſeſsioni alicuius.

Nemo milites ſeu fœderatos in propria domo vel poſſeſsione retinere debet,vel occultare,vt proprijs vtilitatibus obediãt Sed intra xxx.dies ab huiuſmodi legis inſinuatione eos expellere debet:vt J.eod.per totum.

### Vt diuinæ iuſsiones ſubſcriptiones habeant glorioſiſsimi Quæſtoris.

Diuina iuſsio debet glorioſiſsimi quæſtoris ſubſcriptionem
iuſsio. habere,qua cõtineatur,inter quos,& ad quẽ iudicẽ,& ꝑ quã fuerit directa ꝑſonã.Et dicit Iuſsio,id eſt , priuilegiũ in quo aliqd iubet,vel cõcedit ĩ fauorẽ.In cõmiſsionibus cauſarũ forte eſt ali
Queſtor quid obſeruãdũ ſecũdũ glo.hic,quis aũt dicatur Queſtor ponit
Cancellarius. hic gl.& di.ff.de off.quæſtor.& erat Quæſtor qui hodie dicitur Cãcellarius:vt no.gl.C.de diuer.reſ.l.fi.vbi de materia huius tituli.



### In medio litis nõ fieri ſacras formas, aut ſacras iuſsiones:ſed ſecundum antiquitas leges generales lites decidi.

Iudices ſacras conſtitutiones,in medio litis imperatas non debent ſeruare.ſed ſecundum leges generales examinare,& iudicare.Fallit in quatuor caſibus,in quibus licet lite pendente à principe ſacras iuſsiones impetrare,quæ debent in ſcriptis fieri.J.eod.§.de hoc in c.j.vt lit.pend.

### Vt cum de appellatione cognoſcitur ſecundum illas leges debeat iudicari:quæ tẽpore latæ ſententiæ obtinebant:nõ ſecũdum eas, quæ poſtea promulgaræ ſunt:& de alijs capitulis.

Prima pars clara eſt,& expeditur vſque ad §.ſed hoc . Et de alijs capitulis,&c.quæ ſunt quatuor:nam quinque partes habet hæc conſtitutio,licet multa incidenter alia dicat. Primũ capitulũ tractat de renũtiationibꝰ allegationũ,& dilationũ.§.ſed hoc.Secunda ponit cauſas legitimas exhæredatiõis in.§.aliud.vſq; ad §.hæc aũt.Tertia pars ponit quod hęredes,affines,propinq,& cõiũcti defũcti,& eius fideiuſſores nõ debent moleſtari occaſione debiti defũcti in §.hæc aũt.Et ſumit inde Autẽ.ſed nec ante.quę ponũtur ſup l.fi.C.de ſepul.vio.Quarta ponit de eo qui cõſtituit vel ſpopõdit pro alio obligato,in.§.ad hæc.vſq; ad fi.& ex inde ſumitur Autẽt.ſi qñ.C.de cõſt.pecu.vbi.de hoc.

### Vt liceat matri & auiæ,& alijs parẽtibus,poſt legitimam partem liberis delictam, quomodo voluerint reſiduam facultatem ſuam diſponere:& alia capitula plura.

Prima pars expeditur vſque ad §.ad hoc autem,& illud . Et ſumitur hinc Autent.excipitur.C.de bonis quæ lib.Et alia capitula,&c hæc expediuntur ab inde per totũ Ex §.ad hoc.ſumitur Autent.item ſi quis.C de na.lib.Ex §.quia vero ſumitur Autent.maximis.C.de nup.De materia.§.quid vero . ponitur in Autent.præterea.C.vnde vir & vxor.In §.quia vero.tractatur ex quibus cauſis permittitur celebrari diuortiũ,vſq; ad finẽ.

## COLLATIO IX.

### De hæreditatibus ab inteſtato venientibus:&

Universidad de Deusto Biblioteca

**de agnatorum iure ſublato.**

Agnati. & cognati cõcurrunt.

Hic incipit collatio nona: licet quidã habeãt in conſtitutione ſuperiori principiũ huius collationis. Et erat vſq; ad tẽpus huius legis inter deſcẽdẽtes differẽtia, vt emãcipati de iure ciuili nõ ſuccederẽt, licet iure prætorio ſic: vt Inſti. de hære. ab inteſt. §. emãcipati. Itẽ q erãt nepotes ex filiabus ſuccedebãt cũ diminutione: vt C. de col. l. illã. Licet hoc etiã ante hãc legẽ ſit correctũ ſ. de trien. & ſe. §. neque. Ex trãſuerſali aũt cognati iure ciuili nõ admittũtur: ſed nec iure prætorio, niſi poſt agnatos vt patet Inſt. de ſuc. cog: in prin. Omnes ergo prædictæ differãtiæ, & aliæ, ſi que ſunt, hac conſtitutione tolluntur. Et hodie hoc modo ſuccedītur: Res inteſtati recipit gradus inferiorũ: Qui ſi defuerint, ſubit hinc gradus anteriorũ. Cũ patre ſuccedãt fratres ab vtroq; parẽte: Nec tñ hos comitatur auus patre deficiẽte Fratres ex vno, fratres remouent ab vtroq;: Illorum ſoboli bona deferimus patruo: Poſt fratres, ſobolemq; ſuam, quo quenq; priorem Noueris eſſe gradu, de iure ſcias potiorem.

**Vt ſponſalitia largitas ſpecialis ſit contractus: & de diuerſis capituli nuptijs propriè.**

Sponſalitia largitas.

Sponſalitia largitas dicitur hic improprie, id eſt, donatio: proprie enim diceretur quod donaret ſponſus ſpõſæ: ſed hoc fit ad recõpenſationẽ dotis, vt hĩc ſubijcit. & ſ. de æqua. do. §. j. De hoc in Autẽt. eo. decurſum. C. de do. ante nup. Et dicitur ſpecialis cõtractus, quia p ſe cõtractus eſt, vel quia habet in ſe aliquid ſpeciale: nã cũ alıæ donationes exigãt inſinuationẽ, ſi fiant vltra quingẽtos ſol. Inſti. de do. §. aliæ. & hæc eadẽ etiã olim exigebat. C. de dona. ante nup. l. fi. §. ſimiliq; modo. niſi eſſet minor fœmina, C. de don. ante nup. l. minoribus, tñ hęc hodie nõ exigit, & ſic alijs nõ cõnumeratur, id eſt, nõ aſsimilatur in hoc. Itẽ nec ĩ hoc: qa illa eſt ſimplex ob cãm. ff. de dõ. l. in donationibus ſimplicib⁹. Sunt & alia capitula plura, de qb⁹ hęc cõſtitutio tractat, quæ nõ curo pſequi: quia illud eſſet legere cõſtitutionẽ.

**De alienatione, & emphyteuſi, & locatione, & hypothecis, & alijs diuerſis cõtractibus in vniuerſis locis rerum ſacrarum.**

De hoc dixi ſ. de non alie. Et de eccle. re. immo. non alie. de hoc per doct. in l. ſancimus, C. de ſacroſan. eccl. & in toto titu. extra de re. eccl. non alie.



**Vt iudices non expectent ſacras iuſsiones, ſed quæ videntur eis decernant.**

Relationẽ facere principi.

Iudices vt exornerent ſe, & rõe odij euitãdi relationẽ ad principẽ facere phibẽt, ſed ipſi p ſe debẽt ſcd'm iuſtitiam pronũtiare. Et ſi fuerint duo vel plures iudices, & diſcordẽt, oẽs ſuã debẽt ferre ſñiam de hoc in l. Pomponius ſcribit. §. iiij. ff. de re iu. & in l. tũc aũt. & l. duo ex tribus. e. ti. & in l. itẽ ſi vnus §. itẽ ſi plures. ff. de arb. & C. quã prouo. non eſt nec. l. cũ magiſtratus. De quo de re iudi. c. fi. & ij. q. vj §. diffinitiua. verſ. item plures.

**Vt litigantes iurent in exordio litis, quia neq; pmiſerit dare iudicibus, neq; dabũt: & de ſportulis: & vt quæ iubẽtur referendarij cõpleãt, & nõ miſceant ſemetipſos cauſæ, & per ſe exequantur.**

Ex hoc principio ſumitur Autẽ pricipalis poſita ſup l. ij. C. de iur. calũ. quæ addit certã formã præſtatiõis iuramẽti de calũnia. Et expedit hæc pars vſq; ad §. & hoc quoq;. vbi incipit ſecũda pars, q̃ tractat de ſportulis: de qb⁹ dixi C. de ſpor. & de his habet Inſt. de ac. §. tripli. Tertia pars tractat de referẽdarijs: & quod ſit eorũ offi ciũ: de his dixi ſ. de referẽda ſa. pa. col. ij.

**De eccleſiaſticis titulis, & priuilegijs.**

Titul⁹.

Titulus dicitur dignitas: vnde Ouidius: Gratulor Oechaliã titulis accidere noſtris. Itẽ titul⁹, id eſt, ſcriptura quædã. C. de his qui poſ. l. j. Itẽ titulus appellatur eccleſia. lxxx. di. c. ij. lxx. di. epiſcopi. Et dicitur titulus canon. l. diſt. ſi quis diaconus. Item dicitur tractatus. ff. de poſtu. l. j. Item dicitur actio titulus. C. fam. ercіſ. non eſt ambiguũ. Itẽ titulus, id eſt, ſubſcriptio, quę ſi vulgo appellatur. Itẽ titulus, id eſt, priuilegiũ: & ſic accipitur hic. Et quod ſubijcit, Priuilegijs expoſitiuẽ exponitur. Et, pro id eſt. De hoc gl. in c. fi. de of. archipreſ. Et confirmat hic princeps ſanctas regulas in ſanctis quatuor concilijs expoſitas, & præcipit pro legib⁹ obſeruari, & ſedes ordinat, & oĩa priuilegia eccleſijs & venerabilibus locis indulta confirmat. De hoc in c. j. de iur. cal. & in l. ij. C. de epiſ. & cle. & in Auten. ibi poſita.

**Vt fratrum filij ſuccedant pariter ad imitationem fratrum, aſcendentibus etiã extantibus. Et vt mulieres non inſinuata antenuptiali do-**

Universidad de Deusto Biblioteca

natione non lædantur: non inſinuans autem vir, vel ſi competat nuptiale lucrum eo non fruatur. Et rurſus vt mulieres non ſecundo nubentes dominæ ſint partis ſponſalitiæ largitatis, quantum pars facit vnius filij. Et vt ſimiles ſint pœne vtrius ſexus, dum ſine cauſa rationabili repudium mittatur.

Quatuor habet partes, in quibus quatuor corriguntur leges. Prima expeditur vſq; ad §.illud.& corrigit l.ſ̃.de hære.ab inteſt.§.ſi aũt defunctus.in fi.§.Sc̃da pars eſt, Vt mulieres, &c.in §.illud vſq; ad §.quia vero mulieres.& corrigit l.ſ̃.vt ſpon lar. in prin.& ſumitur hic Auten.eo.decurſum.C.de donatio pronup.Tertia pars eſt, Et rurſus, &c.in §.qa vero mulieres.& corrigit l.ſ̃.neq; virum, quod ex dote.§.præterea.vbi non diſtinguebat. Quarta pars eſt, Et vt ſimilles, &c. in §.fi.& corrigit l.ſ̃. vt lic.ma.& auiæ.§.quia vero legem.

De reſtitutione fideicommiſsi nomine familiæ, quod vſq; ad quartum gradum locum habet: & quod familiæ nominæ nurus etiam continetur.

Huius tituli ſenſum accipe ex rubrica:& ponit tantum de vno teſtamento, in quo multa ſunt diſpoſita.& de quodam codicillo.de hoc dixit ſ̃.de reſtit.fideicom.

Vt nulli iudicum liceat habere loci ſeruatorẽ, niſi certis in cauſis diuina conceſſerit iuſsio.

Regulariter nulli licet locis ſeruatores vel ſimiles per prouincias mittere. Fallit ſi diui na iuſsio emanauerit ex cauſis in certis: de quibus j.eod.

Seruator loci.

Vt differentes iudices audire interpellantium allegationes cogantur ab epiſcopis hoc agere, & quando in ſuſpitionẽ habuerit iudices, pariter audiat cauſam, & ciuitatis epiſcopus. Et de cautela alia quam omnino oporteat epiſcopũ agere.

Epiſcopi debent iudices ad iuſtitiam faciendam compellere, aut per ſe, aut per literas ad principem directas. Et iudi-



ce exiſtente ſuſpecto, adiungi ſibi debet epiſcopus. Litigator autem principem adiens priuſquam adeat iudicem, vel epiſcopum, eſt puniendus: de hoc in l.apertiſsimi.C.de iudic.& in c. cum ſpeciali.de appell.& c.ſi quis contra de fo.comp. Item epiſcopus de iniuſtitia iudicis, & læſione ſubditorum iudicare debet:& læſo damnum facere emendari. Item in ciuitatibus in quibus ſunt iudices ſubditi adire debent defenſorem, qui inter eos debet iudicare de hoc ſ̃.de offi.quæſt.§.ſi vero forſan.& extra de offi.or.irrefragabili.& viij.q.iij.cum ſcimus

Magnũ priuilegiũ epiſcoporũ & pœnitentia.

De vſuris nauticis

De hoc habuimus.ſ̃.vnũ ſimilẽ titulũ: & dixi C.e.& tractatur in Autẽ.ad hæc.C.de vſur. Sed iure canonũ etiã in nautica pecunia eſt prohibita vſura: vt in c.nauiganti.in prin.de vſur.

Nautica pecunia.

De interdictis collegijs hæreticorum.

Aliàs eſt, de collectis hæreticorũ:& redit in idẽ: quia dicũtur collecti, cũ collegia faciũt: quod hic prohibetur: dixi C.de hær.

Collecti

De raptis mulieribus, quæ raptoribus nubunt.

Mulier rapta ſubſtãtiã raptoris lucratur, niſi nupſerit raptori: quo caſu ad ſuos parẽtes deuoluitur, ſi tali matrimonio nõ cõſenſerint: aliàs ad fiſcũ debet pertinere. de hoc etiã in l.raptores.C.de rap.vir.& C.de epiſco.& cleri.l.raptores.de hoc per Dy.in regula ſciẽti.lib.vj.de hac man.in c.fi.de rap.& ibi not.

Raptæ mulier.

De collatoribus, & alijs capitulis.

Diſpoſitiones, & denuntiationes collationum per ſingulas prouincias, & ciuitates collatoribus fieri debent, quomodo tributa ſoluenda, & qua menſura: & exemplum earum debet fieri parentibus.J.§.hæc Et dicuntur Collatores. qui publica vel fiſcalia tributa, que Collationes vocantur, ſoluũt. Et qui iſta talia colligit, dicitur Exactor tributorũ, vel Collector. Itẽ executores in prouincias miſsi exactiones inchoare non debent, niſi prius coram prouinciæ præſide mandatum inſinuauerint: hoc & in priuatis negotijs ſeruãdo. Et executores, ſeu exactores, nullam in cauſis priuatis executionem committere debent. Item exactores iuſtis ponderibus, & menſuris vti debent. De hoc vſque §.iubemus. Sunt alia capitula ſub hoc tit.comprehenſa.

Collatores. Exactor

Universidad de Deusto Biblioteca



**natione non lædantur: non inſinuans autem vir, vel ſi competat nuptiale lucrum eo non fruatur. Et rurſus vt mulieres non ſecundo nubentes dominæ ſint partis ſponſalitiæ largi- gitatis, quantum pars facit vnius filij. Et vt ſimiles ſint pœne vtrius ſexus, dum ſine cauſa rationabili repudium mittatur.**

Quatuor habet partes, in quibus quatuor corriguntur leges. Prima expeditur vſq; ad §. illud. & corrigit l. ꝟ. de hære. ab inteſt. §. ſi aũt defunctus. in fi. §. Scd'a pars eſt, Vt mulieres, &c. in §. illud vſq; ad §. quia vero mulieres. & corrigit l. ꝟ. vt ſpon lar. in prin. & ſumitur hic Auten. eo. decurſum. C. de donatio pro- nup. Tertia pars eſt, Et rurſus, &c. in §. qa vero mulieres. & corrigit l. ꝟ. neq; virum, quod ex dote. §. præterea. vbi non diſtinguebat. Quarta pars eſt, Et vt ſimilles, &c. in §. fi. & corrigit l. ꝟ. vt lic. ma. & auiæ. §. quia vero legem.

**De reſtitutione fideicommiſſi nomine familiæ, quod vſq; ad quartum gradum locum habet: & quod familiæ nominæ nurus etiam continetur.**

Huius tituli ſenſum accipe ex rubrica: & ponit tantum de vno teſtamento, in quo multa ſunt diſpoſita. & de quodam codicillo. de hoc dixit ꝟ. de reſtit. fideicom.

**Vt nulli iudicum liceat habere loci ſeruatorẽ, niſi certis in cauſis diuina conceſſerit iuſsio.**

Regulariter nulli licet locis ſeruatores vel ſimiles per prouincias mittere. Fallit ſi diui na iuſsio emanauerit ex cauſis in certis: de quibus ꝟ. eod.

Serua- tor loci.

**Vt differentes iudices audire interpellantium allegationes cogantur ab epiſcopis hoc agere, & quando in ſuſpitionẽ habuerit iudices, pariter audiat cauſam, & ciuitatis epiſcopus. Et de cautela alia quam omnino oporteat epiſcopũ agere.**

Epiſcopi debent iudices ad iuſtitiam faciendam compellere, aut per ſe, aut per literas ad principem directas. Et iudi-



ce exiſtente ſuſpecto, adiungi ſibi debet epiſcopus. Litigator autem principem adiens priuſquam adeat iudicem, vel epiſcopum, eſt puniendus: de hoc in l. apertiſsimi. C. de iudic. & in c. cum ſpeciali. de appell. & c. ſi quis contra de fo. comp. Item epiſcopus de iniuſtitia iudicis, & læſione ſubditorum iudicare debet: & læſo damnum facere emendari. *Item* in ciuitatibus in quibus ſunt iudices ſubditi adire debent defenſorem, qui inter eos debet iudicare de hoc ꝟ. de offi. quæſt. §. ſi vero forſan. & extra de offi. or. irrefragabili. & viij. q. iij. cum ſcimus

Magnũ priuile- giũ epiſcoporũ & pœnitentia.

**De vſuris nauticis**

De hoc habuimus. ꝟ. vnũ ſimilẽ titulũ: & dixi C. e. & tractatur in Autẽ. ad hæc. C. de vſur. Sed iure canonũ etiã in nautica pecunia eſt prohibita vſura: vt in c. nauiganti. in prin. de vſur.

Nautica pe. u- nia.

**De interdictis collegijs hæreticorum.**

Aliàs eſt, de collectis hæreticorũ: & redit in idẽ: quia dicũtur collecti, cũ collegia faciũt: quod hic prohibetur: dixi C. de hær.

Collecti

**De raptis mulieribus, quæ raptoribus nubunt.**

Mulier rapta ſubſtãtiã raptoris lucratur, niſi nupſerit raptori: quo caſu ad ſuos parẽtes deuoluitur, ſi tali matrimonio nõ cõſenſerint: aliàs ad fiſcũ debet pertinere. de hoc etiã in l. raptores. C. de rap. vir. & C. de epiſco. & cleri. l. raptores. de hoc per Dy. in regula ſciẽti. lib. vj. de hac man. in c. fi. de rap. & ibi not.

Raptæ mulier.

**De collatoribus, & alijs capitulis.**

Diſpoſitiones, & denuntiationes collationum per ſingulas prouincias, & ciuitates collatoribus fieri debent, quomodo tributa ſoluenda, & qua menſura: & exemplum earum debet fieri parentibus. ꝟ. §. hæc Et dicuntur Collatores, qui publica vel fiſcalia tributa, que Collationes vocantur, ſoluũt. Et qui iſta talia colligit, dicitur Exactor tributorũ, vel Collector. *Itẽ* executores in prouincias miſsi exactiones inchoare non debent, niſi prius coram prouinciæ præſide mandatum inſinuauerint: hoc & in priuatis negotijs ſeruãdo. Et executores, ſeu exactores, nullam in cauſis priuatis executionem committere debent. Item exactores iuſtis ponderibus, & menſuris vti debent. De hoc vſque §. iubemus. Sunt alia capitula ſub hoc tit. comprehenſa.

Collatores. Exactor

Universidad de Deusto
Biblioteca



## De ſanctiſsimis epiſcopis & Deo amabilibus, & reuerendiſsimis presbyteris, & clericis, & monachis.

De ſanctiſsimis epiſcopis: de hoc §. e. vſq; ad §. clericos. Reuerendiſsimis presbyteris: de hoc §. e. §. clericos. vſq; ad § iubemus. Monachis: de hoc dicitur. §. e. §. iubemus. vſq; in finem.

Finis Autenticorum.

# CODICIS DIVI IVSTINIANI SACRATISSIMI IMPERATORIS *repetitæ prælectionis.*

## LIBER X.

HI tres libri Codicis, qui ſequuntur, ab alijs nouem ideo ſeparati ſunt, & ſeorſum poſiti, quia tractant de iure publico, & nunquam leguntur in ſcholis: ideóque eorum materia rarior, & non immerito ab alijs ſegreganda, ne grauarentur rudes iuris tyrones, & ſtudioſi: vt dicit gl. Inſt. de iuſt. & iur. §. fi.

## De iure fiſci.

Supra libro nono incœpit tractare imperator de iure publico, quod eſt circa crimina: nunc de iure publico circa bona à fiſco quærenda. Vel ſecundum Azo. in ſumma huius tit. traditum eſt in præcedentibus de iuribus priuatorum: nunc vidédũ eſt de iure fiſci. Et dicitur Fiſcus ipſa imperialis, vel imperij camera: non dico patrimonij imperatoris, C. de quadri. præſcrip. l. bene à Zenone. in prin. Quid tamẽ ſpecialitatis habet fiſcus hoc cæſaris & auguſtæ ratione ſolet habere ff. eod. l. fiſcus. §. fin. Et dicitur quaſi fixus, id eſt, firmus: quia ſemper eſt diues, & ſoluendo. ff. de fun. do. l. ij. Vel dicitur fiſcus, id eſt, ſaccus, de quo in gl. in l. prouincijs. §. fiſcus. §. de numera. & actu. lib. xj. Et differt hic tit. ab illo, de priui. fiſ. quia hic de ſpeciali iure & communi, quod habet fiſcus, dicit, de cómuni. §. l. j. ij. & iij. de ſpeciali dicit in l. prohibitum. Alibi autem de communi tantum.

Fiſcus.





Item hic titulus eſt generalis ad omnes ſequentes.

## De conueniendis fiſci debitoribus.

Debitor debitoris nõ poteſt cóueniri à fiſco, niſi principali diſcuſſo. Differẽtiã aũt in cõueniẽdo debitorẽ inter fiſcũ & priuatum gl. tangit hic, & melius in l. j. ſ. quando fiſ. vel priua.

## De fide inſtrumentorum, & iure haſtæ fiſcalis, & de adiectionibus.

De inſtrumento facto vel omiſſo in cõtractu fiſcali dicit. §. l. j. & iij. Et de iure haſtæ, &c. id eſt, venditione quæ fit ſubhaſtatione qñ fit à fiſco, id eſt, venditio, quæ facilè conuelli nõ debet vt ſ. de remiſ. pig. l. ſi hypothecas. Et quòd adiectionibus ſubijcit, dic vt. §. l. ſi tempora.

Haſta fiſcalis.

## De venditione rerum fiſcalium cum priuatis communium.

Ratione patris fiſcus poteſt vẽdere totũ: de hoc ſ. de có. rer. al. l. j. & i l. res. §. j. ff. de iure fiſ. quæ eſt notabilis ad hãc materia.

## Ne fiſcus rem quam vendidit euincat.

Rubrica continet ſummariũ eius, quod dicitur in nigro.

## De his qui ex publicis rationibus mutuam pecuniam accipiunt.

Qui aurum fiſcale mutuo ſumpſit ſine principis licentia, & qui dederit, pœna tenebitur: de qua §. l. ij.

## Pœnis fiſcalibus creditores præferri.

Licet in cõtractibus fiſcus præferatur alijs creditoribus, quia ad debitorẽ puenit pecunia: ſed ſi eſt creditor fiſci ex delicto, certè alijs eius creditorib⁹ ex cõtractu fiſc⁹ nõ pfert, vt hic dicitur:

## De fiſcalibus vſuris.

Ex mora pœnæ non accedunt vſuræ: de hoc de magi. conue. l. fi. & ff. de vſu. l. cum quidã. §. fiſcus. & de iure fiſ. l. ſi fiſcus.

## De ſententijs aduerſus fiſcum latis retractandis.

Si ſententia lata eſt cõtra fiſcum, poteſt reuocare intra triennium, ſi non interuenerit præuaricatio, vel fraus. Si verò hoc interuenerit, etiã poſt trienniũ: de quo hic eſt bona & ſubtilis glo.

## De bonis vacantibus, & incorporatione.

Bona vacantia dicuntur hæreditatis iacentis, quæ nondum eſt adita, quia nullo modo habet hæredem: de quo §. eod. l. va-

Universidad de Deusto Biblioteca



cantia. Talia bona vacantia ſpectant ad fiſcum, non ad ciuitates etiã priuilegiũ habentes: & ſi occupauerunt ab eis auferuntur. j. l. j. de hoc ff. de iure fiſ. l. j. Sunt tñ quædam perſonæ, quæ præferuntur fiſco, quas ponit j. l. j. §. legitimo. Et ſi res fiſco deſeratur, primò debet ſolenniter examinari per procuratorem cæſaris: Secundo incorporari cum autoritate procuratoris fiſci: de quo in l. ſi quando. vbi glo. & l. fi. j. eo.

## De delatoribus.

Deſerre.

Dixit de bonis vacantibus, nũc de eorundẽ bonorũ delatoribus. Et no. quòd Deſerre dicitur multis modis. Primò, id eſt, q aliquid affert: vnde dicit, hæreditas defertur: vt ſ. de carb. edic. l. ij. Itẽ accuſare de quolibet crimine: vt C. ad legẽ Iul. repe. l. iubemus. Itẽ bonorũ nũciator. ff. de diuer. & tẽp. l. intra. & ita hic. Itẽ deferre ſcilicet honorẽ. vt ſ. de epi. & cler. l. presbyter. Hic aũt ponitur pro delatore bonorũ iniuſto, vel iuſto. Et eſt iniuſtus ratione pſonarũ, etiã ſi probet: vt j. l. fi. Itẽ phibẽtur aliq deferre propter honorẽ, vt clariſsimi. Itẽ veterani. Itẽ milites propter honorẽ ſtipẽdiorũ, Itẽ pp̃ter ſexũ, vt mulieres. Itẽ pp̃ter dãnationẽ, vt q fuſtibus cæſi ſunt, & in opus publicũ dãnati ſunt. Item in metallum damnati ſunt. Et differt hic titulus ab illo. j. de his qui ſe defer. quia ibi ſe, hic alios deferũt.

Iniuſtus delator.

## De petitis bonorũ ſublatis conſtitutio gregoriana.

Fiſcalia bona.

Quidam tex. habent Bonorum: & tunc dic, de petitis, id eſt, petitionibus. Aliàs deeſt, & tunc pone petitis materialiter: vel ſubaudi rebus, ſiue bonis. Et tractatur hic quomodo bona quæ deferuntur in fiſcum nemo poteſt ſibi imperrare: & quòd conceſsio facta ad petitionem alterius, non valet. Secus ſi fieret motu proprio principis. j. l. j.

## De his qui ſe deferunt.

Dixit ſ. de delatoribus, qñ alius defert aliũ: hic qñ ſeipſum. Nam qui grauatus eſt de reſtituendo non capaci, ſi ſe deferat, lucratur dimidiã. j. e. l. j. & in l. edicto. §. cum aũt. ff. de iur. fiſ.

## Si liberalitatis imperialis ſocius ſine hærede deceſſerit.

Inter ſocios imperialis libertati factæ etiam inter viuos eſt locus iuri accreſcendi, etiam poſt dominium vtriq; quæſitum.

Et



Et dicitur Socius libertatis imperialis cui cõmuniter aliquid ab imperatore donatũ eſt. Nam ſi talis ſine hærede relicto deceſſerit, ad conſortem potius ſolatium, quàm ad pſonam aliã pars decedentis perueniat. j. l. vna.

Socius imperialis liberal.

## De theſauris.

Inter cætera iura fiſcalia eſt & theſaurus: ideo de hoc. Nam quærere theſaurũ pprio loco omnibus licet. In alieno verò ſuo nomine minimè licet. Et ſi theſaurus inuẽtus fuerit à fortuna inter inuentorẽ & dñm diuiditur: de hoc dicitur Inſti. de re. diui. §. theſauros, & in. l. iij. §. ſi in locis. ff. de iur. fiſ. & qd ſit, ponit ff. de acqui. rer. domi. l. nunquam. & ff. ad exhib. l. theſauros.

## De annonis & tribueis.

De alio iure fiſcali dicit. & dic, de annonis & triburis, id eſt, de tributo, quod præſtatur pro annona militum, vel equorũ. Vel dic, annona in ſpeciebus, tributa in pecunijs. Nã datur annona in ſpeciebus, tributũ in auro, & argento, & ære. Et dicitur Tributum quicquid tribuitur, ſed ſpecialiter quod principi datur. Et eſt ſciẽdũ, quòd tributũ aliud eſt capitis. ff. de cenſ. l. fi. aliud agrorũ. j. eo. l. j. & vtrunq; italicis & quibuſdã alijs; remittitur. ff. de cenſ. l. j. & ſ. de epiſc. & cleri. de his. Et ſecũdũ tributũ capitis eſt p mare integer aureus, pro fœminã medius aureus. ar. de cẽſ. l. fi. & j. e. l. fi. Noie prædij præſtatur quantitas frumenti vigeſima in partibus non remotis j. de ſuſcep. l. modios. pro ſingulis libris argenti quinque præſtantur aurei. j. de pretio quod theſ. infer. l. j. Et differt hic titu. ab illo. ſ. de anno. & trib. quia ibi de his quæ pro ſalarijs dabantur officialibus, hic fiſco. Item ab inferiori proximo, vt ibi not.

Tributum.

## De indictionibus.

Dixit ſupra titu. proximo de duplici munere patrimonij, vt no. in l. indictiones. ſ. tit. j. Nunc proſequitur de altero, ſcilicet de indictionibus, id eſt, eo quod perſonis pro matrimonio imponitur: dicta Indiſtinctio, quia iudicebatur prouincijs per ſingula luſtra, auri primò, argẽti ſecundò, æris tertio luſtro: vt in Autenti de colla. in prin. & in fin. & ex ea fit connumeratio indictionis, quæ fit hodie in inſtrumentis: de qua per gloſ. in c. inter dilectos. de fi. inſtru. Et vocatur hoc tributum indictũ j. l. j. quia vltra ordinarium canonem qui rebus imponitur ei præſtatur per ſingula luſtra. Et ponit hic gloſ. qualiter fit cõnume

Indictio.



ra-

Universidad de Deusto Biblioteca

ratio annorum domini per diuerſas ſectas: dic vt in ea.

## De ſuperindicto.

Super indictum.

Differt à proximo tit. quia ibi propter fertilitaté, vel ꝑpter aliã publicã vtilitaté, vel neceſsitaté: hic quando aliqua prædia erant deſerta: vt in Autent. de colla. §. ſi verò aliquando. Ab hoc excuſatur eccleſia: vt ſ. de ſacroſanc. eccle. l. placet. & l. ſilentiarij. Et in ſacris militans: vt j. de ſilen. l. j. & de apocryſarijs. l. iiij. & j. de excu. mu. l. maximarum. & de canone ſac. lar. l. ſi præceperit. Sed ſecundum Pla. Superindictum dicitur, quod propter fertilitatem inducitur, vel neceſsitatem pub. extraordinarie nõ per luſtra: Indictio autem vel indictum quod per luſtra: vt ſ. tit. proxi. de hoc Bal. in l. fi. C. ſine cen. & re.

## De exactoribus tributorum.

Ducenarij.

Dixit quæ tributa præſtanda ſunt, & à quibus: nunc qualiter, & per quas exigũtur, qui dicebantur Ducenarij. quia ducentos exigebant: vel quia ipſi tot erant numero: vel Centenarij, ſiue Sexagenarij: quod expone: vt ſ. habetur: & alia nomina prout diuerſificantur officia. j. de apo. pub. l. penul. & ſ. de iure fiſ. l. prohibitum. & l. ſuper creandis. & publicani. ff. vi bono. rapt. l. ij. §. publicianus. & Opinatores: vt j. e. l. miſsi. & in prouincijs pertinet ad rectoré prouinciæ tributa exigere. l. ſi fiſcalib⁹. j. eo.

## De ſuper exactoribus.

Superexactore dicuntur, qui vltra quãm debetur nomine tributi exigunt: & tales tenentur in duplũ, & propter conſuetudinem capitaliter puniuntur. j. l. j. & debet reſtitui protinus ei, à quo exactum eſt: de quo in l. ſi bene. ff. de vſur. & in l. fi. ff. quod met. cauſa.

## De capiendis & diſtrahendis pignoribus tributorum cauſa.

Qui fiſcalibus debitis per contumaciam ſatisfacere diſtulerit, eorum res diſtrahantur poſt duos menſes à die captionis. ff. de re iudi. l. debitoribus. Item ſeruatur ſolennitas, de qua ſ. de fi. inſtrumen. & iure haſtæ. j. fi. l.

## De apochis publicis, & deſcriptionibus curialium, & contributionibus ciuilibus.

Apocha ſoluenti datur Antipocha ſuſcipienti, vt dicit gloſ. & ſ. de fide inſtru. l. plures. & ſ. qui po. in pig. l. pe. Et tractatur hic



hic qualiter debet fieri apocha de recepto à theſaurarijs, vel ſuſceptoribus. & deſcriptoribus, ſcilicet bonorũ q̃ vocat̃ Extimũ: quas faciũt pricipes cogẽtib⁹ diuerſis negotijs: vñ & illud: Exijt edictũ à Cæſare Auguſto vt deſcriberetur &c. Et illa debet fieri ꝑ ſingulos ordines, id eſt, per oẽs homines, magnos & paruos. j. l. j. omnes enim ſoluere debẽt: vt ſ. de ann. & trib. l. in fraudé. Et de contributionibus, id eſt, tributorũ ſolutionibus, quas faciũt tributarij curiati: ad quod ſ. de ſuſcep. l. ſuſceptores pũb⁹.

Cótributio.

## De canone largitionalium titulorum.

Iſtam rubricam expone: id eſt, de regulari præſtatione tributorum, quæ fiebat per ſcripturas: Largitiones enim ea dicuntur quæ prouinciales fiſco largiũtur, & dependũt. Et dicuntur Tituli: quia ſpecialibus titulis, id eſt, literis breuibus, vel chartis leguntur: vt ſ. de conuen. fiſ. de. l. fi. & ſ. de anno. & tri. l. iij.

Largitiones. Tituli.

## Ne operæ à collatoribus exigantur.

Collatores, id eſt, prouinciales qui tributa præſtant, ad operas aliquas non tenentur: nam nec balnea præſidibus ſuccedere ſunt cópellãdi. ſ. ne tribu. laua. præſt. l. j. nec beſtias eorũ commodare. j. vt ruſ. ad mil. & ff. l. ij. &c. quod ꝓſequere vt hic in gl.

## De immunitate nemini concedenda.

Si officialis alicui⁹ profiteatur immunitaté, ſcribẽdo aliquẽ immunem ſua autoritate, illius ſupplicium flãma eſt. j. l. j. nec prodeſt immunitas talis: vt j. de cenſ. l. j. & ſ. de ann. & tri. l. in fraudem. & j. de agri. & cenſ. l. immunitati.

## De condiris in publicis horreis.

Oĩa quæ in horreis condita ſunt, id eſt, repoſita, debẽt prius & añ oĩa expẽdi, vel dando militibus, vel vẽdẽdo: & antiqua cõſumi, quã aliquid tangatur de fructibus nouis: nec frumẽtũ nouum prius vẽdi, niſi antea vẽdatur vetus. Itẽ ſpecies in horreis publicis depoſitas nullus debet in ſuam vtilitaté cõuertere.

## Vt nemini liceat in emptione ſpecierum ſe excuſare: & de munere *ſcytomæ.

*Vide hic Alciatũ, q legit. Sitocomiæ.

Qñ vrgẽte neceſsitate famis, vel guerrarũ, cõparatiões frumẽti, vel ordei, aliarũq; ſpẽrũ ꝓuĩcijs indicũt, nullius poſsidẽtiũ excuſatio etiã priuilegiata audit̃. Itẽ ſi reſpublica habet granũ, vel aliud ad vẽdẽdũ, oẽs debẽt emere: nec aliq̃s excuſat̃, licet ei neceſſariũ nõ ſit. De ſcd'a parte iſtius rubricæ nil habet̃ in nigro ſed

Universidad de Deusto Biblioteca

ſed in l. ij.ff.de vac.mũ.& de admi.re.ad ciui.perti.l.fi.§.Itẽrũ
rũt Scytomas.Vbi gl.dicit,q̃a Scytoma eſt munus publicũ:vñ
Scytomæ,qui id munus gerũt:& forte ſunt Scutarij:ſcytos enĩ
pellis vel coriũ dicitur:vñ Scuticæ & Scuta:quia non ſine pelli-
bus ſunt ſecũdũ Fe.quod ex eo cõijci licet:quia tex.in d.l.fi.§.itẽ
reſcripſerũt.dicit,Scytomas qui non ſegniter officio ſuo functi
ſunt,immunes eſſe debere.& in l.ij.ff.de va.mu.ait:Sextũdeci-
mũ ætatis annũ agentẽ ad munus ſcytomæ vocari nõ oportet.

### De collatione donatorum, vel releuatorum, aut translantorum, ſeu adæratorum.

Si tributarius nõ põt vti fundo prout in cenſum deſcripſit:
q̃a caſmate pro parte perijt,vel vites aridæ ſunt:ille qui pręeſt
Releuata p̃dia.
cẽſui releuat:vt ff.de cẽ.l.forma.Añ tẽpora ergo Antiochi quæ
dã erãt releuata p̃dia,aliqua erãt donata,vt nihil ſoluerẽt:ali-
Donata.
qua adærate,vt aliquid æris ſoluerẽt:aliqua trãſlata in aliũ.Vñ
Adærata.
Antiochus fecit,quod omnia talia ſoluerẽt certũ quid pro præ
terito & futuro:quod valentinus hic cõfirmat:vt dicit gl.j.

### De collatione æris.

Pro ære poteſt ſolui aurum tanti valoris:intellige quando
Reſp.ex hoc non læditur:vt not.ff.de ſolu.l.Paulus.Collato
res ergo qui in vno luſtro æs ſoluebant,poſſunt dare aliquid p̃
Aeris collatio.
ære,ſcilicet aurũ:quod licet carius ſit,tamen facilius dant:Inſt.
de act.§.huic.Vnde ſtatuitur,vt pro xx.libris æris ſoluant vnũ
ſolidum:id eſt vnum aureum,Inſt.de pœ.te.liti.§.fi.

### De diſcuſſoribus.

Diſcuſſor.
Multis modis dicitur Diſcuſſor:Primò,q̃ inquirit publicos
debitores,& redigit in ſcriptis:vt hoc tit.l.ij.Secũdò,qui ſtatuit
rerũ prætia,ne vẽdatur nimis.ſ.de inde.l.null⁹.Tertiò,qui in
q̃rit,de examinat facultates aliquorum p̃ ĩponẽda collecta.j.
Concuſſor.
de cẽſi.l.pęquatores.& ita põt intelligi.l.j.hui⁹ tituli:& de eius
officio loquit̃ ſ.de tut.& cura.illu.l.j.Quarto dicit̃,q̃ deſertis a
gris quęrũt colonos,& inquirũt an ſint idonei:vt j.l.fi.Itẽ eſt o
peris diſcuſſor.ſ.de diuer.iud.l.ſancim⁹.Aliàs dicitur Concuſ
ſor,q̃ terret homines prętextu publici officij:dixi ff.de cõcuſ.

### De decurionibus, & filijs eorum:& qui decuriones habẽtur, & quibus modis à fortuna curiæ liberentur.

De



Decurio à decẽ dicitur.ff.de verb.ſig.l.pupilus.§.decuriones.vt
Decurio
dixi ff.e.ti.& differũt à curialibus:quia Curialis genus,Decurio
ſpecies:vt d.l.pupillus.licet Py.dicit nõ eſſe inter eos differẽtiã
arg.ſ.de inceſt.nup.l.cũ ancillis.& ſ.de epiſ.& cler.l.ſi quis p̃ſ-
byter.Itẽ no.quia decurio habet honorẽ & onus.Honor,quia
nõ torquetur,etiã finito decurionatu.& de quæſt.l.nihil.Itẽ da
tus curiæ decurionũ naturalis fit legitimus:vt ſ.de na.li.l.quo
niã.De onere conſtat.Quibus modis aũt liberentur ab eo onere
vel fortuna,ponit l.fi.& hodie conſiliarij ciuitatum dicuntur
Decuriones:vt dicit gl.ſuper rubro hic,quam not.

### Si ſeruus aut libertus ad decurionatum aſpirauerit.

Libert⁹ q̃ nõ habet ius annulorũ aureorũ,nec eſt reſtitut⁹ na
talib⁹,Decurio fact⁹,cũ pœna remoueat̃ à curia.j.l.j.Itẽ ſi ſeru⁹
ſciẽter patitur ſe ad decurionatũ vocari,remouebitur tãtũ.j.l.ij.

### De prædijs curialium ſine decreto non alienandis.

Decuriones non poſſunt vendere bona immobilia ſine de-
creto r iudicis:aliàs non valet venditio,& emptor perdit pretiũ
& reſtituit rem cum fructibus.j.l.j.& hoc ideo,vt Reſpu.diui-
tes curatores habeat,quales ſunt decuriones.j.l.ij.

### Quando & quibus quarta pars debeatur ex bonis decurionum:& de modo diſtributionis eorum.

De prima parte rubricæ tractat̃ in lege p̃ria & ſecũda:& dic,
Qñ & quibus:ſcilicet,qñ eſt hæres,non curialis:vel qñ curialis,
ſed nõ in totũ.Et quibus debetur,ſcilicet curialib⁹.j.l.ij.in pric.
De ſcd'a parte tractatur in l.fi.& aliquid in l.ij.ſcilicet qualiter
Decurionũ bona.
diſtribuatur,id eſt diuidatur inter curiã & hęredes,dic vt ibi.

### De imponenda lucratiua deſcriptione.

Olim curialis non poterat vendere,ſed donare ſic.l.fi.ſ.tit.
ij.& quando donabat,fuit impoſita vna gabella,quòd ille qui
percipiebat ex donatione,vel alio titulo lucratiuo,deberet ſol-
uere quatuor ſiliquas:& iſta eſt deſcriptio quæ imponitur titu-
lis lucratiuis.Hoc præmiſſo,Imperator dicit,quod iſta deſcri-
ptio imponitur poſſeſsionibus tantum,non hominibus,id eſt,
mancipijs ſi alienãtur,nec alijs rebus mobilibus.Itẽ nõ habet
locum in contractibus qui fiunt inter aſcendentes & deſcẽden

tes:

Universidad de Deusto Biblioteca

tes:in alijs autem ſic. Et eſt differentia inter hũc titulũ,& ſupra pximũ:qa in ſuperiori ti. quarta tori⁹ rei datur curiæ,hic quatuor ſolidi tantũ. Itẽ illa quarta de oĩbus rebus,hic de nouallib⁹ tãtũ:vt in prin. hui⁹. Itẽ de titulo ſucceſsiõis tãtũ, hic de quolibet etiã inter viuos. Per quę apparet, quòd qñq; vtraq; deſcriptio concurrit ſcilicet quando ſuccedirur curiali ab extraneo.

## De præbendo ſalario.

Rubrica interpretatur ſe ipſam: mælius tamen dixiſſet, de non præbendo:vt pater J.l.vna. vel quia præſtatur conſentiente principe de hoc ff. de decre. ab or. l. ambitioſa.

## Si curialis relicta ciuitate rus habitare maluerit.

Omnes curiales reuocantur ad ciuitatem,& ad curiam:& locus in quo in rure habitant publicatur J.l.j.

## De municipibus & originarijs.

Muni-ceps. | Origina-rius.

Municeps eſt genus,Originarius eſt ſpecies:vt no. gl. in l. ciues. J. ti. prox. Eſt ergo municeps proprie qui ſubit munera,ſiue ibi natus ſit,ſiue nõ:ſed hodie etiã qui nõ ſubeũt, ff. ad muni. l. j. Et dicitur Orignarius ab origine patris,nõ ſua. J. e. l. filios. & ff. eo. aſſumptio. § j. vel ſecundum Azo. ſua etiam:vt J. e. l. origine.

## De incolis, & vbi quis domicilium habere videtur. Et de his qui ſtudiorum cauſa in alia ciuitate degunt.

Incola.

Superiori titulo de originarijs, id eſt, de his qui contrahunt municipatũ origine, principaliter dixit:vt patet per omnes leges illius tituli. Nũc generaliter qualiter iſto vel alijs modis. Eſt aũt incola, qui in aliquo loco habitat:dictus incola, id eſt, valde colẽs prouinciam, in quã ſe contulit, vt pote cũ propter eã aliã reliquit:de quo multa vide per gl. in l. ciues. J. e. vbi ponitur differẽtia inter Municipẽ, Incolam,& Ciuem. De ſecunda parte habes l. ij.& per Bar. in l. lex Cornelia. § domum. ff. de iniur.

## De muneribus & honoribus non continuandis inter patrem & filium, & de interuallis.

Continuatio honorum & munerum impeditur inter parẽtẽ & filium. Sed neq; propterea excuſantur perpetuo:ideo dicit de interuallis. de hoc in c. ad extirpanda. de fil. presby.





## De muneribus patrimoniorum.

Munus.

Munus tribus modis dicitur:vno donum:ſecundo onus, vt hoc tit. tertio officiũ. ſic ff. ti. prox. de verb. ſig. l. munus tribus. & l. inter donum. & l. munus proprie. & l. pupillus. § munus. Itẽ munus aliud perſonale, aliud patrimoniale, & aliud miſtum. Perſonale eſt, quod fit cũ ſolicitudine perſonæ:Patrimoniale diſpendio rerum:Miſtũ ex vtroq; prodit. ff. eo. l. j.& l. fi. in prin. & § patrimoniorum. & § miſta. dixi aliquid ff. de mun.& hon. & vide hic glo. ſuper rubro.

## Quemadmodum ciuilia munera inducuntur.

Munera ciui.

Ciuilia munera dicuntur omnia (vt ff. ti. j. l. j.) in quibus inſpicitur pſona eius, qui imponit munus, vel id eſt, quod habeat illud officiũ:vt ff. de mu. fil. ſup creandis.& de decu. l. ij. Secũdo inſpicitur quod eſt J.l. fi. Tertio pſona eius, cui iudicitur. Quarto origo natalũ. Quinto facultates:Sexto cõſuetudo. ff. de mũ. & hon. l. honor. § de honoribus. Perſona, vt ſit habilis, vel non excuſetur. Origo, vt honores ingenuorũ nõ deferatur liberto. ff. ad leg. Iul. viſ. l. j. Facultas, vt ſit ſufficiẽs muneri adiũcto. Itẽ ſeptimo, vt potiores eligãtur. ff. de decu. l. honores. Et octauo qđ dicitur J.l. ij. Nono, quod dicitur J.l. j. Decimo, quod J.l. pen. In pſonalibus hæc cõſiderãtur:ſed in patrimonialibus non omnia.

## De his qui ſponte munera ſubeunt.

Dixit de cogendis:nunc de ſpontaneis. Et dicas, quòd immunis ſponte decurionatum ſuſcipiens, omnia munera decurioni iniungẽda ſubire cogitur, niſi pacto iuuetur:vt J. e. l. j. Sed aliud munus ſuſcipiens in alijs non præiudicat:vt J.l. j.

## De his qui à principe vacationem acceperunt.

Titulus eſt clarus.

## De vacatione publici muneris.

Munus publ. | Priuatũ | Vacatio

Dictum eſt ſ. quod à ſolo principe concedatur vacatio: hic quæritur, nũquid cõceſſa aliquid operetur. Et dic Munus aliud Publicum, quod in adminiſtranda Repub. ſine titulo dignitatis ſubimus. ff. de mun.& hon. l. honor. § j. Aliud Priuatũ quod etiam publicum eſt quo ad quid:vt *Inſtit.* de excuſ. tut. in prin. Et dicitur, quòd vacatio ſimpliciter cõceſſa non porrigitur ad munera ordinaria. Et dicuntur Ordinaria, quæ imponuntur lege, ſenatuſcõſulto, & conſtitutione principis. Alia dicuntur. Extraordinaria, de quibus J. de mul.& in quo loco. l. ij.

Universidad de Deusto Biblioteca



## De decretis decurionum ſuper immunitate quibuſdam concedenda.

Sicut decretũ ſuper multis alijs imponitur, vt ſuper alienatione prædiorum curialiũ, & ſuper eligendo ſvndico vel actore, ff. quod cuiuſq; vni. l. nulli. vel alio officiali. ĩi. de decur. l. ij. Item ſuper ſalarijs medicorum, & magiſtrorum liberalium artium. ff. eo. l. iij. Item ſuper bannis & ſtatutis. ff. eo l. fi. Ita & ſuper immunitate concedenda, vt hic.

## De excuſationibus munerum.

Quibus caſibus excuſat à mune-

Caſus ponit, propter quos quis excuſatur, Et eſt Excuſatio alicuius iuſtæ cauſæ allegatio. propter quam artari non debet ad ſubeunda munera. ff. de vac. mu. l. j. ſ. reſponſo. Et diſtinguẽ quia excuſatio aliqua Temporalis & Perſonalis: vt ĩi. de vac. mu. l. his qui. & l. honoribus, ſ. j. Alia perpetua. ff. de vac. mu. l. pen. in prin. Itẽ alia Plena, cũ à muneribus tãtũ perſonalibus excuſatur, nõ aũt ab honoribus. Plenior, cũ etiã ab honoribus nõ à principalibus. ff. de va. mu. l. ij. ſ. q. patrimoniorũ. & l. pen. ſ. duo. Pleniſsima, qñ à quibuſdã patrimonialibus excuſatur. ff. eo. l. his honoribus. ſ. angaris. & de mune & hon. l. fi. ſ pen. Sed ab oĩbus aliquẽ excuſari nõ meminit Py. ſe legiſſe, cũ etiã Imperator, & Auguſta quædã talia ſubeant: vt J. de quib. mun. l. ij. & ĩi. vt in emp. ſpe. l. j. ſed eligitur. ff. de iur. immu. l. ſemper. ſ. licet & J. de priui. cor. qui in ſa. pa. l. iij. & J. de profeſ. l. medicos.

## Quibus muneribus vel præſtationibus nemini liceat ſe excuſare.

Hic titulus differt ab eo. ĩi. de immu. ne conced. quia ibi ſpecialiter de immunitate tributorum: vel ibi oſtendit, in quibus caſibus ſpecialiter immunitas concedenda ſit: hic autem generaliter, in quibus non poteſt aliqua excuſatio opitulari.

## Qui ætate vel profeſsione ſe excuſant.

Quidam habent hic, Qui ætate, &c, alij, qui profeſsione, & J. in. l. manifeſti habetur, qui ætate. Sed certe profeſsio ſola nõ excuſat: ſed ætas ſola. Nam ſtudentes habent immunitatẽ à muneribus perſonalibus vſq; ad xxv. ann. J. l. j. & liberantur à perſonalibus muneribus: non autem patrimonialibus. J. l. ij.

## Qui morbo ſe excuſant.

Hic perpetuò, vel ad tempus excuſat, prout temporalis, vel per





perpetuus. ff. de excu. tu. l. nõ ſolum ſ. fin. & ff. de va. mun. l. pe.

## De his qui numero liberorum, vel paupertate, excuſationem meruerunt.

Hic tit. & ſuperiores non ſuperfluunt ad titu. V. libri Codicis: quia ibi quo ad tutelam ſolum, hic quo ad munera De prima parte rubricæ loquuntur omnes aliæ leges, præter l. cum facultates, & l. eos. quæ tractant de ſecunda parte.

## De profeſſoribus & medicis.

Profeſſores dicuntur doctores qui profitẽtur & docent ſcientiam, ſiue Romæ ſint, ſiue ĩ patria, habẽt excuſationẽ. ff. de vac. mun. l. eos qui. Niſi doctores legũ qui tantũ Romæ docentes excuſantur. ff. de excu. tut. l. ſed & reprobari. ſ. fi. Poëte aũt nulla immunitatis prærogatiua iuuãtur. J. l. iij. nec Geometri J. l. oratione. nec etiã qui primas literas docent. ff. de vac. mun. l. ij. ſ fi. Poëta:

## De athletis.

Athletæ dicuntur, qui ſine mercede virtutis gratia pugnabant. ff. de inſa. l. athletas in ſacris certaminibus. & J. l. j. & fiebat approbante principe. ad quod ff. de polli. l. Græca, quæ incipit. Honoris gratia. Cõſuetudo erat, & adhuc eſt, quod qñ fiebant torneamẽta, vel haſtiludia, & ſimilia: quòd ei, qui ſe melius habebat, imponebatur ſignũ victoriæ aliquod ſuper caput vt dicit hic gl. Et ſi quis fuerit ter coronatus iuſtè, non prece, debet habere imunitatẽ. Hinc eſt, quòd ſcholaris ter examinat: de quo i l. magiſtros. ĩi. tit. prox. & Doct. in c. propoſuiſti. de pbat.

## De his qui non impletis ſtipendijs ſacramento ſoluti ſunt.

Quomodo milites ſacramento teneantur, dixi aliquid ff. de teſt. mili. & de re mili. & no ff. de inſa. l. ijs. milites. Et de miſſionibus eorundem honeſta, cauſaria, & ignominioſa alibi dixi: & habetur ff de re. mili. l. milites. ſ. miſsionum.

## Quibus muneribus excuſantur hi, qui poſt impletam militiam, vel aduocationẽ, per prouincias ſuis cõmodis vacantes commorantur. Et de priuilegijs eorum. Et de conductoribus vectigalium fiſci.

De primis partibus rubricæ nigrum non tractat, ſed tãtum modo de conductoribus vectigalium, & ſic de vltima parte. De

Universidad de Deusto Biblioteca



prima parte tractat quædam conſtitutio Græca.

### De libertinis.

Dixi ff de ſta.ho.ſed hic tractatur de obſequio ciuitati debi to.Sed ū.de lib.& eorum liber.dicitur de obſequio debito patrono,& ſic non ſuperfluit hic tit.

### De infamibus.

Hic tit.differt à tit.ū.da infa.quia ibi de cauſis infamiæ:hic de iure infamium:& ſic non ſuperfluit,De hoc dixi ff.qui.ex cauſ.infa.irrog.

### De reis poſtulatis.

Pendẽte proceſſu criminali non poteſt quis ad honores vocari facit ff.de mun.& hon.l.reus delatus & in c.fi.de accu.

### De his qui in exiliũ dati, vel ab ordine moti ſunt.

Quia miſsi in exiliũ infames fiunt,ſicut & dãnati ſunt:ideo de his.Et eſt triplex exiliũ,vt dixi ff.de interd.& releg.l.exiliũ.

### De filijsfamilias,& quẽadmodũ ꝓ his pater teneatur.

Qualiter filius obligetur honoris reddita ratione:& pater ꝓ eo teneatur,qui conſentit decurionatus filij exiſtẽtis in poteſtate.Secus ſi erat emancipatus.

### De periculo ſucceſſorum parentis.

Onus dignitatis quæſitæ filio per patrem trãſit ad hæredẽ.facit ff.de mun.& hono.l.ſi filium.§.idem ſcripſit.de quo ff.de coll.bon.l.j.§.ſed nec caſtrenſe.& ibi per Bar.

### De mulieribus,& in quo loco munera ſexui cõgruentia,vel honores cognoſcant.

Mulier in loco domicilij mariti ſubit munera perſonalia:patrimonialia verò in loco,in quo eſt patrimonium:de hoc j.de digni.l.mulieres & in l.filij.§.vidua.ff.ad mun.

### De legationibus.

Legatio eſt ꝑſonale mun⁹.vt ff.de mun.& hon.l.j.§.j.& l.fi.§.legati.& dicit Legat⁹,q à ciuitate vel principe mittit ad principẽ,vel ad aliũ,vt hoc tit.Aliàs Legat⁹ dicit ꝓcoſul ff.de off.ꝓcon.l.obſeruãdũ §.j.& l.fi.Aliàs Legat⁹ Eccleſiæ ad papã.in Autẽ.de ſanct,epiſ.§.ſi verò epiſcop⁹.coll.ix.& in l.diẽ ff.de off.aſſeſſ.Nobilium autẽ dicuntur Nuntij,vel Miſsi:vt hic glo.rubri. — Legatus

### De excuſationibus artificum.

Differt à tit.ū.de pꝛofeſ.& med.quia ibi de literalibus artificibus:





ficibus:hic de his,qui tantum operatione manuum excuſantur docentes,non diſcentes.vt no.J.l.j.& ſcripti in breuibus cuiuſque ciuitatis,non autem omnes:vt J.l.j.in prin.

### De prioribus ad munera nominandis.

Qui excuſatur dixit:nunc qui ſubire debeant: Vel dixit de excuſatis quibuſdam:nunc de alijs,quando alius eſt prior.

### Si propter inimicitias creatio facta fuerit.

Creatio facta de aliquo ꝑpter inimicitias facit aliquẽ,ſi vult poſſe appellare:de hoc Inſt.de exc.tu.§.itẽ ꝑpter.fa.ū.de decre.decur.l.fin.

### De ſumptuum recuperatione.

Elect⁹ q habet excuſationẽ recuperat ſũpt⁹ quos facit in lite ab eo qui eum nominauit.facit ff.de vac.mun.l.j.§.ſed ſi calũ.& ff.de decur.l.ij.

### Si poſt creationem quis deceſſerit.

Onus ſubeũdi munera non trãſit ad hæredes mortuo patre.

### De tabularijs,ſcribis,logographis,& cenſualibus.

Qui ſcribũt prædictos nominatos ad honores,& munera,& tributa ſoluta,ſunt tabularij,qui faciẽdis publicis inſtrumẽtis præſunt in ſingulis ciuitatibus:hi quoq; noĩantur Librarij,vt hic,& ff.de reg.iur.l.librarius.& Tabelliones.vt in Autẽ.de ta.& Catholiciani:& ſic põt accipi ū.de bo.proſcrip l.ſi quis.§.ſi.licet alio modo ibi exponãt.Aliàs ſcribæ dicũtur quia circa principẽ,vel aliàs magnos iudices actis geſtiſq; cõficiẽdis deputati ſunt hi quocũq; modo vocatur.Scriptores,Notarij,Libellẽces,Memoriales,Pragmaticales:Epiſtolares.C.de app l.precipim⁹ & l.in offerẽdis.Logographi ſunt qui publicis rõibus deſcribẽdis deputati ſũt:& dicũtur à γραφος qđ eſt ſcriptura,& λογὸς ratio quia rationes publicas ſcribunt:hi quoq; Numerarij appellantur.J.titu.j.l.duobus ꝑleruncque tamen vnum pro altero ponitur.Item Cenſuales,qui ſcribunt cenſum:vt hic,& l.quicũque.Sunt & alij,vt J.eo.l.fi.& C.qui po.in pig.

Tabularij. Librarij. Tabelliones. Catholicani. Scribæ. Logographi. Cenſuales.

### De ſuſceptoribus,& præpoſitis,& arcarijs.

Differt à tit.ū.de exac.tribu.quia illi ab inuitis,hi à ſponte ſoluentibus:Vel,alius eſt exactor immediatus à collatore,illius — Exactor

Universidad de Deusto Biblioteca

ſuſceptor, qui ſuſcipit ab exactore, vt hic, qui per quoddam me dium dicitur à collatore ſuſcipere. J. l. diu. & l. medios. Et ſunt Præpoſiti, qui præſunt ſuſceptoribus, qui accipientes ponebāt in arca, vel horreo publico. J. e. l. ij. ſub cuſtodia Arcarij, q arcę claues tenebat: de quibus. J. l. duos. & l. fi. non vt diu tenerent. J. l. diu, ſed quàm diu habeant, quod competenter mittatur. arg. ff. de admi tu. ita Auten. de quo vide gl. J. e. l. j.

Præpoſiti. Arcarij.

## De ponderatoribus, & aurj illatione.

Ponderatoribus auri, id eſt, q pōderib᷑ publicis p̄ſant quos Gręci Sygoſtatas appellāt, vt J. l. ij. credit & ſtatur in his, q̄ iprobāt vel approbāt. Auri aūt illatio dicitur aurū illud, qđ infert à collatoribus, vt lācibus vel libramentis librarum appēdatur.

## De auri publici perſecutoribus.

Perſecutores auri.

Suſceptoribus non licet pecuniam acceptam ſine licentia in maſſam redigere: & habita licentia non debent hoc retardare: tales dicuntur perſecutores auri, id eſt, decoctores.

## De his, quæ ex publica collatione illata ſunt, non vſurpandis.

Differt ab illo Ꝭ. de his ex publ. ra. acquir. quia ibi de accipiē te, hic de dāte. Nam pecuniam publicam non poteſt quis dare mutuo, vel alio titulo, vel in ſuam vtilitatem aliter conuertere.

## De auro coronario.

Aurū coronariū dicitur qđ cōfertur ad coronatiōe principū vt ea q̄ in tēplo pēdētia à Tito & Veſpaſiano ſublata ſunt. Vel dic, qđ dabatur athletis: & hoc pręſtāt Iudęi ex cōſuetudine Ꝭ. de Iudæ. l. Iudeorum. & facit Ꝭ. de ſtatuis. l. in noſtræ. & l. fina.

## De irenarchis.

Irenarchæ ſunt qui corrigēdis morib᷑ p̄ficiūtur: vñ eſt pſonalē munus. ff. de mun. l. fi. ſ. irenarchæ. maxime in ſedādis diſcordijs. vt J. l. j. ſ. & in cōprehēdētis latronib᷑. vt Ꝭ. de cuſt. reo. l. diuus. & dicūtur quaſi arcētes irā: quia iræ ſumēdæ in turbatores publicæ quietis & pacis gerāt monarchiā, ſecūdū glo. hic.

## De argenti pretio quod in theſauris infertur.

Pro argenti ſumma, quam quis inferre ærario vel theſauris tenetur, poteſt aurum inferre: ita quod pro ſingulis libris argēti quinque florenos inferat.





## De nauicularijs, ſeu naucleris publicas ſpecies tranſportantibus. Et de tollenda luſtralis auri perſecutione.

NAuicularij tribus modis dicuntur, primò faciētes naues, Secundo pro his qui maiorem partem ſuæ ſubſtantiæ po ſuerunt in mercantia nauium. Tertio pro his, qui ducunt naues. Ne ergo rubricæ poſsit eſſe dubitatio, apponit de naucletis vt intelligat ſolum de ducentibus naues. Naturæ enim dictionis Siue eſt, vt licet verna diſiungat, ſenſum tamen coniungit, vt duo pro eodem ponantur, vt ibi, Alexander ſiue Paris. vt no. in ſimili in l. penul. de in litem iuran. Sunt autem Naucleri, qui annonarias ſpecies à ſuſceptoribus vel præpoſitis accipere in prouincijs & Romā, vel ad caſtra, vbi erāt milites, deferre debebāt: & ſic dicuntur ſeruire annonæ vrbis: vt J. l. iij. & ff. de iur. immun. l. ſemper. ſ. negotiatores. Et tales potantes res publicas habent plenam ſecuritatem in eūdo, & redeundo. J. l. j. De luſtralis autem auri perſecutione nihil habemus in nigro.

Siue.

## De prædijs, & omnibus reus nauiculariorum.

Hoc intelliges vt Ꝭ. titu. proxi. in rubro. & omnes res eorum ſunt huic oneri ſubiectæ, quocunque etiam res ierint, quaſi quadam fraude, J. l. j. & ij. ideo de his.

## De nauibus non excuſandis.

Naues quæ ſub nominæ & titulo alieno excuſantur, publicantur. J. l. j. & ij. & in l. iubemus. C. de ſacroſanc. eccl.

## Ne quid oneribus publicis imponatur.

Qui cogit nautam ad ſuſcipiendū aliquid vltra onus, tenet ad emēdationē dāni qđ inde ſequit, & criminaliter punit. J. l. j.

Naufragium.

## De naufragijs.

Quia quandoq; per onus priuatum contingit naufragium vt Ꝭ. ti. j. ideo de hoc. & dicitur Naufragium, quaſi nauis fractura, à naue & frango, quia plerunq; nauis frangitur dum naufragium committitur. Et quia lex huius tit. de conſuetudine non obſeruabatur, ideo Fridericus fecit Auten. nauigia. C. de fur.

Univerſidad de Deusto Biblioteca



## De metallarijs & metallis, & procurat oribus metallorum.

Metallarij. Naufragiũ cõtingit ſæpe per põdus metalli:ideo de his. Vel
dixit de tranſuectione & naufragio:nũc qui ea trãſmittãt. Et
quia metalla pretioſiara ſunt,de metellarijs qui ea inferãt, pro
curatorib' q ea exigũt,atq; cuſtodiũt,deq; ipſis metallis viyidea
m'. Et de pcuratorib' dicit.j.l.cũ pcuratores.In alijs legib' dicit
de metallarijs,& metallis.Et ſũt Metallarij hoies liberi,ſcilicet
ſũt aſcripti ad illud mun',vt inde diſcedere nõ poſsint j.l.fin.

## De murilegulis, & gynæciarijs, & procuratoribus Gynæcij, & de monetarijs & baſtagarijs.

Murilleguli. Supra tit.proxi.in l. per annos.dixit de Aurilegulis:nunc de
Murillegulis. Et qui legũt,id eſt,colligũt murices,id eſt,piſces ex
Cõchyleguli ex quorũ ſanguine tingebatur ſacra purpura.j.e.l.ſi quis noui.
Sic Cõchyleguli,q legũt cõchyllia:vt j.l.fi.& oẽs erãt ſerui pala
Gynæciarij. tij.Itẽ Gynęciarij,qui pãnos texũt & cõficiũt,inferẽdo ſericũ.&
aurũ:& ſic faciũt auratas paragandas,vt dicit hic gl.j.l.iij.& v.
Monetarij. Vñ Gynæciũ locus eſt,vbi hæc fiũt:vt j.ti.j.l.j.Sũt & Monetarij
vt j.l.j.& Baphij.j.l.ij.Lintearij.j.l.ſi quis.Itẽ ſunt procurato-
Baſtagarij. res Gynęcij.j.l.pe.Itẽ Baſtagarij.j.l.quod ad pñs.hi oẽs erãt ſer
ui & artifices palatij prĩcipis:nec inde poterãt eximi,niſi certo
modo.j.l.ſi quis. Teren.in Phor. Vbi in Gynæcium ire occipio.

## De veſtibus olobaris, & auratis: & detinctione ſacri muricis.

Olobarus. Dixit de officialibus pãnorũ,nũc de ipſis pãnis:& eſt Oloba
r' veſtis q̃ tota deaurata eſt,ab olõ qđ eſt totũ,& baros aurũ. Et
Foliatũ. Et differt à ſeq̃nte,ſcilicet auratis:qa de optimo auro.qđ in vul
gari foliatũ,in legib' obriziatũ dicit,vt j.de vete.nu.po.l.fi.ſed
ibi de quolibet auro:vel hic tota erat veſtis aurea de optio, ibi
de aurata ſimiliter in totũ.Eſt & alia veſtis,quæ aurũ habet tã-
tũ i paragandis,id eſt,broſtis:vt j.l.j.De tictiõe dicit l.iij.& iiij.

Paragaudi.

## De fabricenſibus.

Eſt tempus belli,& pacis.in proœ.Inſti.pulchritudo. veſtiũ
tẽpore pacis,vt ſ.tit.j.pulchritudo armorũ tẽpore belli vt hic.
Fabricẽſes. Fabricenſes ergo ſunt,qui publica arma faciunt in publicis,fa-
bricis,& non alias.Et dant primicerio quo reponat in publici

ar



armamẽtis:vt in Auten de ar.Et dicitur hic Faber ſtrictè,aliàs
ponitur pro omni ferri percuſſore:vt ff.ad leg.rho.de iac.l.j.§.
j.Aliàs etiã pro tignario.ff.de verb.ſig l.ferri.§.fi.ſed in Au-
ten.eo.dicuntur Fabriſci & Armificatores,qui hic dicũtur Fa-
bricenſes. Et no.quòd priuato non licet facere,vendere,emere,
vel transferre arma, ſed habent cultellos paruos:vt in Autent.
eo.dixi.& multo magis fuſtes & lapides,licet & hæc arma di-
cantur:vt ff.de verbo.ſignifi.l.armorum.de his gloſ.in.c ſi iu-
dex laicus.de ſentent.excom.lib.vj.

## De veteris numiſmatis poteſtate.

Dixit de fabricatione armorũ:nunc de fabricatione mone-
tæ:& dic quod Numiſma,& Aureus & Solidus auri, idem eſt: Auri
vt hic ſ.de ſpor l.ij.& in Euangelio,Cuius eſt imago,&c Cu- pondus
ius pondus erat tale,vt lxxij.facerẽt librã auri:vt ſ.de ſuſcep.l.
quoties,hoc numiſma,ſiue moneta,tãtũ fiebat olim de auro:vt
j.l.fi.& effigies principis erat.j.l.j.& vſusfruct' velut gemmatũ
poterat legari in eis.ff.de vſufru.l.numiſmatũ.& q hæc falſant
puniuntur:vt j.l.fi.Hodie verò cũ cõceſsione principis fit à re-
gibus & ciuitatibus etiam de ære:nõ tñ à priuato.ſ.de fab.l.ij.

## Nulli licere in frænis, & equeſtribus ſellis, & in baltheis, margaretas, & ſmaragdos, & hyacinthos aptare: & de artificibus palatinis.

Satis clarus eſt:& dicũtur Equeſtres ſellę ab equo.In baltheis
id eſt,cingulis,& videtur hic poni pro cingulo equi,vel pectora
li,quæ quaſi cingũtur.De palatinis artificibus ponit in §.nulli.
vſq; ad fi.vbi loquit de faciẽtibus iſtas ſpecies ſic ornatas.

## De claſsicis.

Quidam habent in rubrica,de claſsibus,id eſt,nauibus pa-
ratis ad bellũ,vt ſunt galeæ.Alij etiam habent claſsicis,id eſt, Claſsici.
hominibus aſcriptis ad claſſes ducẽdas.& hæc plus placet Bar.
quia iſte liber principaliter tractat de hominibus conditiona-
tis,aſcriptis alicui muneri.

## De curialibus vrbis Romæ.

Decuriones à munerib' excuſant:vt ſ.de ſuſcep.l.fi.& maxi
mè vrbis Romę decuriões:& differt à tit.de Decur.qa hic ſpãle.

## De priuilegijs corporatorum vrbis Romæ,

Corporatur dicitur,qui in corpore aliquo ſcribitur ppriè ſi-
cut quodlibet membrũ hominis corporatum dicitur: & cuius

Universidad de Deusto Biblioteca

factus vel incola. Et ſunt priuilegiati vt plebri à tributo capitis excuſentur ȷ, de ca. ciui. cen. l. j. & facit ȷ. de alex. prin. l. j.

Piſtores

### De Piſtoribus.

Piſtores dicuntur mancipia facientia panem palatij. ſic ȷ de frum. vrb. conſt. l. j. Hi ſubſunt comiti horreorum, vt hic dicit: & in omni tempore de eis ius dicitur. vt ff. de fer. l. publicas. & conueniuntur ſecundum P. ſub comite rerum priuatarũ, id eſt, procuratore Cæſaris, vt ff. vbi cau. fiſ. l. ſi quis. & l. domicis.

### De ſuarijs. & ſusceptoribus vini, & cæteris corporatis.

Suarij dicuntur Porcarij, qui cuſtodiunt porcos ciuium in paſcuis: vt ȷ. l. j. De ſuſceptoribus autem vini nihil in nigro dicitur ſed de eis dicitur ff. de ſuſcep. l. modios.

Collegiati.

### De collegiatis, & charto patris, & numularijs.

Charto patri.

Dixit ſpecialiter de qbuſdã collegiatis: nũc general. ter. Et dicũtur à collegio, vt priuilegiati à priuilegio: & idẽ dicunt Charto patri, qꝛ eorũ noĩa ſcribũtur ĩ charta vel matricula patriæ, quaſi ĩ patrię charta deſcripti infra numerũ. Sed ſi q ſũt ſupra numerũ, nõ gaudẽt priuilegio. ȷ. §. qꝛ aũt Vel dicũtur Chartopatri id eſt, q gaudẽt in patriã ſecũdũ Gręcos. Dicitur enim apud Gręcos patra. Apud Latinos patria. Vel dic tertio vt ĩ fi. huius legis.

### De ſtudijs liberalibus vrbis Romæ & Conſtantipolitanæ.

His duabus ciuitatibus tñtũ legitimũ fit ſtudiũ, nõ alijs, niſi ex priuilegio vt in proœ. ff. §. hæc antẽ tria. Hodie imperiũ eſt ſciſſum, & ſtudiũ multis locis fit, maxime Bononiæ, quæ legalibus ſtudijs obtinet monarchiam: de hoc in cle. j. de mag.

### De honoratorum vehiculis.

Bononia.

Honorati erant quidã, qui habebãt priuilegia, vt intrarẽt ſecretarium principis, & aliorum iudicum, & ſedendi in conſultationibus. ȷ. de offi. di. iudi. l. ij. & iij. Vel ponitur pro his, qui habent dignitatem, ſine adminiſtrationem: de quibus in Autẽ vt ord. præſ. quod in idem reincidit. Et his licet vti vehiculis dignitatis, id eſt, carrucis, ſi volunt. ȷ. l. j.

### De priuilegijs vrbis Conſtantinopolitanæ.

Conſtãtinopolis.

Vrbs Conſtantinopolis ipſius veteris Romæ prærogatiua gaudet: iſta appellatur noua Roma. vt ff. de ſac. ſanc. eccl. l. omniũ, Eſt ergo mater legum: vt in Auten. vt ro eccl. in princip. de



Itẽ eius cõſuetudinẽ ſequitur. ff. de ve. iur. en. l. j. §. fi. & Inſt. de ſatiſda. § fin. Item mater fidei erit eccleſia illius ciuitatis ff. de ſac. ſanc. eccl. l. fi. Sed tempeſtate noſtra dijs indignantibus, aduerſoq; aſtro, incuriaq; principum catholicorum in manus miſerum perfidiſsimi Turcæ, cum dedecore & deterrimo Chriſtianæ Reipub. interitu ac pernicie deducta: dij bene verant.

### De metropoli Beryto.

Berytus & Tyrus ciuitates in prouincia Phœnicis, & Syriæ ff. qui ætate. l. j, quãtũ vna erat ante metropolitana, nũc fit & alia. Et dicitur Metropolis matricia ciuitas: nam cõponitur ex μήτηρ, quod eſt mater: & πόλις ciuitas. Et inde Metropolites is dicitur, qui ei ciuitati ſacerdotio præeſt, quem canones Metropolitanum appellant. Metropolis.

### De canone frumentario vrbis Romæ. Frumentum.

Certus canon, id eſt, menſura in frumento ſingulis annis mittebatur Romam, ff. de ſacroſanc. eccl. l. placet. Et appellatione Frumenti omnia quæ ad victum ſunt neceſſaria accipiuntur. ff. de ſuſcept. l. modios. & ȷ. l. ij. in princi. Et in publicis horreis Romæ imponebatur ff. de condi. in pub. hor. l. j. & ij.

### De frumentario vrbis Conſtantiuopolitanæ.

Cum qua prouidentia deferatur frumentum, dixit ff. titu j. nunc qualiter delatum expendatur. Quod enim in vna vrbe dicitur, & in alia intellige. ff. de priui. vrb. conſtan. quinimo idẽ in horreis publicis aliarũ ciuitatum. ff. de cõdi. in pub. hor. l. ij.

### De annonis ciuilibus.

Annonæ ciuiles, id eſt, ſalaria, non dantur pro titulis dignitatis, puta quia doctor: ſed pro meritis, vt quia bene legit, & ſatiſfaciat illi officio, ad quod præpoſitus eſt.

### De mendicantibus validis.

Quia mẽdicãtes reficiuntur publicis annonis, de qbꝰ eſt dictũ: & debet hoc fieri ſcilicet verè mẽdicãtibus, non fictitiẽ: ideo de mẽdicãtibus validis, id eſt, robuſtis, quos Spanaldos vel Galiotas vulgus appellat, ſecũdũ gl. hic: qui mẽdicare nõ debẽt, ne miſeris, & verè debilibus panẽ auferãt: vt hic, & in Autẽ. de quęſto. & v. q. v. nõ omnis. & lxxx. diſt. c. j & gl. ſuper Matth. Iuſtiꝰ feceris, ſi iniuſte petentem corroxeris, quàm fieri dederis. Spanaldi. Galiotę.

### De nautis Tyberinis.

Na-

Universidad de Deusto Biblioteca



Nauis Tyberina dicitur, quæ nauigat in flumine Romano: conuehendo Romam, vel extrahendo ad caſtra.

### De frumento Alexandrino.

Primò confirmat ſalarium, quod præfectus orientis ſtatuerat quibuſdam officialibus præpoſitis ad congregandum frumentum in ciuitatem Alexandrinam, & ad tuendam ſubſtantiam nauiculariorum, quæ erat obnoxia Reipublicæ. Secundo prohibet ad aliud officium vocari decuriones. De hac ciuitate Alexandrina dic vt dixi ff. de offi. iuri. Alexan. pag. 15

### De Alexandriæ primatibus.

Alexandria dicta ab Alexandro magno, cui plurimũ ſauetur in iure, puta in alimentis: vt ſ. tit. j. Item & habet iuriſdictionem, vt ſ. de offi. iuri. Alex. Item eius primates, id eſt decuriones, habent immunitatem purgandi fluminis Nili, vt hic.

### De iure Reipublicæ.

Quomodo accipiatur Reſpublica ponit gl. in corpore de hære. & tal. in princi. dixi ſ. de iure fiſ. pag. 213

### De adminiſtratore rerum publicarum.

Parum eſſet ciuitatem habere iura, niſi eſſent qui ea adminiſtrent: vt ff. de orig. iur. l. ij. §. poſt originem. Et hi eliguntur per decuriones conuentos per magiſtratus, vel per ipſos magiſtrat⁹ eligunt: vt ſ. dec. l. ij. & de ſuſcept. & arc. l. exactores. & ff. ad munic. l. Lucius. Et ſic, alius eſt Magiſtratus, q iuriſdictioné exercet, ali⁹ Adminiſtra. q tẽporalia gerit: vt hic. & ff. e. p totũ.

### De vendendis rebus ciuitatis.

Adminiſtratores, de quibus tit. proxi. vendunt res ciuitatis Et talis venditio pura & perfecta non debet à Repub. reuocari licet per alium maius pretium offeratur. j. l. j.

### De debitoribus ciuitatum.

Debitores ciuitatum non poſſunt in eis habere honorem, niſi prius debita ſoluant: de quibus infra.

### De periculo nominatorum.

Nominatores, id eſt, electores officialium publicorum non tenentur pro electis, licet fideiuſſores non receperint, ſi tempore depoſitæ adminiſtrationis ſoluendo fuerint. Sed ſi non fuerint, conueniuntur nominatores, tamẽ poſt excuſſos reos: quod dic vt ff. de adminiſtr. rer. ad ciui pertinen. l. prior. §. final.



### De periculo eorũ, qui pro magiſtratibus interuenerũt.

Sicut noĩatores tenẽtur officialiũ electorũ, vt ſ. ti. proximo. ita & fideiuſſores, vt hic. De hoc dixi ff. de fideiuſ. & noĩato. tut.

### Quo quiſq; ordine conueniatur.

Adminiſtratores ciuitatis tenentur inſolidum omnes, licet ſimul adminiſtratio ſit conceſſa. Secus ſi portionib⁹ diuiſis: primò tamen gerens, ſecũdò non gerẽs cõuenitur: quaſi vno mortuo, alij in adminiſtrando culpã cõmiſerint pro tali culpa hæredes mortui non tenentur. De hoc dixi ff. de magi. conue. Adminiſtratores.

### Si quis liber inuitus actũ Reipublicæ gerere cogatur.

Libera perſona inuita actum Reipub. adminiſtrare non cogitur. Et dic, Actum, ſcilicet ſeruilem, quem ſerui tantum ciuitatis faciebat: ff. de neg. geſt. l. cum actũ. Procuratio vero & officia Reipub. liberis tantũ conueniũ: vt ſ. de tab. l. generali. & ſ. ſi ſer. aut liber. l. j. & ij. Aliàs dic Actum, id eſt, tabulariam, ad quam ſerui publici, id eſt, notarij tantum coguntur: vt ſ. de ſer. Reipub. ma. l. ſi. facit ſ. de oper. liber. l. qui manumittitur. Actus.

### Sumptus iniuncti muneris ad oẽs collegas pertinere.

Si vnus ex pluribus officialibus electus expenſas totius muneris ſupportauerit, pro rata eas repetet à collega.

### De his qui ex officio, qđ adminiſtrauerũt, cõueniũtur.

Reipu. debitor ſi reperitur minus idoneus, adminiſtrator tenetur ad ſortẽ, quàm ei mutuauit: non autẽ ad vſuras tenetur.

### De ſolutionibus, & liberationibus debitorũ ciuitatis.

Apochæ à ſeruis publicis de ſoluto cõfectæ, ita demum debitoribus ſoluẽtibus proſunt, ſi à curatore Reipu. ſunt ſubſcriptæ, aut pecunia ſoluta in vtilitatẽ publicã eſt conuerſa, & nõ aliter: & ſi dolo ſerui publici debitor ſoluerit pecuniam curatori, nec in vtilitatem publicam eſt conuerſa: tenetur curator de peculio eius ſerui, & debitor tenet obligatur.

### De ſpectaculis, & ſcenis, & lenonibus.

Hic Imperator promittit quibuſdam, qui Gymnici appellãtur celebrare ſpectacula: maximè cum ipſi velint ea facere ſuis expenſis: & dic de ſpectaculis & ſcenis reſeruandis, vt hic l. j. & Spectacula. de lenonibus pollendis, vt j. l. ſi. Et ſunt ſpectacula quæ fiebant in ſena, ſcilicet in loco vbi ludebant Tragœdi & Comœdi: vt

in

Universidad de Deusto Biblioteca

Scena, in Auten. de conſul. Vel Scena eſt locus &c. vt ff. de infa. l. ij. §. fi.

## De expenſis publicorum ludorum.

Expenſæ magnæ exiguntur in prædictis ſpectaculis, & ludis: vt ff. de polli. l. ſeptitia. de quibus hic.

## De aquæductu.

Sicut ludus, ita aquæduct⁹ populũ delectãt. De Cõſtãtinopolitanis & Romę etiã veteris aquæductibus dicit publicis: & ſic Aquæductus. differt ab illo qđ dicitur ẽ. de ſer. ruſt. prę. l. j. §. aquęduct⁹. Dic ergo, qđ quidã hoïes pręficiũtur ad cuſtodiã, qbus datur priuilegiũ. j. e. decernibus, & his per quorũ fines trahitur: vt l. j. & certa pecunia ad hoc deputatur, vt j. ad reparationẽ. & l. hac lege nec ex eo extrahitur aqua. j. l. ij. & l. decernimus in fi. niſi per locũ priuatũ. j. l. fi. & veteri conſuetudine. j. l. vſũ. & tũc nõ ex quolibet loco. j. e. l. eos Sed in caſu fallit, vbi priuilegiũ nihil operatur: vt j. e. l. oẽs. Sed qñ trahit gratis habet j. e. ti. ad reputationẽ.

## De gladiatoribus.

Gladiatores. Gladiatores erant, qui publica ſpectacula edebant, & præſertim cruenta, quibus cruor ex dimicatione gladiorum eliciebatur: vt in torneamentis, & pugna beſtiarum, tales hic reprobantur: non alia ſpectacula, de quibus ẽ. de ſpect. l. j.

## De venatione ferarum.

Leones capere cuilibet permittitur. Item quãdo feræ beſtiæ capiuntur, & conducuntur per aliquã ciuitatẽ, vel comitatum, non debent ibidem morari vltra ſeptem dies.

## De maiuma.

Maiuma ludus eſt qui fiebat in Maio: & ſic à madio: vel ſub lætitia. Vel maiuma Græcè latinè ingreſſus, ſcilicet æſtatis dicitur, ſecundum glo. quando herbæ frondeſq; virentes lætificant prouinciales. In Bononia fiunt reginæ, & Baſileæ.

## Vt armorũ vſus inſcio principe interdictus ſit.

Nulli tribuatur copia deferendorum armorum: de hoc in Auten. de arm. & in c. clerici arma. de vi. & ho. cle.

## De agricolis, & cenſitis, & colonis.

Agricultura. Omnium rerum, ex quibus aliquid acquiritur nihil eſt agricultura melius: vt Tull. 1. Off. nullaq; res vtilior fructibus arAgricola. di, qui ſit colonorum labore proueniunt: ideo de Agricolis in genere, & Cenſitis Colonis in ſpeciali. Nam Agricola genera-





liter omnis colens agrum dicitur: de quibus omnibus dicit hic. Et ſunt octo genera colonorum: Aſſcriptitij, Cenſiti, Perpetui coloni, Conditionales coloni, Inquilini, Originarij, Simplices colonis: de quibus omnibus vide gl. hic ſuper rubro.

## De capitatione ciuium cenſibus eximenda.

Ciues Romani habitantes in vrbe effugiũt onus capitationis: & eſt Capitatio tributum quod pro capite præſtabatur.

## In quibus cauſis coloni capite cenſiti dominos accuſare poſſunt.

Coloni capite cenſiti qui ſunt, dic vt j. l. ij. & dic quòd accuſant dominũ quãdo vltra debitũ exigit, vt l. j. Item publica actione proſequitur ſuam vel ſuorũ iniuriam: vt j. l. ij. in fi. Dicũtur aũt Capite cẽſiti, qui pro ſingulis capitibus cẽſum præſtãt.

## De colonis Palæſtinis.

Coloni Palæſtini non poſſunt à terra recedere, ſicut alij: & Palęſtina. eorum dominis datur plena poteſtas reuocandi domum. Putabant enim hi ſe plus priuilegiatos, eo quòd in Palęſtina, quę eſt prouincia Hieroſolymitana, natus eſſet Chriſtus, ſecũdum gl.

## De colonis Tracenſibus.

Thracentes capitationis non preſtãt tributa, ſed tributa terThraces. ræ: non tamẽ poſſunt à terra diſcerere: & occultans vel retinẽs colonũ Thracẽſem, id eſt, ex Thracia, ipſum reſtituit domino cũ peculio, & cum agnatione. & punitur in duabus libris auri.

## De colonis Illyricianis.

Illyriciani dicũt, q ex illyria. i. Sclauonia ſũt: & taleſ à terra ſe Illyria. pari non poſſunt, cõtra faciẽtes reuocantur, et reuocati ſubmittu m ur in vinculis.

## De omni agro deſerto, & quando ſteriles fertilibus imponuntur.

Nũc de pđijs ex qb⁹ cẽſus percipit. Et dic qđ ager relinquit ob ſterelitatẽ, & qñq; datur à perequatore vel cẽſitorẽ nouo poſſeſſori: vt j. deſũ. pa. l. ſi qs à pionb⁹. Aliqñ traditur à principe. j. e. l. fi. Et qñ ſteriles: id eſt, quãdo ſteriles fundi ſuſcepti cũ fertilibus compenſantur. j. l. vlt. imponuntur, id eſt, adiunguntur.

## De fundis limitrophis, & terris, & paludibus, & paſcuis, & limitaneis, & caſtellorum.

Quidam habent Limitrophis, à trophos deſcriptio & limite Limitrophu.

Universidad de Deusto Biblioteca

id eſt, deſcriptis ad vſum militum, qui milites imperium cuſtodiunt: vt ]. l. j. & fi. & in quibus ceſſat alluuio: vt ff. de re. do. l. in agris. Alias eſt limitoſis. hæc ſiue de noſtris, ſiue de diuictis fundis erant. Item in limine imperij nullus debet eſſe caſtelli detẽtor, niſi is ſolus, cui per principem detentio eſt commiſſa. ]. l. j.

### De paſcuis publicis & priuatis.

Prouidit fundus limitum, nũc paſcuis: & tractatur hic de cũducentibus prata publica: & de deuaſtantibus ponit l. ij.

### De fundis patrimonialibus: & ſaltuenſibus, & emphyteuticis, & conductoribus eorum.

Tã de pprijs, quã de fiſcalibus dicit: cũ oẽs ſint principis quaſi proprij, ar. ]. eod. l. j. ſcd'm quaſdã Sed alij de patrimonialib' tãtũ dicũt. Et quidã ex his nõ poſſũt lucrari, vt cõſtituti p Meſopotamiã. Nec mirũ, q a ſunt limitib' aſſignati. ]. e. l. oẽs. & l. nulli. Et ſaltuẽſibus: de his dicit l. fi. Et emphyteuticis: ad quã emphyteuſim nõ pmittit accedere, niſi dato fideiuſſore: etiã ſi deſertũ accipit. ]. e. l. quicũq; & ff. de oi ag. deſe. l. iij. De cõductorib', ſcilicet pſonis qbus ſpãle ius cõcedit, tã p eis, quã cõtra eas. ]. e. l. iij.

Nota. Et nota quod ſi perpetuo accipiunt, dñi ſunt, & ideo donãt. ]. l. j. nec imperator poteſt eis auferre. ]. de loca fun. ci. l. fi.

### De mancipijs & colonis patrimonialium, & ſaltuenſium, & emphiteuticorum fundorum.

Manumiſſio facta de mãcipio fundi patrimonialis à dño, reſcinditur p pcuratorẽ Cæſaris. Et emptor fundi patrimonialis tenet ſtare colono: quẽ ſi expulerit, poſſeſsiõe priuat. ]. l. ij. & iij.

### De fugitiuis colonis patrimonialibus, & emphyteuticis, & ſaluenſibus.

Tales coloni quocunq; ſe tranſtulerint, reuocantur ad priſtinam culturam agrorum.

### De collatione fundorum patrimonialium, & emphyteuticorum.

Ad quas collatione teneantur iſti fundi, hic tractatur. Tenẽtur enim ad ea obſequia, ad quæ alij ]. l. j.

### De fundus rei priuitatæ, & ſaltibus diuinæ domus.

De rei priuate, ſcilicet fiſcalis, fundis dicit, quæ res propriæ & priuatæ principis dicuntur: vt ff. ne quid in loco pub. l. ij. §. item hoc. & qui tales comparauerunt propria firmitate poſſeſſionis



ſionis ad poſteros ſuos ſine quacũq; retractione perpetui dñij durabilitate dimittũt. l. j. de vltima parte rubricę ponit l. nemo.

### De fundis & ſaltibus rei dominicæ.

Si quis oues, vel equorum greges, fundis aut ſaltibus rei dominicæ immittit, fiſco ilico vendicentur. ]. l.

### De agricolis & mancipijs dominicis, vel fiſcalibus publicæ vel priuatæ rei.

Coloni originales rei priuatæ imperialis. quæ eadẽ eſt quæ & fiſcalis, ar. ff. de offic. co. re. pri. in rubri. ad aliquos honores vel munera ciuitatis nõ deuocentur ]. l. j.

### De prædijs tamaicis, & de his qui ex colonis dominicis, alijsq; liberæ conditionis, procreantur.

Quidam dicunt debere ſcribi, De prædijs dominicis, nõ tamiacis: & probant hoc ex eo quod ſubijcit, Et de his qui, &c. Et volunt in lege prima dicere Dominico, vel dominicæ: non tamiacæ. & in vl. i. Fundos dominici iuris, nõ tamiaci, ſecundũ P. Sed melius eſt ſecundum Iõ. dicere Tamiacis, ſcilicet prędijs in quibus ſunt cellulæ. Vnde Tamiacus, id eſt, cellerarius, vel cellularius. Taini enim Græcè, Latinè dicitur cellarium. Vel aliter: Prædia empta erant, vt canonem redderent inter cellulas, ſecundum Io. Et eorum coloni dicuntur Tamiaci, id eſt, dominici coloni: quia dicta prædia erant imperatoris. Tamias diſpenſator dicitur theſaurorum domus, œconomos.

### De diuerſis prædijs, vrbanis & ruſtici, templorum & ciuitatum. & omni reditu ciuili.

Aedificans in loco publico, ſoluere debet debitam penſionẽ pro ædificio, ſi expediat Reipu. alias ipſum ſolum cũ ædificio vẽdicatur. ]. l. j. Et tertia pars canonis, quæ redigitur ex fundis, & locis Reipu, ſufficit ad reſtaurationem murorum. ]. l. ij.

### De locatione prædiorum ciuilium, vel fiſcaliũ, ſiue templorum, ſiue rei dominicæ, vel priuatæ.

Prædia principis quæ in perpetuum locantur, ſunt locanda diuitibus, vel alijs cum fideinſsione idonea præſtita. & officialis prædicta negligens, debet de ſuo reſarcire omne decrementum. ]. l. j. Et a colonis perpetuis fundorum publicorum nõ auferuntur fundi, licet alius meliorem conditionẽ offerat. ]. l. iij. de quo ff. de fundo re. pri. l. j. ]. l. fi.

De

Universidad de Deusto Biblioteca

## De conductoribus, & procuratoribus, ſiue actoribus prædiorum fiſcalium, & domus Auguſtæ.

Conductores fundorũ domus fiſcalis, & alij homines dictæ domus, cùm agere volunt, vel experiri, debent ordinario iure: & nulli ſ aliorũ patrocinium præſtare debẽt. vel executionis miniſteriũ, vt hic. Et dicit. Domus Auguſtæ adiectiuè, nã de ſuis hoibus, nõ vxoris: & eius res viri dicũ s̃. de pact. l. hac generali.

## Quibus ad conductionem prædiorum fiſcaliũ accedere non licet.

Palatini milites prohibentur à locatione fundorũ principis, vt hic.

## De collatione fundorum fiſcalium, vel rei priuatæ, vel dominicæ, vel ciuitatũ, vel templorum.

Præſes prouinciæ, & ſui officiales, poſſunt exigere conductores dominicos: & etiam impedire fauorem curiantibus Cæſaris volentibus facere dictam exactionem. Et omnia prędia, ex quacunque cauſa ad fiſcum pertinentia, à tranſuectione publicarũ ſpecierum non habent immunitatem j. l. fin.

## De priuilegijs domus auguſtæ, vel rei priuatæ: & quarum collationum excuſationẽ habeant.

Ad extraordinaria munera, vel ſuperindicta, etiam fiſcalis poſſeſſor non cogitur. j. l. j. nullus autẽ alius à ſuperindicto excuſatur, excepta principis poſſeſsione. j. l. fin

## De grege dominico.

Subtrahẽs equum à grege dominico, id eſt, principis, ipſum reſtituit: & in vna libra auri punitur. Subtrahens de grege priuati, punitur in media libra: à qua pœna releuatur, ſi eum obtulerit ſponte. j. l. j.

## De palatijs, & domibus dominicis.

Aedes principi conſecratæ, id eſt, inclyta palatia ab omni priuatorũ vſu, & comuni habitatione excipiũtur. Priuatorũ dixi: quia iudices in eis reddunt ius: vt s̃. de off. rec. prouin. l. nullus. & facit. s̃. de ope. pub. l. quicunque. & de Iudæ. l. in ſynagoga.

## De cupreſsis ex loco Daphnes vel Perſeidis per Aegyptum non excidendis, vel vendendis.

Emẽtes. vel vẽdẽtes arbores cupreſsi in locis hic nominatis,
Perſeis. punitur. j. l. j. Perſeis nomẽ loci eſt in Aegypto, vbi creſcit cupreſſus



preſſus. ſicut Daphne. Et eſt ratio, quia continet aggeres tenentes aquam Nili, quæ opportunis temporibus inũdat agros, cum in Aegypto non pluit: vt s̃. de Nili ag. l. j. Daphne

# LIBER XII.

## De dignitatibus.

Quia ius publicum, de quo ſupra dixit. non poteſt expediri, niſi per exiſtentes in dignitate: ut ff. de orig. iu. l. ij. §. poſt originem. ideo de dignitatibus dicit, ſcilicet, qui ad eas admittantur, & reijciantur: & quæ priuilegia ex his competant, & quanto tempore durent. Eſt autem Dignitas qualitas vel præeminentia quæ inhæret perſonæ. Et quæ ſit differentia inter Dignitatem perſonarum, & Officium, no. in c. de multa. de præb. & hoc per Bar. Dignitas.

## De prætoribus, & honore præturæ: & collatione glebæ, & claui, & follis, & ſeptẽ ſolidorum functione.

De prima parte loquitur l. j. Et collatione, ſcilicet ſublata. Et erant quædam ſpeciales functiones, quas hic remouet: ſcilicet Collatio glebę, vel follis, vel claui, vel ſeptem ſolidorum. Talis enim actio perpetuo conquieſcat. j. l. ij.

## De conſulibus, & non ſpargendis ab his pecunijs: & de præfectis, & magiſtratibus militũ, & patricijs.

Olim conſules creati per vrbem ſpargebant pecuniam, quæ appellabantur Miſsilia. Inſtit. de re. di. §. hoc amplius. & hoc in ſignum lætitiæ: quia qui ad honores eliguntur, largius expendunt: quod hic prohibetur j. l. ij. ne cupidus lucri populus eos ſequatur, ſed eorum merita. Sed etiam hoc hodie corrigitur, & in voluntate eorũ ponitur ſpargere vel non, præter aurũ, quod ſoli principi conceditur: in Auten. de cõſul. §. ſpargere. coll. iiij. Miſsilia

## De præfectis prætorio, ſiue vrbi, & magiſtris militum in dignitatibus exequandis.

Omnes iſtos dicit eſſe pares gradu, licet habent dignitates diſtinctas: & ille præfertur, qui primo fuit electus in dignitate.

## De præpoſitis ſacri cubiculi, & de omnibus cubicularijs, & priuilegijs eorum.

Cuſtodientes cubiculum principis vel auguſtæ, eandem dignitatem habent, quam præfectus vrbi, & præfectus prætorio,

Universidad de Deusto Biblioteca



& magiſtri militum, Et hac dignitate depoſita, nulla intereſt diſtinctio reſeruata. niſi reuerentia temporis: ȷ.l.j. poterunt tamen etiam depoſita dignitate, cum vadũt extra vrbem vti cingulo ſuæ dignitatis. ȷ. fin. vbi vide de cingulo.

### De quæſtoribus, & magiſtris officiorum, & comitibus ſacrarum largitionum, & priuatæ.

Officia iſtorum ſunt ȣ. de offi. quæſto. cum tribus ſeq. tit.

### De primicerio, & ſecundicerio, & notarijs.

Primicerius eſt is, qui primus ſcriptus eſt in matricula notariorum, & qui primus locum obtinet: Secundicerius, qui ſecũdum: ad quod ȷ. de dome. l. vlt. Et notarijs: id eſt, cæteris poſtea ſcriptis. Alij dicunt, Et, pro, id eſt. Nam idem eſt ſecundicerius, quod primicerius. ſecundum eos. Vel diciter primicerius, quia primò portabat cereũ in aliquo feſto: & erat in dignitate, quia ſpectabilis ȷ. l. proxi. Alibi capitur pro eo qui primus eſt in choro, vel in cantu, abſente archiepiſcopo, ext ta eod. ti. ȷ.

### Vt dignitatum ordo ſeruetur.

Vſurpans ſcienter honorem ſibi indebitum, crimine ſacrilegij punitur, ȷ.l.j. & habens dignitatẽ cum adminiſtratione præfertur habentibus eandem ſine adminiſtratione. ȷ.l.ij.

### De magiſtris ſcriniorum.

Magiſtri ſcriniorum dicuntur magiſtri notariorum actorũ magnæ curiæ: quia imperiali etiam quodam modo aſsidere videntur maieſtati: etiam dignitate finita vnà cum eorum filijs à grauamine priuato & publico ſunt immunes. cõcor. ſunt in gl.

### De comitibus conſiſtorianis.

Comites conſiſtoriani ſunt illi, qui ſteterũt in principis cõſiſtorio: & proconſulibus adæquantur, ȷ l.j. & ſunt ſpectabiles, vt in Autent. de app. & intra quæ temp. §. illud.

### De comitibus & tribunis ſcholarium.

Præpoſiti ſcholariũ, id eſt, illorũ q ſũt p principẽ ad aliqđ officiũ deputati, prĩcipẽ adorare poſſũt, id eſt, ſalutare. Inter quos etiã Palatini numerant. ſi eis fuerit data primi ordinis comitiua cũ adminiſtratiõe: depoſito offi. ſi nõ aſpiruerit ad maiorẽ di-
Palatini gnitatẽ, pares ſunt comitibus Ponticæ. Alij verò milites ſolata militia numerantur inter eos qui fuerunt prouinciarum duces.

### De comitibus rei militaris.

Miſſus ob ſuam probitatem ad partes tranſmarinas cuſtodiendas illis dignitatis inſignibus adornatur, quibus procõſul.



### De comitibus, & archiatris.

Archiatri, id eſt, militantes inermi militia intra palatiũ prin- Archiatri.
cipis, ſi primi gradus militiam obtinuerũt, eã dignatẽ adipiſcũtur, quã duces & vicarij principis, qui nil iã miniſtrauerũt, & etiam comites primi ordinis: & dicũtur archiatri, id eſt ſummi medici ſecundum gl. hic: ab archia, id eſt, principatu.

### De comitibus, qui prouincias regunt.

Comites qui gubernauerunt prouinciam, depoſito officio, Priuilegio dignitatis vicariè funguntur. ȷ.l.j. & talis eſt ſpectabilis, vt in Auten. de app §. illud. Sed quidam ſunt illuſtres: vt ȷ. de ero. mili. anno. l. prouincialium.

### De profeſſoribus qui in vrbe Conſtantinopolitana docentes ex lege meruerunt comitiuam.

Grãmatici & Sophiſtæ & Iuriſperiti qui per xx. annos ſcientiam docuerint in Conſtantinopolitana ciuiate per illius ciuitatis cœtũ in arte docendi eſtimandi ſunt digni ea dignitate quà funguntur vicarijs principis. ȷ.l.j. Sed vicarius ęquiparatur comiti & duci: ergo ſunt comites & duces: vt ȣ. de com. & ar. l. j.

### De ſilentiarijs, & decurionibus eorum.

Decurio & Silentiarius à tyronũ equorũq; præſtatione habetur immunis: nec præſtare cogitur collectas extraordinarias quæ neceſſario imponuntur. Et dicuntur Silentiarij ſenatores,
eo quia ſilenda & occulta conſilia eis communicantur. Et dicũ- Silẽtiarij.
tur Conſiliarij, vt ff. de mi. l. verum. §. ex facto. Et ſunt excuſati à munerib' ȷ.l decurionib' deſcriptis. Sed nõ niſi tres Decuriones, & xxx. Senatores, ita demũ ſi p xij. cõtinuos annos peregerin in culpatũ officiũ eorũ immunitatem hanc habent, vt ibi;

### De domeſticis, & protectoribus.

Domeſtici ſunt ſerui, & liberti, & ſimiles ſecundũ quoſdam: vt ȣ. de his qui ad ecc. confu. §. ſane. quod non placet Accur. qa ingenui ſeruiunt principi: vt ȣ. de præpo. ſacri cub. l. iubemus. §. hoc non ſolum. Quare dic, domeſticis, vt ſunt Templarij, quidam fratres ad papam: vt ȷ. l fin. Protector vero eſt, qui ſtat armatus coram principe qui Stipatores dicuntur. Vnde Obelerius, & Beliſarius fuerunt domeſtici & protectores Iuſti-

Universidad de Deusto Biblioteca



miani:& tã primi,q̃ ſecũdi erãt plures:vt Vergil.Magna ſtipan
te caterua.Et habebat præpoſitos,qui primicerij dicũtur.j.l.ij.

### De præpoſitis laborum.

Quidã habẽt in tex.& rubr.Laborũ nec dicũt cui labori ſint
præpoſiti:alij,Labiorũ,à labijs:quòd fortè corribat eos,qui ma
Laborũ le loquebãtur de principe:& tũc melius ſtaret labragorũ,id eſt,
præſũptuosè loquentiũ.Vel dicit hoc laborũ,Signũ bellicũ ex au
ro lapidibus pretioſis,quod fecit fieri Cõſtãtin⁹ inter alia ſigna
bellica ſcd̃m Hug.& ſecundũ hoc ponitur p gtõ plurali ſinco-
pato,vt Deũ pro deorũ:& Vicariũ,pro vicariorũ.j.ti.prox.l.fi.
& deriuatur à Labor,vel à labros,id eſt,abũdãs:qui ergo talib⁹
ſignis deferendis præponebatur,dicebatur Præpoſitus laborũ.

### De proximis ſacrorum ſcriniorum, cæteriſq; qui in ſacris ſcrinijs militant.

Quidã habẽt præpoſitis:quod idẽ eſt. Dicũtur aũt Proximi
quia magis ſe principi pximãt,quã alij qui ſub eis ſunt,qui plu
res.j.e.hac parte.Et no.q᷑ tria ſunt ſcrinia ſeu cameræ,de qb⁹
Proxi- j.dicit:vna epiſtolarũ,quæ principi,vel ab eo mittebãtur,vt ſit
mi. Bonomię.Secũda libellorũ cõuetionaliũ,& cognitionũ.j.e.l.vl.
Tertia diſpoſitionũ,id eſt,regiſtrorũ.j.de agẽti.in re.l.iiij.&
tales hodie dicũtur Scribę,& Cãcellarij:& ſunt hi,ſecũdũ Pla.q
bus arcana principis cõmittũtur.j.e.proximos.Et eſt dignitas
quæ dicitur Proximatus j.eo.l.ſi quis. Item alij,qui dicuntur
Meloproximi.j.e.peculiarij.Sunt & alij multi gradus militan-
tium in ſacris ſcrinijs,de quibus j.e.vnicuiq;

### De agentibus in rebus.

Ad euidẽtiã præmitte,quòd Agẽtes in rebus,ſunt illi,de qui
Agẽtes bus ſit mentio per gl.j.de curioſis.l.fi.Et ſunt hi,quibus elatio-
in reb⁹. num cura mãdatur,vt ibi.Et erãt plures diuerſi per diuerſos nu
meros:vt j.vt l.iij.& quilibet numerus habebat præpoſitũ:vt
ſ.de off.ma.off.l.j.& dicebãtur Principes:vt j.tit.j.ſecũdũ gloſ.
hic.Vel dic melius ſecũdũ Bar.quod Principes agentes in reb⁹,
de quibus.j.ti.ij.ſunt illi,qui palmã laborũ emeriti per lapſum
xxv.ann.per pricipẽ,poſtea quieti traditi ſunt.j.tit.ij.l.j.& iiij.

### De præpoſitis agentibus in rebus.

Ds hoc ſ.ti.proxi.

### De principibus argentibus in rebus.

De hoc ſuprà,ti.ij.



### De curioſis & ſtationarijs.

Dictũ eſt in gñe de Agẽtibus in reb⁹,& eorũ principib⁹.Nũc
de duabus ſpẽbus,prima de curioſis,quorũ officiũ erat,nũtiare
crimina,& remittere criminoſos.j.e.l.fi.Secũda de quibuſdã e Curioſi
uectionibus,vt in tribus ll.ſed tales dicũtur curioſi,fortè quia
diſceptauerũt de his,q̃ nõ multũ expediũt,& plura ſapere quã o-
porteat voluerũt.c.j.de remi.li.vj.vel quia maiores curas exhi
bere,volebãt,quã res exigeret.iiij.diſ.deniq; de con.diſ.v.quin Statio-
q;,hi & Stationarij dicti,qui forte ſtabant certo loco,vnde au- narij.
ſcultarent crimina,& criminoſos deferrent,& qui & Irenarchæ
dicti,ff.de cuſto.re.l.diuus.ab iron,quod eſt cauillator,& ar-
chos princeps:quaſi princeps cauillationis & delationis.

### De palatinis ſacrarum largionum, & rerum priuatorum.

Palatini primicerij,& tres ſcriniorum promicerij,& tribuni
prætoriani militati dignitate funguntur,& nulla poteſt eis in
iungi neceſſitas,publica vel priuata.j.l.pen.& dicuntur Pala-
tini,qui aliàs Vicarijs:quia quodammodo gerunt vices princi
pis,vt dicit gl.j.l.j.Et conſueuerunt per prouincias tranſmitti:
anno tamen lapſo cingulo,id eſt,liberantur.j.l.placuit.& idem
eſt de palatinis principis,quod de his,j.l.fi.

### De ſtratoribus

Stratoriũ,id eſt,ſtabulũ.Vñ in Geneſi,Rachel,hoc vidẽs po-
ſuit idola patris in ſtratorio cameli,& ſedit ſup ipm.Vñ Strato Statores
res dicũt,q pſũt ſtabulis,ſeu eqs ſtãtib⁹ i ſtabulis,vt dicit hic gl.

### De caſtrenſianis, & miniſterianis.

In libro Irn.eſt,de,caſtrenſiarijs,& miniſterialis,qui forte
præerant caſtris principis ordinandis,vel mitandis:& erant
plures,& eligebantur de communi.j.ti.proxi.qui etiam à mi-
niſterio Miniſteriani dicti ſunt:hi tamen Caſtrenſianis,tãquã
præpoſitis ſuberant,& ſeruiebant.

### De decanis.

Decanus,id eſt,decem virorum ſocietas ſecundum Hug.vel
præeſt decem:vnde Decaniſſa,id eſt,vxor decani. Et quatuor
ex decanis,qui primum locum in ordine tenuerunt per bienniũ
ad primiceriatus officium aſſumuntur:& alij in locum eorum
debent ſurrogari elapſo biennium.

Universidad de Deusto Biblioteca



### De menſoribus.

Mẽſores dicti ſunt, qui mẽſurabãt mœnia iuxta caſtrũ, vel ſi milia, vt dicit gl. in rub. ſ. ti. ij. vel colũnarũ, vel hoĩm. Vel dic, Mẽſores frumẽtarios: vt ff. de excuſ. tu. l. mẽſores. & ff. de iur. im mu. l. ſi. vt illos qui metabãtur hoſpitia militum: vt J. de met. l. j.

### De priuilegijs eorum, qui in ſacro palatio militant.

Intellige in quocũq; officio: vt J. l. j. vbi dicitur quòd palatini à cunctis muneribus ſordidis ſunt immunes, ipſi & eorum filij, & nepotes: vt ibi.

### De priuilegijs ſcholarium.

Schola eſt, in quibus tyrones militiam addiſcunt: vel eſt ſocietas militum: vt J. l. ſi. Et magiſter militum non poteſt ſuos ſcholares ſenatores verberare, vel degradare: ſed iſtud ſpectat ad officium magiſtri officiorum. J. l. j.

### De caſtrenſi omnium palatinorum peculio.

Id eſt, de militibus palatij, qui principẽ ſequũtur: vt & ſ. tit. ſuperiori. Sed hic circa peculiũ. Et tales habẽtes aliquod priuilegiũ, q̃cũq; quæſiuerũt in officio morãtes, ex donis prĩcipis, aut eorũ induſtria, principe ſciẽte, retinẽt tanquã caſtrẽſe peculiũ.

### De equeſtri dignitate.

Equites Romani ſunt, qui Romam cuſtodiunt, nam & illi habentur pro abſentibus Reipu. cauſa: vt ff. ex. quib cau. ma. l. milites. & dic, quod erãt aliq præſidẽtes alijs: nõ enim ſimplex militia eſt dignitas: vt J. ti. ij. l. ſi. in prin. Et hi ſecundũ gradum
Clariſsimatus. poſt clariſsimatus, id eſt, conſulatus, dignitatẽ habent. vt hic.

### De perfectiſsimatus dignitate.

Perfect. Dignitas erat ſorte ei qui erat perfectiſsimus miles: ad hoc nõ aſſumebatur aliquis ſeruilis cõditionis, aut fiſco, aut curiæ obnoxius, vel piſtores, vel in aliquo negotio conſiſtentes, vel qui honorem quaſi venalẽ pretio redimere cogitabat, ſed ſola probitate, ſic ſ. de epiſ. & cler. l. ſi quenquam.

### Qui militare poſſunt, vel non. Et de ſeruis ad militiæ dignitatem aſpirantibus. Et vt nemo duplici militia, vel dignitate & militia, ſimul vtatur.

De armata militia loquitur: & de hac prima parte loquitur J. cod. l. j. ij. iij. & iiij. Et de ſeruis: de hoc J. cod. l. penul. & vlti.





Et vt nemo: de hoc J. ec. l. eis.

### Negotiatiores ne militent.

Qui præſunt ergaſterio, id eſt negotioni, militare prohibentur: non nobilitatis defectu, nam & libertus militat. ff. de teſta. mil. l. ſi duobus. Sed quaſi ex vili officio non debent aſſumi. ſ. de dig. l. neque. & de perfect. dig. l. j. Ergaſterium.

### De re militari.

Miles captus ab hoſtibus, dum eſt ibi, ſtipendium vel ſalarium habere non debet. J. l. j. Et implentes ſtipendia militiæ xx. annis per cohortes, munera ſordida non coguntur ſubire. J. l. ij.

### De caſtrenſi peculio militum, & præfecti annonæ

Filius in poteſtate militans, ob eam cauſam accipiens dono à patre, matre, vel alijs propinquis, vel amicis, & quæ ei militiæ occaſione ſunt quæſita, in caſtrenſi peculio numerantur. Et Caſtrenſis res.
not. quod res empta ex caſtrenſi peculio dicitur eſſe caſtrenſis: vt hic. De vltima parte rubr. nihil dicitur in tex, vt ſæpe ſupra.

### De erogatione militaris annonæ.

Erogatio dicitur diſtributio, id eſt, quid & vnde habaant milites ſtipendia.

### De excoctione, & translatione militaris annonæ.

Ab excoctione panis militibus præſtandis nulla domus, etiã Principis, excuſatur. Etſi procurato eius, cui panis coquendus Exactores.
mandatur, contumaciter facere neglexerit, punitur ipſe, & dominus eius ſi furit conſcius. J. l. ij. Exactores autem, id eſt, diſtributores, qui militibus annonam à prouincialibus exactam ſoluunt, à prouincialibus non petant panis excoctionem, niſi fuerit inter eos conſuetudo contreria. J. l. j.

### De militari veſte.

Canonem veſtium militarium à Calend. Septembris vſque Calend. Aprilis Reſpublica ſoluet. J. l. j.

### De metatis & epidimeticis.

Metati dicuntur milites in terminis caſtrorum, quæ caſtra vallo vndique circundabant: vnde in Biblijs, Caſtra metati ſunt filij Iſraël. & ſic ponitur ſ. de epiſco. & cleri. l. omnia. Sed Epidimetici dicuntur, qui ſupra milites ſunt conſtituti, metiẽ- Epidimetici
tes, ſiue dimetientes militibus hoſpitia: ab epi, quod eſt ſupra, & metis, id eſt, metatis. id eſt, de his qui ſupra milites dime-

Universidad de Deusto Biblioteca



tiuntur, id eſt, diuerſis diuerſa aſsignant hoſpitia.

### De Salgamo hoſpitibus non præſtando.

Salga mum. Sagulũ.

Comes, tribuni, vel præpoſiti, militum nomine, ſalgami gratia, id eſt, culcitras, lignum, vel oleum à ſuis hoſpitibus non extorqueant. Et dicitur Salgamum culcitra, qua milites dormiebant, quod & Sagulum dicebatur, & ex pilis caprinis fiebat. Iuuenalis: Diſcit ab hirſuta iaculum torquere capella.

### De commeatu.

Commeatus dicitur alimentum, quod à militibus, vel alium de tempore expeditionis in caſtris exiſteutibus à finitimis regionibus & locis pro cibando exercitum adducitur. Et milites à caſtris & ſignis pro commeatu diſcedere non debent, niſi vſq; ad xxx. vt s̃. de ero. mil. anno. l. iubemus per han. §. vt autem.

### De tyronibus.

Tyro.

Tyro eſt nouus miles, qui adhuc non eſt ſcriptus inter fortiſsimos milites: vt ff. de teſta. mili. l. ex eo. & tyrones in ſcholis loco ſemper poſteriore ponuntur, j̃ l. fi.

### De litorum & itinerum cuſtodia.

Satis clarus eſt.

### De deſertoribus, & occultatoribus.

Deſertores. Occultatores.

Deſertores milites dicuntur, qui militiam tempore belli deferentes à ſignis abierint: vt dixi ff. de re. mil. pag. 215. Occultarores autem dicuntur priuati homines, qui deſertores recipiunt.

### De veteranis.

De hoc dixi s̃. Et gaudent priuilegijs hic deſcriptis.

### De filijs officialium militarium qui in bello moriuntur.

Officia militaria multa ſunt, & varia, vt ex ſuperioribns ti: patet: horum morientium filij in parentum militiam vocentur, j̃. l. j. & s̃. de tab. l. ſi.

### De oblatione votorum.

Felix annus votis communibus aperitur, id eſt, ex voluntate donandi principibus: & hic dicit, quomodo vna libra auri obrizati, id eſt puri, dari debet: & ſic de melioribus rebus dare debet, qui donat.

De



### De numerarijs, & actuarijs, & chartularijs, & adiutoribus, ſiue ſcriniarijs: & exceptoribus ſedis exceſſ, cæterorũq; iudicũ, tã militariũ, quã ciuiliũ.

Numerarij. Actuarij Chartularij. Scriniarij. Exceptores.

Numerarij, ſeruientes rectoribus in diuerſis obſequijs, tormentis & carceribus puniuntur j̃. l. j. & ſunt Numerarij qui hodie Tabellarij appellantur: qui & Actuarij, eo quòd acta publica ſcribunt: & Chartularij, à chartis: & Scriniarij, ſiue Exceptores dicuntur.

### De curſu publico, & aganrijs, & perangarijs.

Curſus.

Curſus q̃nq; ponitur pro officio currendi, q̃nq; pro loco per quem curritur, ſecundum Hu. vt j̃. l. ij. erant enim quid officiales, qui præurant officio, vt facerent conduci militibus annonã & arma in plauſtris, quæ ducebantur cum equis, vel in ipſis equis. j̃. e. l. curſum. & s̃. de Fabri. l. fi. §. quoties. Angaria autem ſunt obſequia, in operibus perſonarũ. Perangaria autẽ in quibus vtrunq; vertitur, ſcilicet opera perſonarũ, & rerũ impẽdia. vt dicit gl. in l. neminẽ. C. de epiſco. & cleri. & gl. sn c. non minus. de immu eccl. & gl. in l. j. s̃. quemad. ciuil. mun. lib. x.

Angaria Perãgaria.

### De tractatorijs & ſtatiuis.

Tractatores. Tractariæ.

Tractatores erant viri, qui tractabant, & contrectabant animalia publica, & equos ſacro vſui deputatos: vel forte Tractatoriæ dicuntur literæ datæ pro licentia vehendi animalia: vt s̃. tit. j. l. curſum. in fi. Vel vt liceret ad tractandum vel apprehendendum criminoſos impetrare: vt s̃. de deſer. l. j. §. j.

### De apparitoribus præfectorum prætorio, & priuilegijs eorum.

Apparitores. Cornicularij.

Apparitores præfectorum dicebantur, qui & Cornicularij, qui cornua ſonabant quando milites ibant ad bellum, ſecundum Hug. de quibus j̃. l. iij & s̃. de offi. diuer. iud. l. ſciant.

### De apparitoribus præfecti vrbis.

Qui adminiſtrauerunt multa officia in prouincia, officio finito principis purpuram non adorant. Item apparitor ſedis vrbanæ de concuſsione piſtorum conuictus punitur.

### De apparitoribus magiſtrorum militum, & priuilegijs eorum.

Qui in officijs magiſtrorum equitum & peditum militarũt quales ſunt numerarij & ſimiles: vt j̃. cod. l. numerarios. mili-

B 5 ta

Universidad de Deusto Biblioteca



taris ſunt ordinis,& gaudent priuilegijs hic inſertis.

### De apparitoribus proconſulis & legati.

Proconſul,vel Legatus,non debet eſſe curialis vel aſcriptus alicui corporis& ſi aſcriptus eſt,debet reſtitui ei.Et apparitores legatorum debent eſſe oportet.

### De apparitoribus comitis orientis.

In officio comiti orientis non amplius quàm ſexcentos apparitores eſſe oportet.

### De cohortalibus,principibus,cornicularijs, ac primipilarijs.

Cohortalis. Cohortales dicti ſunt,qui officio curiæ erant coartati & aſtricti.Et principibus,cor.dic vt §.tit.iij.l.numerarios.in fi.

### De apparitoribus præfecti annonæ.

Apparitores præfecti annonę ſunt compulſores,qui exactionem canonis annonarij faciunt.

### De diuerſis officijs,& apparitoribus iudicum, & approbatoribus eorum.

Diuerſi officiales,Apparitores,& Limitanei caſtrorum conueniuntur ſub officiorum magiſtro.non tamen per hoc derogatur iuriſdictioni magiſtri militum Thraciæ,vel Illyrici:qui ex conſuetudine contra eos iuriſdictionem habent,j.c viros.

### De executoribus,& exactoribus.

Ne apparitores,vel palatini executores p puinciā vagādo inferāt puincialibus moleſtia:ideo periculū geſtorū per eos ſpectat ad illos,quorū ſunt apparitores,vel exactores,j.l.j. Exactor Exactor eſt cōpulſor:& exactor intra annū debet oſtēdere qđ exegerit.

### De lucris aduocatum,& concuſsione officiorū ſiue apparitorum.

De lucris,ſcilicet prauis:vt j.l.j.& ij.De licito dic vt §.de ſuff. l.vna. De concuſsione,id eſt,deprædatione deuictus pœnam ſubeat legibus competentem.j.l.fin.

### De primipilo.

Primipillarij,dicuntur primi adminiſtratores.& ſic accipitur §.de cohor.l.ſi ſolita.& l.ordinariorum.& §.de rei.& cle.l. officiales.Aliàs pro his,qui primum pilum,id eſt,telum vel haſtam ferunt:& ſecundum Hu.poteſt accipi vtroq; modo.

### Publicæ letitiæ,vel conſulum nuntiatores,vel inſinuatores conſtitutionum,& aliarum ſacrarum vel iudicialium literarum,ex deſcriptione, vel ab inuitis ne quid accipiant immodicum.



Lætitiæ,ſcilicet nuntiatores,& dic,quòd quādo principi aliquod felix nuntiabant factum,vt quia conſul eligebatur princeps etiā mittebat eis aliquam conſtitutionem,& nūtius dabat & ſcribebat de ſe dediſſe.Immodicū,id eſt,magnū paſtūm licet accipere ab his,quibus talem licentiā portant,ſecundū gl.hic.

FINIS.

# CONSVETVDINES FEVDORVM.

QVia de feudis tractaturi ſumus,videndum Primò,an hic liber ſit approbatus:& procedit hæc quæſtio in conſtitutionibus non editis ab Imperatore.Et quod ſic,patet:quia illæ conſtitutiones allegantur per glo.vtriuſq; iuris,leguntur in ſcholis publicis,& continent in ſe rationem:& lex eſt,quicquid in ratione conſiſtit,j.de conſuetu ponit Io.And.in c.ij.eo.tit. faciunt no.per Bar.in l.j.ff.ſi cer.pet.

## COLLATIO DECIMA.

### De his qui feudum dare poſſunt,& qui non:& qualiter,acquiratur,& retineatur.

EST autem Feudum beneficium ſecularīū,no.in c.in præſentia.de pba.feudum.autē dare poſſunt archiepiſcopꝰ Feudū quid. epiſcopus,abbas,abbatiſſa,præpoſitus,ſi antiquitus conſuetudo eorū feudū dare fuerit.Marchio,Comes ſimiliter feudum dare poſſunt,qui propriè regni,vel regnum capitanei dicuntur.Sunt & alij qui ab illis feudū accipiunt,qui propriè regis,vel regni Valuaſores dicuntur:ſed hodie Capitanei dicuntur,ſeu appellātur,qui & ipſi feuda dare poſſunt. Valuaſores. Capitanei. Ipſi verò qui ab eis accipiunt feudum,minores valuaſores dicuntur. Et quidem antiquiſsimo tempore,domini quando voluerunt,poterant rem in feudū à ſe datam auferre:poſtea vero conuentum eſt,vt poſt annum tantum firmitatem haberēt:deinde ſtatutū eſt,

Universidad de Deusto Biblioteca

eſt, vt vſq; ad vitam fidelis perduceretur: poſtea tamen ſic progreſſum eſt vt ad alios deueniret: in quos ſcilicet dominus hoc vellet beneficium confirmare.

### De feudo guardiæ & caſtaldiæ.

Caſtaldus.
Guardianus.
Oeconomus.
Villic9.

Caſtaldus, ſiue Actor dicitur cui res dñi cõmittitur gubernãda. C. de ſacroſanc. eccl. l. iubem9. circa prin. q & guardianus dicitur, id eſt, cuſtos: vt alias dicitur Oeconomus, cui gubernanda res eccleſiaſtica mandaẽ. Villicus aũt dicitur, q fructib9 ꝑcipiẽdis ꝑponitur: vt ff. de inſt. l. ſed cũ villico. Et licet alias feudũ hodie ſit perpetuũ: in hoc tamẽ feudo ſiue caſtaldia, quod datur ꝑ mercede alicuius rei, poſt annum poteſt auferri, etiam pretio ꝑ eo dato non reſtituto, niſi ad certum tempus datum ſit: vt j.

### Qui ſucceſſores feudum dare teneantur

Si perſona eccleſiaſtica facit inueſtituram de feudo quod ab alio detinet añquã ſibi approprietur, non tenetur ſucceſſor ei9: et ſi purè aliquẽ inueſtierit, exinanitur feudum. ſi aũt ſub cõditione fecit inueſtiturã, & econuerſo præcedẽte vaſallo, inueſtiturã recuſare nõ valet. Secus eſt in pſona priuati, quia tũc vtriuſq; ſucceſſor obligatur. j. ſi de feud. controuer. ſu. c. moribus.

### Si de inueſtitura feudi controuerſia fuerit.

Quidã habẽt hoc gloſatũ: Vacat hoc c. propter inferius c. de contro. feu. apud pares cur. ter. c. ſi inter dñm. Nouæ inueſtituræ intereſſe debẽt pares, ſi tñ dñs pares habeat: ſi tñ aũt nõ habet, tũc ſufficiẽt extranei. j. qui teſt. ſint nec. ad ꝓbã. no. inueſti.

### Quibus modis feudum dare amittatur.

Si dñs prælĩũ cãpeſtre habuerit, & vaſallus eũ morãtẽ in ipſo prælio dimiſit nõ mortuũ, nec ad mortẽ vulneratũ, feudũ amittere debet, Itẽ ſi vaſallus cucurbitauerit dñm, id eſt, cũ vxore eius cõcubuit, vel cõcubere ſe exercuerit, aut cum ea turpiter luſerit: vel ſi cum filia, aut nepte ex filio, aut cũ ſorore domini cõcubuerit, iure feudũ amittere cẽſetur. Similiter ſi dñm aſſalierit, vel caſtrũ dñi, ſciẽs dñm vel dominã ibi eſſe, vel cũ inimicis domini amicitias copulauerit, vel alias cõtra dñm ſe habuerit, amiſsione feudi mulctabitur, & feudũ ad dominum reuertitur.

Cucurbitare.

### Epiſcopum, vel abbatem, vel abatiſſam, vel dominum plebis feudum dare non poſſe.

Clerici res ipſius eccleſiæ in feudũ dare nõ poſſunt de nouo: ſed alias quas datas inuenerũt tpe ſui ingreſſus nõ ꝓhibẽtur: & hoc eſt



eſt quod hic dicitur, quæ videlicet ei ſubiectæ ſunt &c.

### De natura feudi.

Natura feudi hæc eſt, vt ſi quis princeps inueſtierit capitaneos ſuos de aliquo feudo, nõ põt eos deueſtire ſine culpa ſimile. j. de feu, ſine cul. nõ am. c. j. & ti. quo tpe mil. inueſt. pet. deb. c. iij.

### De ſucceſsione feudi.

Si quis deceſſerit filijs & filiabus ſuperſtitinus, ſuccedũt tantum filij æqualiter. vel nepotes ex filio loco ſui patris, nulla ordinatione defuncti in feudo manente, vel valente.

### Qui ſucceſſores teneantur.

Si quis inueſtitus fuerit de aliquo feudo poſt mortẽ eius, vel ſi quis fuerit inueſtitus ſub cõditione aliqua, vel tẽpore de quo nullus erat inueſtitus: ſiue præmoriatur tenẽs feudũ, ſiue inueſtitor, ſiue inueſtitus: inueſtitor & inueſtitoris hæredes teneãt inueſtito, vel hæredi eius, veniente tempore vel conditione.

### De contentione inter dominum & fidelem de inueſtitura feudi.

Si contentio fuerit inter dominũ & fidelem de inueſtitura feudi, per pares curiæ dirimatur. iſtud plenus no. j. quid ſit inueſti. c. j. §. j. & j. ſi de inue. inter do. & vaſ.

### De pignori dato feudo quid iuris ſit.

Si quis voluerit dicere, de pignore ſibi dato ſe inueſtitũ eſſe, nõ credatur ſuo iuramẽto: ſed teſtibus idoneis partibus domus.

### De contentione inter me & dominum de portione feudi fratris mei defuncti.

Si cõtentio fuerit inter me & dominum de portione, id eſt, dimidietate feudi fratris mei defuncti, dicẽdo paterno eſſe: ille vero nomine: ſiue poſsideo per me, ſiue per alium, dabitur mihi iuſiurandum, ſcilicet patrem meum iure inueſtitum fuiſſe &c.

### De alienatione feudi.

Si cliẽtulus voluerit partẽ ſui feudi, alienare, id eſt, medium ſine domini volũtate, poterit hoc facere: ſed totũ alienare non poteſt: alias feudum amittet, & non valebit quod factum eſt.

### De feudo marchiæ, vel comitatus, vel ducatus.

De marchia, vel ducatu, vel comitatu, vel aliqua regali dignitate

tate, ſi quis inueſtitus fuerit per beneficium ab Imperatore, ille tantum debet habere: hæres enim non ſuccedit vllo modo, niſi ab Imperatore per inueſtiturã acquiſierit.

### An maritus ſuccedat vxori in beneficio.

Si fœmina habẽs bñficiũ & maritũ, moriatur, nullo modo ſuccedit in bñficio maritus, niſi ſpãliter inueſtitus fuerit: & ſi ipſa fœmina filios dimiſerit, licet de iure in bñficiũ matris ſuccedere non deberẽt, quã non fuit dictum, vel inueſtiti fuerint: quia ſecũdũ vſum regni ad beneficiũ vocãtur paternũ, & nõ maternũ: ſecundum æquitatem dicamus filios debere ſuccedere.

### De feudis datis minoribus valuaſoribus, quid iuris ſit.

Si minores valuaſores beneficiũ tollere voluerint minime valuaſoribus &c. iſtud totũ correctum eſt ſ. de natura, feu. in fi.

### Quibus modis feudum amittatur.

De hoc dixit ſ. in tit. ſimili.

### Apud quẽ, vel quos, controuerſia feudi diffiniatur.

Dixi ſ. de in inueſti. feu.

### Conſtitutiones feudi dominij Lotharij Imperatoris, quas ante ianuam beati Petri in ciuitate Romana condidit, obſeruandas.

Loquitur de feudis militum.

### De beneficio fratris, & qualiter frater in beneficio fratris ſuccedit.

Frater non ſuccedat fratri in bñficio, ſed dñs habeat, niſi per inueſtiturã à dño ordinatũ fuerit: vel vbi beneficiũ de cõibus bonis fuerit emptũ: vel vtriuſq; nomine, domino ſciẽte, ſi in ſimul ſteterint: vel in hoſtem regis acquiſierint.

### De feudo ſine culpa non amittendo.

Satis clarũ eſt. de hoc dixi ſ. de natu feu.

### Quo tempore miles inueſtituram petere debeat.

Nemo miles vltra annum & menſem vadat, vt inueſtiturã beneficij ſui à filio vel ſucceſſore domini ſui petat: niſi iuſta cauſa interueniente, quare non petierit

### De beneficio fratris, & qualiter frater in beneficio fratris ſuccedit.

De hoc ſ. ſi de inueſtitu. inter dominũ & vaſal. cõtrouer. ſu.

Quem



### Quemadmodum feudum ad filiam pertineat.

Filia non habet beneficium patris, niſi à domino redemerit.

### Quibus modis feudum conſtitui poteſt.

Feudũ ſine inſtitura nullo modo poteſt cõſtitui: etiã ſi dño iubẽte quis alicuius rei noĩe feudi poſſeſſionẽ narc ſcit, & teneat.

### Si de inueſtitura inter dominum & vaſallum lis oriatur.

De hoc ſ. hic tñ traditur forma noua.

### De feudo dato in vicem legis commiſſoriæ reprobando.

Feudum non ſub prætextu pecuniæ, ſed amore & honore domini acquirẽdum eſt: & ideo non poteſt feudum acquiri ſecundum pactum legis commiſſoriæ occaſione pignoris.

### De vſu Mediolanenſium ſecundum quoſdam.

Non vtitur hoc vſu.

## LIBER II.

### De feudi cognitione.

CONſuetudo in feudis vincit leges. Et feudum non poteſt conſtitui, niſi in rebus ſoli, aut ſolo cohærentibus. Conſuetudo feudi.

### Quid ſit inueſtitura feudi.

Inueſtitura proprie dicitur poſſeſſio: abuſiuè autẽ modo dicitur inueſtitura, quando haſta vel aliud quodlibet corporeum porrigatur à domino, ſe inueſtiturã facere dicẽti: & debẽt fieri, ſaltem ab eo qui habet vaſallos, corã duobus ex illis ſolẽniter. Inueſtitura.

### Per quos inueſtitura, & per quos recipiatur.

Inueſtitura aut fit de veteri beneficio, & poteſt etiam à minore fieri. Noui autem inueſtitura feudi, non ab alio rectè fit, niſi ab eo qui legitimè ſuorum bonrũ adminiſtrationẽ habet. Sed etiam res cuius alienatio prohibetur: nec per beneficium dari conceditur, niſi in caſibus.

### Quid præcedere debeat, an inueſtitura, vel fidelitas.

Inueſtitura debet præcedere fidelitatem, id eſt, iuſiurandum quod à vaſallo præſtari debet domino: de quo ſ.

### Qualiter iurare debeat vaſallus domino fidelitatẽ.

Hic ponitur forma, quæ & xxij. q. v. de forma habetur.

De

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca



### De forma fidelitatis.

Ecce alia forma.

### De noua forma fidelitatis.

Iſtud capitulum in paucis couſuetudinibus inuenitur: quia nouiter eſt inuentum, vt in principio ipſius.

### De inueſtitura de re aliena facta.

Qui alienæ rei ſciens inueſtituram accipit, niſi pacto ſpeciali ſibi proſpexerit, de euictione agere non poterit. Ignorãs verò rectè aget, vt aliqd eiuſdẽ bonitatis ſeu quantitatis ei præſtet.

### Qualiter olim poterat feudum alienari.

Olim vaſallus domino inſcio, vel inuito, feudi partem vendere poterat, retentu videlicet alia parte: hic autem ponitur optima conſuetudo noua.

Dux. 
### Quis dicatur marchio, comes, capitaneus vel valuaſor.

Marchio. Qui à principe de ducatu aliquo inueſtitus eſt, Dux vocatur:
qui vero de marchia, Marchio. Dicitur autem Marchia, quia
marchia vt plurimũ iuxta mare ſit ſita, à mari & archia, id eſt,
Come. principatus maris. Qui vero de aliquo comitatu fuerit inueſti
Capitaneus. tus, Comes appellatur. Qui à principe, vel aliqua poteſtate de
Valuaſores. plebe aliqua, vel plebis parte eſt inueſtitus, Capitaneus appella
tur, qui propriè Valuaſores maiores olim vocabantur: qui vero à capitaneis antiquitus beneficium tenent, Valuaſores minores dicuntur. Qui autem à valuaſoribus feudum quòd à capi
Valuaſiani. taneis habeatur, ſimiliter acceperint, Valuaſini, id eſt, Minimi
valuaſores appellantur. Soldata autem eſt præſtatio quædam
Soldata. annua, & gratuita, quæ à neutra parte tranſit in hæredem.

### De ſucceſsione fratrũ, vel de gradibus ſuccedentium in feudum.

Ad lineas ex tranſuerſo non porrigitur niſi antiquum feudum, & deſcendentibus deficientibus: vt hic, & ſupra de ſucceſ. feu. & ĩ. de nat. feu.

### De fratribus de nouo beneficio inueſtitis.

Portio fraterni feudi, etiam ſimul inueſtiti, altero defuncto non pertinet ad fratrem, etiam ſimul inueſtitum, niſi facta fuerit eo pacto inueſtitura.

### De inueſtitura, quam Titius accepit à Sempronio.

Hic eſt parua dubitatio.





### De vaſallo decrepitæ ætatis, qui feudum refutauit, vt filij inueſtirentur.

Feudum quamuis refutatum ſit, nihilominus eſt paternum niſi ad hoc refutaretur, quaſi de nouo ipſos benè inueſtiret: intellige tamen conſentientibus his ad quos per ſucceſsiõnem eſt peruenturum: vt J. de eo qui ſi. fec agn.

### De inueſtitura in maritum facta.

Cum vterque domini feudatarius vaſallum ſe aſſerit: licet vnus de no nouo, alius de veteri contendat: non ipſe dñs iudex eſt, ſed ordinarius, vel arbiter litigium terminabit.

### De controueſia feudi apud pares terminanda.

De hoc dixi ĩ. ſi de contro. feu.

### De eo qui ſibi, vel hæredibus ſuis maſculis, vel fœmininis, inueſtituram accepit.

Nota in hoc titulo potiſsimè, quantũ ſit potior maſculorum quàm fœminarũ conditio. Nã maſcurus excludit germanã ſuã.

### De duobus fratribus à capitaneo inueſtitis.

Vnuſquiſq; ſibi ſuiſq; hæredibus videtur proſpexiſſe: ſic ff. de prob. ſi pactam.

### An remoueri debeãt teſtes qui pares eſſe deſierint.

Dic, quòd ſufficit tempore inueſtituræ pares fuiſſe, etiam ſi poſtea pares deſinant.

### De controuerſia inter epiſcopum & vaſallum.

Quicquid inter hos ſiue de inueſtitura, ſiue de fidelitate, ſiue de principali cauſa agendum eſt, per ſuam curiã eſt expediẽdũ.

### De vaſallo milite qui arma bellica depoſuit.

Qui deſijt eſſe miles ſeculi, & factus eſt miles Chriſti, beneficium amittit, cùm non poſsit facere officium, ergo nec beneficium ad eum pertinebit.

### De milite vaſallo qui contumax eſt.

Si miles ad tertiam vocationẽ domini nõ venerit, hoc ipſo feudum amittit.

### In quibus cauſis amittatur feudum.

De hoc ſuprà in ſimili titulo dixi.

### Quæ fuit prima cauſa beneficij amittendi.

Hac rubrica rato vtimur, quia ſub ſuperiori continetur.

Universidad de Deusto Biblioteca



**Si de feudo vaſallus ab aliquo interpellatus fuerit, & domins eum defendere noluerit.**

Si vaſallus, cùm de feudo interpellabatur, autorem ſuum, id eſt, dñm, vt eum defenderet, vocauit, & hoc probare poſsit: ſi in eo iudicio vaſallus fuerit victus, dominus ſibi imputet.

**Si de feudo contentio ſit inter dominum & cognatos vaſalli.**

Multa ſpecialia continet hic tit.

**De pace tenenda, & eius violatoribus.**

Qui pacē iuratā frāgit, & quinque ſolidos furatur, ſuſpēdit.

**Hic finitur lex: Deinde conſuetudines regni incipiunt.**

Multa capitula continet.

**De filijs natis ex matrimonio ad morganicam contracto.**

Morganica dicitur donatio facta vxori in recōpenſam virginitatis prima nocte amiſſæ.

**De feudo fœminæ.**

Fœmineum feudum ſine pacto ſpeciali deficientibus filijs maſculis ad filias pertinebit.

**Si vaſallus feudo priuetur, cui deferatur.**

Dic vt in tit.

**Qui teſtes neceſſarij ſunt ad nouam inſtitutionem probandum.**

Semp pares curiæ ſūt neceſſarij ad pbādū inſtitutionē feudi.

**De conſuetudine feudi.**

Dic vt in eo.

**De lege Conradi.**

Hæc lex continet, quòd ſi inter capitaneos controuerſia fuerit, coram rege finiri debere. Lex Cōradi.

**De clerico qui inueſtituram facit.**

Clericus faciens inueſtituram de ſuis bonis, eius ſucceſſor omnino cogitur eam adimplere.

**An mutus, vel aliter imperfectus, feudū teneat.**

Dic, quòd tales non poſſunt retinere, quia ipſum deſeruire non poſſunt: ſicut dicimus in clerico, & fœmina, & ſimilibus.

An



**An ille, qui interfecit fratrem domini ſui, feudum amittit.**

Dic quòd non.

**De vaſallo, qui contra conſtitutionem Lotharij regi beneficium alienauit.**

Si totum alienauit, perdit totum: ſi partem, perdet eam, & ad dominum reuertatur.

**De alienatione paterni feudi.**

Alienatio paterni feudi non valet ſine domini voluntate.

**De capitulis Contradi.**

Hæc ſunt capitula quæ ſequuntur.

**De controuerſia inter maſculum & fœminam de beneficio.**

Creditur maſculo cū ſuo iuramēto dicēte feudū eſſe maſculinū.

**De controuerſia inter dominum & emptorem feudi.**

Dic vt in eod.

**De controuerſia inter vaſallū, & aliū, de beneficio.**

Dic vt in eo.

**Quid iuris ſit ſi vaſallus poſt alienationē feudum recuperet.**

Hoc traditur hoc ius.

**An agnatus, vel filius defuncti poſsi retinere feudum, repudiata hæreditate.**

Si paternum fuerit, poterit: aliàs non.

**An apud iudicem, vel curiam domini, quæſtio feudi debeat terminari.**

De hoc q̃.

**Qualiter dominus proprietate feudi priuetur.**

Si dominus apertā feloniā contra vaſallū fecerit, dñs pprietate feudi priuatur: vt ſicut vaſallus feudū amitteret hoc caſu.

**De feudo non habente propriam feudi naturā.**

Dic vt in eod.

**De eo, qui finem fecit agnato de feudo paterno.** Finē facere.

Finem facere, eſt refutare feudum.

Universidad de Deusto
Biblioteca



De natura ſucceſsionis feudi.

De hoc ſ.

De prohibita feudi alienatione per Lotharium.

De hoc ſ.

De capitaneo qui curiam vendidit, an intelligatur beneficium vendidiſſe.

Dic quòd ſic.

De pace tenenda inter ſubditos, & iuramento firmanda, & iudicãda: & pœna iudicibus apposita, qui eam iudicare, & iuſtitiam facere neglexerint.

Dic vt in eod

De allodijs.

Allodiũ dicitur, quod eſt propriũ, non tamẽ excludit ſuperioritatẽ principis. Et eſt res libera, de qua tamen pręſtaẽ tributũ. Allodiũ

De prohibita feudi alienatione per Fridericum.

Dic vt ſ. ſæpe diximus.

Quæ ſint regaliæ.

Regaliæ ſunt ius exigendi angarias, & perangarias, quas hæc conſtitutio exprimit quales ſint. Regalis

Quot teſtes ſint neceſſarij ad probandum feudi ingratitudinem.

Dic quòd quinque.

De notis feudorum.

Licet quidam habeant, De votis feudorum: tamen potius puto fore notas ſiue notulas ſuper feudis factas.

FINIS.

# EXTRAVAGANTES: SIVE.

COLLATIO XI.

Quomodo in læſæ maieſtatis crimine procedatur.

HAnc conſtitutionem dominus Bartolus ſolenniter commentauit.

Qui ſint rebelles.

Hoc titulo ſatis exprimitur.

Finis omnium titulorum legalium.



# DECRETALIVM TITVLI.

OPeræ pretium eſt poſt titulorum legalium pro noſtra virili factã interpretionẽ, aliqualem ſaltem perfunctoriam iuris canonici diuinarum, puta decretalium Gregorianæ compilationis, rubricarũ q; earũdẽ facere expoſitionẽ: ſaltẽ illarũ quas præcedẽs noſtra minus contingit explanatio. Pro cuius quidẽ vberiori euidentia ſciẽdũ, Differre inter ſe Conſtitutionem, Decretum, & Decratalem Epiſtolam. Nam Conſtitutio eccleſiaſtica varijs nominibus nũcupatur: quãdoq; enim appellatur Canõ, quandoq; Decretum, quandoq; Decretalis Epiſtola, quandoq; Dogma, quandoq; Sanctio, quãdoq; Mãdatum, quãdoq; Interdictum. De quibus glo. ij. diſt. ſumma. Decretalis autẽ epiſtola propriè eſt cõſtitutio, quã papa edidit cũ cõſilio cardinalium vel ſine, ad alicuius cõſultationẽ. Decretũ vero quando ad nullius conſultationẽ. Conſtitutio autẽ quandoq; ponitur ſpecifice, & eſt propriè quod pñceps ſtatuit: vt in c. cõſtitutio. diſt ij. Decretalis epiſt. Decretũ Conſtitutio.

Procœmiũ huius libri primo pręmittit ſalutationẽ cũ nomine ſcribẽtis. ibi, Gregorius, &c. & quib' ſcribit. ibi, Dilectis, &c. & benedictionẽ ibi, Salutẽ, &c. Secũdo ponit exordiũ, ibi: Rex pacificus: in quo cõcludit finale intẽtũ iuris generalis: ponẽs finẽ viatoris, id eſt, hominis ad quẽ à deo diſpoſitus eſt, allegans cauſam deuiatiõis ab hoc fine. ibi, Sed effrenata, &c. Cõcludẽs, legẽ neceſſariã vt ad debitũ finẽ viator deducatur. Et oſtendit tres virtutes, & proprietates legis: ibi, ideóq; lex proditur, &c. Secunda pars ponit euẽtũ circa cõſtitutiones Eccleſiaſticas correctioni ſubmittẽdas: & ponit materiã, & cauſam impulſiuam huius compilationis, cũ cauſam adiutiua, ſiue auxiliatrice: ibi, Per dilectum. Addens formalem cauſam ibi, Reſecatis, &c.

De ſumma trinitate & fide catholica.

Glo. continuat & declarat, dixi C. eo. ti. pag. 226

De conſtitutionibus.

Dixit ſ. in princ. huius. & ff. de conſti. prin. pag. 8

De reſcriptis.

Reſcriptum eſt illud, quod ab Apoſtolico, vel à principe reſcri- Reſcriptum.

Universidad de Deusto Biblioteca

ſcribitur ad cõſultationẽ, relationẽ, ſeu imitationẽ alteri⁹. vel alicui indu lgẽdo, ſcd'm Hoſt. in ſũ. e. ti. dixi aliqd ff. de diuer. & tẽp. pręſcrip. pag. 171. & C. ſi contra ius vel vti. pub. pag. 237

Conſuetudo.

## De conſuetudine.

Conſuetudo ſecundũ Iſido. eſt quoddã ius moribus vtentiũ approbatum, quod pro lege ſuſcipitur cum deficit lex. j. diſt. cõſuetudo. dixi ff. de leg. pag. 9. & C. quæ ſit lon. conſ. pag. 315

## De poſtulatione prælatorum.

Poſtulatio. Poſterior eſt petitio gratiæ à ſuperiore facta: ita dicit gl. in c. vno. eo. tit. lib. vj. Vel eſt quædã gratiæ petitio à ſuperiore facta de promouẽdo aliquẽ ad prælationẽ, ad quam de iure communi propter defectũ aliquẽ, vel impedimenum eligi ſeu promoueri non poterat. Ex quo infertur differentia inter electionem, & poſtulationem: quia poſtulatio innititur gratiæ, c. penul. j. eo. Electio vero innititur iuri: de hoc etiam ti. ſeq.

## De electione, & electi poteſtate.

Electio eſt alterius perſonæ ad prælationẽ, vel fraternã ſocietatẽ canonicè facta vocatio: & licet olim iura ꝑmiſcuè his vocabulis vterẽtur, vt in §. his oib⁹. lxj diſt. & lxiiij. diſt. literas. Hodie tñ eſt maxima differẽtia inter poſtulationẽ, & electionẽ, vt dixi ſ. li. prox. Vñ ille qui de iure poteſt eligi, non debet poſtulari: de quo in c. vno. de poſtu. lib. vj. in gl. iiij. & per Inno. in c. j. ſ ti. proxi. Et quia in tractatu electionis poteſt dubitari de poteſtate electi: ideo ne exigeretur, rubrica ſpecialis hic annecti.

## De tranſlatione epiſcopi, vel electi.

Qui alligati alijs ecc. poſtulãdi ſunt ſ. de poſtu. præla. c. bonę

Tráſlatio. & c. fi. Et oportet tales offerri ad eccleſias, ad quas poſtulãt: iõ de hoc dicit. Eſt aũt Trãſlatio, quędã mutatio ſediũ, vel eccleſiarũ autoritate ſupioris facta De hoc viij. q. ꝑ totũ & xxj. q. ij. ꝑtotũ.

## De autoritate & vſu pallij.

Aſſumpti ad eccleſias per modos ſ. tribus proximis titulis

palliũ. poſitos licitè poſſunt vti pallio, ſi hoc habeat dignitas, ad quã quis aſſumitur. Eſt autem Pallium inſigne ornamentum archiepiſcopi, de corpore beati Petri aſſumptum: de hoc c. diſt. per totum. & xxv. q. ij. in galliarum. Et quod dixi de epiſcopo, intellige quòd ex priuilegio ſpeciali ei poſſit competere pallium: vt patet in c. cum in iuuentute j. de præſumpt. Regulariter autem





tem archiepiſcopis & ſuperioribus: puta primitatibus, & patriarchis competit. xx. diſtinct. cleros.

## De renuntiatione.

Renuntiatio eſt reſignatio iuris ſibi compelentis ex poſtulatione, electione, vel tranſlatione. de hoc vij. q. j. & ij. & repetitur in Sexto, & Clementinis.

## De ſupplenda negligentia prælatorum.

Quia ſæpe in pręlaturis, de quibus ſ. res perſunctoriè aguntur, xl. diſtin. ante omnia. & quod negligitur ſupplendum eſt, quod omittitur reſtaurandum: ideo, &c. ſecundum Goff. De materia lxxxiiij. diſtin. & lxxxvj. & ij. q. vij. negligere. ix. q. iij. cum ſcimus. & repetitur in Sexto, & Clemen.

## De temporibus ordinationũ, & qualitate ordinãdorũ.

Quia ordinationes clericorum certis temporibus, & cum ſcrutinio fieri debẽt. ideo de hoc. De prima parte rubricæ lxxv. & lxxvij. diſt. per totum. De ſecunda xxv. diſtin. vſq; ad lxxxj. & ab lxxxj. vſque ad xcj & repetitur in Sexto.

## De ſcrutinio in ordine faciendo.

Quia ordinandi examinandi ſunt: ideo, &c. Et eſt duplex Scrutiniũ duplex. ſcrutinium: Vnum habent ante ordinationem, cuius forma habetur xxxiij. diſt quando epiſcopus. Secundum quando fit poſt determinationẽ: de hoc hic, & xxiij. diſt. epiſcop⁹. & c. ſeq. xxiiij. diſt. per totum li. quæ in aliquo.

## De ordinatis ab epiſcopo, qui epiſcopatus renũtiauit, vel excommunicato.

De prima parte non habetur in Decre. ſed inducitur. j. q. j. ventum. & q. vij. Daibertum. De ſecunda ix. q. j. per totum. de ſchiſ. c. j. & ij. & j. c. ij. Quid autem de ipſis excõicatis ordinatis, habetur de ſenten. excom. cum illoram. Et de ordinatis ſimoniace de ſimo per tuas. & aliàs criminoſo. ix. q. j. in ſumma.

## De ætate, & qualitate, & ordine præficiendorum.

Aliq habẽt in rubrica, De ætate & qualitate ordinãdorũ: ſecũdũ Ioã. And. ſed ſecũdũ eũ illud, Ordinãdorũ, nõ debet eſſe quia dictũ eſt ſ. in tit. de tẽpor. ord. Nã hic ſolũ tractat de ordinãdis rõne dignitatis tãtũ: & nõ aliter. De materia rubricæ quo ad partẽ lxxv. diſt. etiã lxxxiij. diſt. per totũ. De ſecũda xxxviij. diſt. ꝑ totũ. De parte tertia lx. diſt. ꝑ totũ, repetit i Sex. & Clemẽ.

Universidad de Deusto Biblioteca

## De ſacra vnctione.

Vnctio.

Ex ordinandis & præficiendis aliqui inunguntur, de quibus hic. de hac materia xcv. diſt. per totum. de cõ. diſtin. v. in prin. De vnctione chriſmatis vide de cõſue. quãto. De epiſcopali, de off. or. quòd ſedẽ. De conſecratione eccleſiæ vel alteris. c. cum ſis. De extranea vnctione, de verb. ſign. quæſiuit. & in Clemẽ. j. de pri. De vnctione imperatoris, de iureiur. i clemẽtj. Romani.

## De ſacramentis non iterandis.

Sacramenta quæ nõ reiterantur.

Quia quædã ſunt ſacramenta quæ non iterantur. vt eſt baptiſmus. cõfirmatio, & ſi ne per iterationẽ fiat iniuria ſacramẽto prius collato: & qualiter dicatur ſacramẽto fieri iniuria vide glo. de apo. c. ij. de con. diſt. j. oſtenditur. de materia lxviij. diſt. quod ergo. cũſeq. j. q. vij. ſaluberrimũ. in fi. de con. diſt. iiij. quibis. &c. ſc. Et ſolet hic tractari per Doct. quid ſit ſacramentũ. & vnde dicatur: quæ, & quot ſint: quæ ſint reiterabilia, & quæ nõ: quæ voluntaria, & quæ neceſſaria: & quomodo inuicem ſe excedant: ad quid fuerint inſtituta: & de ipſorum proprietatibus, vide per totum, hic ſuper rubro.

## De filijs presbyterorum ordinandis vel non.

Illegitimi.

Ordinandi varijs ex cauſis impediuntur: inter quas eſt vitium originis, de quo hic. Et licet intituletur de filijs presbyter. tamen dicitur in nigro, de omnibus illegitimis, ſine diſpenſatione non ordinandis ad ordines ſacros, & ad alios: vt in c. literas. j. eod. & in c. nimis. De materia lvj. diſt. per totum. & repetitur in Sexto.

## De ſeruis non ordinandis, & eorũ manumiſſione.

Serui.

De impedimento conditionis perſonæ, puta ſeruilis loquitur: quæ ante plenam manumiſſionem ordinari non debent, vt. j. c. j. de materia lx. diſt. per totum: ad hoc xij. q. ij. liberti. vſq; ad ca. aurum.

## De obligatis ad ratiocinia ordinandis, vel non.

Ratiocinia.

Ratiocinia ſecundum Goff. ſunt rationes, & rationum redditiones, quibus eſt quis obligatus ex adminiſtratione Reip. talis ordinari non debet, niſi depoſitu onere, & reddita ratione. De hoc lvij. diſt. per totum.

## De corpore vitiatis.

De impedimento corporis, & defectu membrorum loquitur





tur: de hoc lv. diſtia. per totum.

## De bigamis non ordinandis.

Bigam'.

Inter cæteros irregularitates bigamia non modica reputatur, Et eſt bigamus ſtrictè & verè, qui duas vxores habuit: à bis, & gamos, quod eſt mulier. Large autẽ vel fictè, ſeu interpretatiue etiam is bigamus dicitur, qui cum vna corrupta contraxit. & ratio, quare bigamus non ordinatur, eſt quadruplex: vide hic per Doct. ſuper rubro: De materia habetur xxvj. diſtin. & xxiiij. diſt. §. quid ergo. vſque ad fi. & lxxxij. diſtin. quiſquis. & xxviij. q. vlti. per totum. & repetitur in Sexto.

## De clericis peregrinis.

Peregrini.

Quia inter eos, qui ab ordinibus prohibentur, arctantur & peregrini, de quibus hic & qui dicantur Peregrini, & quare nõ admittantur indiſtinctè. & quæ ſit differentia inter hunc tit. & tit. de peregrinantibus. ponit Hoſtien. ſum. eod. tit. de materia habetur lxxj. ij. & iij. diſt. per totum. & xcviij. diſt. per totum. & & ix. q. ij. de cle. non reſi. fraternitati.

## De officio Archidiaconi.

Archidiacon'.

De dignitatum officijs poſt tractatũ ordinandorum dicere incipit, inter quas Archidiaconus maior eſt, quia primus poſt epiſcopum, & oculus epiſcopi: ideo de hoc. Et quæ pertineant ad officium Archidiaconi, ponitur in nigro: & dicitur Archidiaconus, quaſi princeps, vel primus diaconorum. de materia ponitur xxv. diſt. per lectis. lxxxiij. diſt. honoratus. xciiij. diſtin. c. ſi verò.

## De officio Archipresbyteri.

Archipresbyter.

Poſt Archidiaconum Archipresbyter facit gradum. & eſt proximior, & ſub archidiacono. ideo de hoc. Et dicitur archipresbyter, quia ſupra principales presbyteros: eius enim officiũ principaliter eſt, habere, curam ſuper presbyteros: & ad officiũ eius ſpectat, principaliter miſſam dicere loco epiſcopi. j. eod. l. j. de materia xxv. diſt per lectis.

## De officio Primicerij.

De hoc dixi C. eod. lib. xij.

## De officio Sacriſtæ.

Sacriſta.

Sacriſta, id eſt, theſauriarus, ad cuius curam ſpectat cuſtodia vaſorũ eccleſiæ & veſtimẽtorũ, & theſauri: & quæ ad luminaria lampadõ ſpectãt, ſiue in cera, ſiue in oleo. Et dicit Sacriſta, qua

Universidad de Deusto Biblioteca

ſi ſacris rebus præfect᷒,vel aſsiſtens:de xxv.perlectis.in fi.

### De officio Cuſtodis.

Cuſtos eſt quaſi miniſter ſacriſtæ:& omnes hi ſunt ſub archidiacono,debet enim cuſtodire quæcunque ſibi cuſtodienda committuntur:& ſignificabit horas cum tintinnabulis iubente archidiacono:& pallia,& lintea mina altaris,& cuncta vtenſilia dabuntur ei:& habebit ſollicitudinem in accedendo lampades,& lucernas,& extinguendo ne ſupra modum luceant:de materia xxv.diſt. perlectis.

### De officio Vicarij.

Vicari᷒. Supradicti ſeruiunt eccleſiæ nomine proprio : nunc de his qui nomine alieno:& tractatur communiter in iſto tit. de Vicario,qui deſeruit in diuinis:excepto c. penul . vbi tractatur de Vicario iuriſdictionis:& de hoc ſecundo ponitur in Sexto. de primo in Clemen.& de materia xvj. q. vij.noua.xciij.diſtin.c.fin.xciiij.diſtin.c.j.

### De officio,& poteſtate Iudicis delegati.

Delegatus eſt ſecundum Specul.eod.tit.in princi,qui ex cómiſsione alterius alicuius cauſæ iudicialem cognitionem conſequitur:de hoc dixi ff.de offi.eius cui mand . eſt iuriſ.pag.15. Et dicit Ioan.And. quòd officium reſpicit id , quod delegatur: poteſtas concernit id , quod poteſt per delegationem delegatus exercere:licet aliàs iſta duo ſæpe ponatur æquiuocè,vt no. glo.ſuper rub. ff.de iuriſ.om.iud.repetitur in Sexto.

### De officio Legati.

Legati. Legatorũ officiũ ſimile eſt Delegati ,cũ vterque gerat vices ſuperioris.Et quidam ſunt Legati nuntij,& non iudices:vt iſti, quos ſæpe papa mittit pro aliqua ambaſiate,vel ad aliquod nudũ miniſteriũ exercendum:de his.j.diſtin.ius gentiũ.& xcvij.diſtin.per totũ.Quidã ſunt Legati iudices,quos papa facit ordinarios in certa prouincia:de iſtis tractatur hic.Et tales ſunt triplices:quidã De latere,vt ſunt Cardinales.Alij Nati , vt archiepiſcopus Cãtuarié.& Eboracen.Tertij Miſsi,& iſti ſunt omnes alij,præter ſupradictos:de vide quod no.J.e.c.penul.dixi aliqd ff.de offi.procon.& leg.repetitur hic tit.in Sexto & Clemen.

### De officio ordinarij.

Legatus ordinarius eſt ſpecialis.Nũc ponit de ordinario gñali,& ĩ genere de officio cuiuſlibet ordinarij dicit repetiĩ ĩ Sexto

De



### De officio iudicis.

Ad officium iudicis,etiam delegati,ſpectat prouidere aduocatum parti,quæ non habet,& poterit dare domeſticum.J.c.j.

### De maioritate & obedientia.

Inter miniſtros & iudices,de quibus ſupra,quidam ſunt maiores,alij minores. Aliter enim eccleſia vniuerſalis,vel ſtatus vniuerſi conſiſtere non poſſet : vt eſt pulcher text.in c. ad hæc. lxxxix.diſt.ideo de hic maioritate , & eius intuitu obedientia impẽdenda:quia melius eſt obedire,quàm ſacrificare J.c.illud.

### De treuga,& pace.

Ad iudicem ſpectat diſcordantes ad pacẽ reducere , xc.diſt. per tot.qa qlibet iudex ſubditos ſuos eccleſiaſticos & ſeculares ad pacẽ fiendã põt cõpellere.xc.diſt.ſi qs cõtriſtat᷒.& c. placuit & ibi no.gl.& in c nouit.de iud.de quo p Bar.in l.congruit. ff. Treuga
de ff.prę́.Eſt aũt Treuga,quaſi quędã pax ad tẽpus facta. Pax Pax.
autem eſt vinculum amicitiæ & concordiæ,d.c.nouit.

### De pactis.

De hoc dixi ff.eo.tit.pag.20

### De tranſactionibus.

Dixi ſatis de hoc ff.eo.ti.pag.20

### De poſtulando.

Dixi ff.eo.tit.pag.21

### De proucratoribus.

De hoc dixi ff.eo.pag.22.Et differerentiã inter procuratorẽ, Syndicum,ſeu Oeconomum,& Actorem , vide glo.in c.ſi quis erga.ij.q.vij.& quod no in c.petitio.J.eod

### De Syndico.

Sicut procurator gerit negotia domini,ita Syndicus negotia Syndic᷒.
vniuerſitatis:vt in l.j.ff.de procu iuncta.l.j.ff.quod cuiuſque vniuer.vide gl.ij q.vij.ſi quis erga.Et dicitur. Syndicus , quaſi ſingulorum cauſam dicens:vt hic in glo.j.vel melius, id eſt , à cõmunitate conſtitutus.de quo glo.in d.l.j.ff.quod cuiuſq; vbi ponitur differentia inter Syndicum & Actorem.

### De his quæ vi, metus ve cauſa fiunt.

Iura dãt remediũ reſciſſoriũ aduerſus ea, quæ geſta ſunt per metũ:& appellatur actio quod metus cauſa. Fallit in quibuſdã Metus.
caſib᷒,quib᷒ met᷒ vitiat ipſo facto:vt no.J.e.abbas.dixi.ff.e.tit.

De

Universidad de Deusto Biblioteca



## De reſtitutione in integrum.

Reſtituere in integrum, eſt in priſtinum ſtatum reponere. ij. q. iij. in fi. & in l. j. C. de ſent. paſſ. de hoc dixi ff. e. ti. pag. 24

## De alienatione mutandi iudicij cauſa facta.

Prouidetur hic illis, in quorum praeiudicium eſt facta rei alienatio cauſa iudicij futuri mutandi: dixi ff. e. ti. pag. 26

## De arbitris.

Arbitri ſunt quodã mõ iudices, cũ aſſumãt ad cõtẽtiões ſedãdas: iõ poſt tractatũ iudicũ ponitur in quo verſetur officiũ arbitrorũ, & de eorũ poteſtate. Et quid ſit arbitriũ, dic vt no. in c. quintaualliſ. de iureiurando. dixi aliquid ff. e. ti. pag. 26

# LIBER II.

## De iudicijs.

IVdiciũ multa habet ſignificata, de qb[9] Io. An. ĩ rubrica hui[9] ti. & no. in regula, in iudicijs. de reg. iur. li. vj. de hoc dixi ff. eo. ti. pag. 28. ad materiã facit ij. q. j. & v. q. iiij. xiiij. q. j. xv. q. vij. xvj. q. vj. xxx. q. vl. §. his ita. reperitur iſte ti. in Sexto & Cle.

## De foro competenti.

Forum. Quia ante aliũ actũ iudicialẽ ſolet diſcuti de cõpetẽtia fori, iuxta no. in. c. inter monaſteriũ. de iud. & in c. pe. de exce. iõ de
Forus. hoc: & ponitur Forũ in neutro gñe ꝑ territorio cuiuſq; iudicis, intra qđ põt in facinoroſos aĩaduertere. ff. de ver. ſi. l. ſi pupill[9]. §. territoriũ. Forus vero in maſculino, eſt locus vbi ius reddit. j. de ver. ſig. c. forus. & vtroq; modo põt hic capi, de foro cõpetenti id eſt, territorio intra quod ſit cauſa competens, vt quis ibi cõueniri poſsit: vel, id eſt, de loco iudicij, ſcilicet in quo quis debeat cõueniri: dixi C. ſi ã non compe. iudi. pag. 104.

## De libelli oblatione.

Rei ad iudicia vocati ſi non declinãt forũ, petũt ſibi edi libel-
Libell[9] lũ, vt ſciãt, qd, & qualiter petatur, & ſup quo debeãt rñdere: ideo de hoc. De materia habetur ij. q. viij. per to. & lxxxj. diſt. Maximian[9]. Et eſt Libellus ſcđm gl. hic, quedã ſcriptura, in qua cõtinetur res quae petitur, & cã petẽdi, & nomẽ actoris & rei. Vñ dicit Hoſt. Quis, quid, corã quo, quo iure petatur, & a quo, Rectẽ compoſitus quiſq; libellus habet. de quo Spec. de lib. cõcep. §. j. in prin. vbi dicit, quod eſt ſcriptura agẽtis quaeſtionẽ continẽs & futuram actionẽ deprimens. vel ſecundũ Cy. in Auten. offeratur. C. de litis conteſt. Eſt breuis ſcriptura, claram continens intentionem actoris, vel accuſatoris.



## De mutuis petitionibus.

Plerũq; libelli porrigũtur ab vtraq; parte, fiũt hinc inde mutuae petiones, & dubitatur de modo & practica procedẽdi, ideo de hoc, De materia iij. q. viij. cuius in agẽdo. Et eſt mutua peti- Mutua
tio, cõuẽtio ex parte actoris, & recõuẽtio ex parte rei. Nã Recon petitio.
uentio, eſt ſecunda conuentio: ſunt ergo duae petitiones.

## De litis conteſtatione.

Litis conteſtatio fit per petitionẽ in iure ꝓpoſitã, & rñſionẽ ſecutã, & ſine ea pceſſus eſt nullus. j. c. j. & dicitur Litis cõteſtatio Litis cõ
quaſi cõfirmatio, vel cõprobatio, aſſertio litis: de materia. iij. teſtatio.
q. iij. offeratur. & repetitur in ſexto. vide Doct. j. c. j. poſt glo. ij.

## Vt lite non conteſtata non procedatur ad receptionẽ teſtium, neq; ad diffinitiuam ſententiam.

Regulariter lite non conteſtata non debent teſtes recipi, vel ad diffinitiuã ſentẽtiã procedi. Fallit in caſibus no. j. c. fi. p gl.

## De iuramento columniae.

Actione edita, & lite conteſtata, ſuccedit ex ordine iuramen Iuramẽ
tum calũniae. j. c. pen. Et hoc iuramentum eſt de calumnia, ſci- tũ calũ-
licet vitanda in cauſis. Sicut exponitur illud: Vnuſquiſq; habe niae.
at ſuã, propter fornicationẽ, ſcilicet deuitandã. xx. diſt. c. ij. in fi. vide in c. j. e. ti. li. vj. & Spec. e. ti. poſt. prin. dixi C. eo. ti. aliqd.

## De dilationibus

Cœpto iudicio ſolẽ litigãtes dilationes, id eſt, inducias pete Dilatio
re qñq; ad petiones, qñq; ad probationes faciẽdas: ideo de hoc De materia habetur iij. q. ij & vij. q. ij. per totum dixi ff. de fer. pag. 19

## De ferijs.

De hoc dixi ff. eo. ti. pag. 19

## De ordine cognitionum.

Propoſitis quaeſtionibus ligantium ſolet quandoque dubitari, quo ordine de his ſit cognoſcendum: ideo &c. De materia. ij. q. ij. & iij. q. j: nec ſuperflui: partis ſ. de mu. pet. quia ibi principaliter tractat, an reus poſsit reconuenire actorem, & coram quo iudice, & an quod in vna cauſa ſeruatur, ſit ſeruandum in alia. Et ſi quid de ordinis cognitione ibi dicitur, illud eſt inciden-

Universidad de Deusto Biblioteca

denter. Sed hic tractatur principaliter, quo ordine de ipſis cognoſcatur. dixi.C.eo.ti.aliquid.

### De cauſa poſſeſsionis & proprietatis.

Cauſa proprietatis & poſſeſsionis ab eodem vel diuerſis deductæ in iudicium, habent certum ordinem deducendi, cognoſcendi, & diffiniendi: ideo de his.

### De reſtitutione ſpoliatorum.

Cauſa reſtitutionis poſſeſſoria eſt: ideo eo ordine proponi & diſcuti poteſt, quo aliæ poſſeſſoriæ: & tractatur hic, an ſpoliatus ſit indiſtinctè reſtituendus.

### De dolo, & contumacia.

De prima parte dixi ff.de dol.pag.24. de contumacia autem dixi ff.ex quib.cau.in poſſ.eatur.pag.150. Ad materiam facit ij. q.ix.& iiij.q.v.& v.q.ij.& iij.per tot.xj.q.iij.certum. vbi habétur tres modi contumaciæ, repetitur in Sexto & Clem.

### De eo qui mittitur in poſſeſsionē cauſa rei ſeruandæ.

Licet in rubro duntaxat fiat mentio de poſſ.rei.ſeruādæ cauſa: tamen in nigro tractat etiam de interpoſitione ſecundi Decreti, per quod transfertur vera poſſeſsio. J.c.j. dixi ff.ex quib. cau.in poſſ.& in ti.de bon.auto iud.poſ.

### De ſequeſtratione poſſeſsionum & fructuum

Dixi de hoc C.eo.ti.pag.269

### De confeſsis.

Confeſſio.

Quia per confeſsionem aduerſæ partis releuatur litigās ab onere probandi: cum confeſsio non ſit proprie probatio, ſed ꝑbationis releuatio: quia vbi adeſt confeſsio, non eſt neceſſaria probatio: ideo ante tit.de probat.ponitur. de hoc dixi ff.eo.tit

### De probationibus.

Vbi deficit confeſsio neceſſariè peruenitur ad probationē de qua dixi ff.eo.tit.pag.75

### De teſtibus & atteſtationibus.

Poſt probationem in genere, incipit ꝑ ſpecies tractare, quę plures ſunt: vt not.in c.cum ad ſedem.§.de reſt ſpo. dixi ff.e.ti. pag 77. Et ponitur rubrum in plurali, quia regulariter in qualibet cauſa duo teſtes exigūtur. J.cod.licet.j.& ij. De Atteſtationibus autem dicit, quia eſt tractatus de per ſe: vt patet in c.in cauſis.& c.præſentium.& c.cum cauſam.cum ſimilibus.de quo

Io.



Io.An.in rubro.de homini. Et dictum teſtis quandoq; appellatur Atteſtatio, quandoq; Depoſitio.d.c.cum cauſam.

Atteſtatio. Depoſitio.

### De teſtibus cogendis.

Officium teſtium quaſi publicū eſt.ff de teſt. Inno.in c.mil. xl.de elect.& ad illud interdum inuiti compelluntur: ideo de hoc regula rubri. ponitur in c.peruenit.j.J.eo.

### De fide inſtrumentorum.

Dixi ff.eo.ti.pag.76

### De præſumptionibus.

Præſumptiones quandoq; plené probant, vt violentę: quandoq; ſemiplenam probationem faciunt, quandoq; alias probationes adiuuant. De materia no.in c.tertio loco.§.de proba.& no.l.diſt.ferrum. dixi ff de proba.pag.75

### De iureiurando.

Iuramētum.

In defectū ꝓbationis recurrit ad iuramētū J c.ſi.& §.de pecu. ex inſinuatione. Eſt enim Iuramētū maximū latiū expediēdarū remediū ff.eo.l.j.& omnis cōtrouerſię finis.c.& ſi Chriſtus.J.e. Ad materiam vide gl.xx.q j in ſum.vbi ponit quid ſit iuramētū, quid iurate, quæ cāſa inſtitutionis &c. dixi ff.eo.tit.pag.45

### De exceptionibus.

Fundata intētione actoris, reus opponit peremptoriā, vel cōtra ꝓbationē actoris excipit: ideo &c. dixi ff.e.tit.de hoc. pag.170

### De præſcriptionibus.

Quid ſit Præſcriptio. vide bonā gl.vj.q iij.in ſum. dixi ff.de excepti.pag.170. ff de vſucap.pag.145.& C de vſuc.transfor.

### De ſententia & re iudicata.

Sentētia Res iudicata.

Ad ſententias, quæ finem litibus imponunt veniamus: quia verò lata ſententia, ſi non appellatur ab ipſa, ſumit nomen rei iudicatæ: ideo de re iudicata ſubmittit. Et ſic ſtrictè loquendo dicitur Sententia cum adeſt facultas appellandi: cum vero non ſubeſt remedium retractiuum, appellatur Res iudicata. Largè tamen poteſt etiam ante dici res iudicata.l.litigatoribus.C.de appel.de hoc dixi ff.eo.tit.pag.148

### De appellationibus, recuſationibus, & relationibus.

Appellatio impedit effectum rei iudicatæ: & eſt remedium contra ſententiam: ideo de hoc. Et quia Appellatio, Recuſatio, & Relatio æque conueniunt in iuriſdictione ſuſpēdenda,

ideo

Universidad de Deusto
Biblioteca



ideo de his ſimul dicit. De prima parte eſt gloſſ. ij.q.vj.in ſum. dixi ff eo.ti.pag.297. De relatione dic vt leg.& not.in c.intimaſti.J.eo.dixi C.de relat. De recuſatione vide gloſſ.in c.quoties.ij.q.vj.not.in c.cum ſpeciali.J.eo.

## De clericis peregrinantibus.

Peregrinantes in multis gaudent priuilegio appellantium: intellige de peregrinantibus ad ſedem apoſtolicam: vt dicitur J.in c.j & intelligitur etiam in alijs accedentibus ad ſedem apoſtolicam alia cauſa, quàm peregrinationis, vt ibi dicitur.

## De confirmatione vtili, vel inutili.

Sententia proceſſus iudicialis quandoq; cõfirmatur per ſuperiorem: & quia poſſet dubitari de validitate, vel inualiditate confirmationis: merito hic tit. ſubiungitur.

# LIBER III.

## De vita & honeſta clericorum.

Vita.

Hone-ſtas.

CLerici debent à ſtrepitu iudiciorum, de quo ſ.lib.pxi.eſſe quieti.c j.de ſyndico.& vita, & honeſtate fulgere. xxj.q.j. ſic viue. ideo de hoc. Et dic, quòd verbum Vita, concernit neceſſaria ad victum clericorũ, ff.de verb.ſig.l.verbo victus. Verbum Honeſtatis, cõcernit clericũ reſpectu morũ. De materia habetur xxiiij.diſt.his igitur.& § clerici.cum iiij.c.ſeq.& xl.xlj.& xliij.di.per totum. repetitur in Sexto & Clemen.

## De cohabitionẽ clericorum & mulierum.

Vita clericorum per conſortia, & cohabitationes mulierum redditur de fornicatione ſuſpecta: ideo qualis habitatio ſit permiſſa, & quæ ꝓhibita, hic tractat. vide pulchrũ tex. Hiero. xxxij diſt. hoſpitiolũ. de hoc etiã in c.volum⁹, & c.cũ oib⁹.lxxxj diſt.

## De clericis coniugatis.

Quandoq; clerici habitant cũ mulieribus ſine figura matrimonij, de quo ſ.tit.j.qñq; cõtracto matrimonio: de quo hoc tit. quia poterat dubitari, nũquid clerici coniugati poſſint tenere beneficia, & gaudere priuilegio clericali. Et differt hic tit. ab eo J.qui cle.vel vou. quia ibi principaliter tractatur de validitate matrimonij p clericũ contracti: hic principaliter tractat, vtrum clerici coniugati poſſint tenere beneficia, vel non. Item an gaudeant priuilegio clericali, & an teneãtur deferre tõſurã: & incidenter tractatur de validitate matrimonij. Repetentur in Sexto.





to. De materia xxxij.diſt.ſi qui vero. & xij.q.j.quia tua.

## De clericis nõ reſidentibus in eccleſia, vel præbẽda.

Sicut clerici beneficijs priuantur per mulierum conſortia, vt ſ. duobus tit. proximis, ita & remouentur propter non reſidentiam in beneficijs. De hoc xxj.q.j.c.j.lxx.diſt.ſanctorum.lxxj.diſt.c clericos.xcj.diſt. Eleutherius.

## De prebendis & dignitatibus.

Præbenda.

Canonia.

Dignitas.

Clerici non poſſunt honeſté viuere, niſi habeant præbẽdas vnde vitæ neceſſaria percipiant. J.eod.cum ſecundum. & xciij.diſt.diaconi.ibi: mendicat infelix in plateis clericus, &c. Et eſt præbenda ius percipiendi fructus eccleſiaſticos, proueniens ex inſtitutione & officio: quia ex quo quis facit officium, debet percipere beneficium.c.fin.de reſcriptis. libr.vj Canonia autem eſt ius quod prouenit ex electione vel receptione in fratrẽ c.cum.de conſtit. vbi de hoc per glo.& J.eo.cum iam dudum. & in c.dilecto. Dignitas autem quid ſit, & in quo differt à perſonatu, & Officio, tractatur J.eo.de multa.& multis modis dicitur Dignitas: vt eſt gl ſ.tit.proxi.c.quia non.

## De clerico ægrotante, vel debilitato.

Hic tractatur nunquid ægrotantibus clericis ſint prouentus Eccleſiæ & beneficiorum ſubtrahendi. Et reſpõdetur quod nõ ne afflictio addatur afflictis.vij.q j.cum percuſſio, cũ duobus ſeq. Et quomodo exiſtentibus in dignitate detur coadiutor, & de eius officio.J.c.ſi.

## De inſtitutionibus.

Inſtituere.

Parum eſſet conferre præbendas, niſi ſequeretur inſtitutio: ideo de hoc. *Inſtituere* autem ius canonicum, id eſt, legitimum, in Eccleſia vel eccleſiaſtico beneficio tribuere. J eod.c.autoritate, & ſpectat iure communi ad epiſcopum, xvj.q.vij.ca.nullus omnino.de hæreti.cum ex iniuncto, in fin.& ſumitur *Inſtitutio* pro inueſtitura.c.ad hæc.de offi.archi.&J.eod.cum veniſſet De hoc gl.in regula.j de regula.j.de regu.iu.lib.vj.vbi ponitur quæ ad inſtitutionem requirantur. Differentiã inter Collationem. Præſentationem, & Inſtitutionem, vide de præbendis. cum in illis.§.cum autem lib.vj. Et ſecundum Dy. Inſtitutio eſt alicuius beneficij verbalis collatio, Inueſtitura aũt eſt inſtitutionis, vel collationis confirmatio, vel declaratio Miſsio autem in poſſeſsionem, eſt inſtitutionis, vel inueſtituræ executio.

*Inſtitutio.*

Inueſtitura.

Miſsio í poſſeſſionem.

Universidad de Deusto Biblioteca



## De conceſsione præbendæ, & eccleſiæ non vacantis.

Sæpe præbendæ, & dignitates conferuntur, ſeu promittuntur antequam vacent. Et quandoque ipſæ vacantes non conferuntur, ſed remanent diu vacãtes: ideo hic prouidetur tam circa promiſsiones non vacantium, quàm circa negligentiam in conferendo vacantium.

## Ne ſede vacante aliquid innouetur.

Circa inſtitutiones, & collationes potuit dubitari, an ſede vacante capitulum ſuccedat in collatione beneficiorum: ideo ponitur hæc rubrica, quæ negatiuè loquitur: & ponit orationem perfectam, & ex ea poteſt argui, quod nihil poſsit innouari ſede vacante in præiudicium ipſius ſedis, niſi iure expreſſe caueatur: valet enim arg. à rubro iuxta ea quæ not. Doct. ſ. in in proœ. & Ang. Inſti. in proœ. & no gl. C. ne fidiuſ. dot. den. ſuper rubr. & ibi Bar. & C. etiam ob chiro. ſuper rubr.

## De his quæ fiunt à prælato ſine conſenſu capituli.

Prælatus ſine conſenſu capituli inſtituere, vel deſtituere, vel alia negotia Eccleſiæ tractare non debet. j. c. nouit. Ratio: quia Prælatus, & Canonici ſunt vnum corpus victum & repræſentatum in ſingulis de corpore. Et quia Canonici dicuntur fratres Epiſcopi, ſicut Cardinales fratres papæ, de offi. leg. c. j. lib. vj. vide gloſſ. xcv. diſt. eſto ſubiectus. & in c. graue. de cri. fal.

## De his quæ fiunt à maiore parte capituli.

Viſo de his quæ fiunt à prælato, & capitulo: quia quædam pertinent ad capitulum tantum: in quibus peragendis ſæpe diſcordant, & dubitari poteſt, quid iuris: ideo de hoc. Et diſponitur hic, quòd ordinario maioris partis capituli per contradictionem, & appellationem minoris partis nihil rationabile opponentis, non debet impediri. j. c. j.

## Vt eccleſiaſtica beneficia ſine diminutione cõferantur.

Hæc rubrica integram orationem habet, & tantum cõtinet in ſe, quãtum in nigro tractatur: & ſeipſam cũ nigro ſummat.

## De rebus eccleſiæ alienandis, vel non.

De hoc dixi in Autent. de non alie. eccle. re. col. ij.

## De precarijs.

Quia præcariæ ſunt quædam ſpecies alienationis, ideo de hoc



hoc dixi ff. eo. tit. pag. 166

## De commodato.

Contractus commodati ſimilis eſt precario, quia vterq; fit gratia recipientis tantum regulariter: licet commodatum quãdoque fit gratia concedentis vel vtriuſque: vt no. Inſtitu. quib. mo. re. contr. obl. §. item is cui. de hoc ſatis ff. eo. ti. dixi, pag. 50

## De depoſito.

Iſte contractus gratia concedendis fit: dixi ff. eo ti. pag. 68

## De emptione, & venditione.

Hic contractus fit gratia vtriuſq;, & transfert etiam poſſeſſionem ſi venditor erat dominus: de hoc ff. eod. tit. pag. 60

## De locato & conducto.

Locatio magnã ſimilitudinẽ, & vicinitatẽ habet cũ vẽditiõe adeo quod in quibuſdã caſibus ꝓbabiliter dubitatur, an ſit locatio vel emptio. l. j. ff. e. & ibi dixi. Et modũ clarè diſcernẽdi locatiõnẽ à vẽditione ponit Bar. in l. cotem. §. qui maximos. ff. de pub.

## De rerum permutatione.

Emptione proxima eſt permutatio. vt dixi ff. de cõtra. emp. & eſt hoc nomẽ permutationis multũ gñale: nã conuenit oĩb' rebus quæ inter hominũ manus verſantur: & propter hoc non habet nomẽ ſpeciale, ſed manſit in ſuo genere: quia plura ſunt, &c. l. natura. ff. de præſcrip. verb. dixi. ff. eo. ti. pag. 66 Bermutatio.

## De feudis.

Per infeudationẽ trãsfertur vtile dñium in vaſallũ. directo manẽte apud dominũ: & ſic eſt quædã ſpecies alienatiõis. ff. de de ver. ſig. l. alienatiõis. De materia dixi in vſu. ſeu. circa. prin.

## De pignoribus & alijs cautionibus. Cautio.

Hæc rubrica loquitur in plurali, & alijs cautionib' quia multiplex eſt Cautio vltra pignorantiam: quædam ſimplex, vt nuda promiſsio quædam Iuratoria, quædam Fideiuſſoria, de his in c. per tuas. de dote poſt diuor. & in c. ſi. ſ. e. appellatione tamẽ cautiõis in dubio intelligim' de nuda & ſimplici. l. ſancimus. C. de verb. ſig. De materia dixi ff. de pig. act. pag. 50. & ff. eod. ti. pag. 67.

## De fideiuſſoribus.

De hoc dixi ff. eo. tit. pag. 95

Universidad de Deusto Biblioteca

### De ſolutonibus.

Solutione eius quod debetur tollitur omnis obligatio, &c. di
xi ff. eo. ti. pag. 178.

### De donationibus

Iſte contractus gratuitus. dixi de hoc ff. eo. ti. pag. 137

### De peculio clericorum.

Peculium capitur multis modis, vt dixi ff. de pecu. pag. 15. &
quo ad propoſitum dicitur patrimonium clericorũ. dictum Pe
culium quaſi parua pecunia: de hoc j. q. iij. in c. totum.

### De teſtamentis, & vltimis voluntatibus.

Licet teſtamentum large comprehendat in ſe vltimam vo-
Teſta- luntatem, & econtra: tamen autor ad maiorem declarationem
mentũ. poſuit vtrunq́, ſecũdũ Io. An. Vel poteſt dici, quòd teſtamẽtũ
propriè ſumitur pro iuſta ſentẽtia noſtræ voluntatis de eo q̃d
quis poſt mortẽ ſuam fieri vult, &c. Sed Vltimæ voluntates di
Vltima cuntur aliæ, quæ nõ cũ inſtitutione hæredis, aut tanta ſolenni-
volũtas. tate fiunt: vt eſt codicillus, donatio cauſa mortis, & mortis cau
ſa capio, &c. dixi ff. eo. ti. de hoc pag. 98

### De ſucceſsionibus ab inteſtato.

De hoc dixi ff. ſi ta. teſt. nul. ex. & ti. ſe. & i ti. q s ord. ĩ bo. poſ.

### De ſepulturis.

Oẽs morimur, & ſicut aqua dilabimur ſuper terrã. ij. Regũ.
xiiij. & in c. in. Eccleſiaſtico. xiij. q. ij. ideo poſt bona defuncto-
rũ, quò deuolui debeant, vidẽdũ quorſũ corpa reſeruẽt. Eſt aũt
Sepultu Sepultura ſcd'm Io. An. loc' cõcauatus, quo eccleſiaſtico cœme-
ra. terio corp' catholici requeſcit, hoc pbat xij. q. ij. aurũ. & vide tex.
cũ glo. in c. cũ grauia. xiij. q. ij. vbi vide etiam gloſſ. in ſumma.

### De parochijs, & alienis parochianis.

Parochia ſecũdũ Io. An. eſt locus in quo degit populus alicui
Paro- eccleſiæ deputat', certis limitibus cõſtitutus: dicta Parochia, à
chia. parochi quod eſt largitio: quia ibi largiũtur eccleſiaſtica ſacra-
mẽta: vel ſecundũ Io. An. dicitur, quaſi petitio curæ: nã cura po
puli partita fuit inter Eccleſias parochiales. c. j. de capel. mon.
de hoc xiiij. q. j. & lxxx. diſt. c. j. & ij. & xcix. diſt. c. j.

### De decimis, primitijs, & oblationibus.

Decimæ, primitiæ, & oblationes ſunt de iure parochiali.
Decima Ex. xxij, Decimas & primitias nõ tardabis offerre. & Leu. xxvij





Deuter. xiij. & ij. Para. xxij. Nume iiij. c. tex. Hiero. xvj. q. j. reuer
timini. Aug. xvj. q. iij. decimæ. & q. vij. maiores. Am. xvj. q. vij. q
cũq́. Greg. de conſe. diſ. v. quadrageſima. in fi. habetur in cõci-
lio gñali in c. maioris. ij. xvj. q. vij. & in cle. cupiẽtes. de pœ. Et
dicuntur Decimæ, quia non nona, neq́ vndecima pars, ſed de
Primi- cima dãda eſt: Primitiæ autẽ frugũ, id eſt, primæ portiões noua
tiæ. rũ frugũ. & vtrũ tales ſint in præcepto ſicut decimæ, habetur p
gl. fi. & Doc. j. c. j. Oblatiões autẽ dicũtur quas laici hodie faciũt
Oblatio clericis: de quibus in c. oĩs Chriſtianus. de conſ. diſt. j. & in c. cũ
nes. inter vos. de ver. ſig. & c. cum cauſa. & x. q. j. de his. & c. antiquos
& bona gl. xc. diſt. clericus. & xvj. q. j. ſtatuimus. & xiij. q. ij. qui
oblationes. & xxxij. diſt. præter.

### De regularibus, & tranſeuntibus ad religionem.

Virorũ eccleſiaſticorũ duo ſunt genera: clericorũ Seculariũ,
& Religioſorum: viſo de primo, ſubijcitur de ſecundo. Et dicit
Regula- Regularis ſecũdũ Io. And. à regula: & multipliciter capitur, vt
ris. no. gl. ſuper rub. de reg. iur. li. vj. ſed quantũ ad propoſitũ, dici-
tur à rectitudine viuendi: Et ille dicitur proprie habere regulã,
qui profitetur tria ſubſtantialia cuiuſlibet approbatæ religio-
Religio nis: videlicet paupertatem, Caſtitatem, & Obedientiam: c. cum
ad monaſterium. J. de ſta. reg. Religionis autem vocabulum hic
capitur ſtricte, comprehendens ſolum illos, qui per profeſsio
nem ſubiecerunt ſe abbatis imperio, ſecundum Io. And.

### De conuerſione coniugatorum.

Conuer Coniugati aliquando conuertuntur, & intrant monaſteriũ:
ſio. & dubitari poſſet de eorum ingreſſu, vel cõuerſione, id eſt, re-
ligione, an valeret: ideo de hoc. De materia xxxiij. q. v. & xxvij.
q. ij. c. ſunt qui cum ix. c. ſeq. J. de rap. c. pen.

### De conuerſione infidelium.

Superior titulus tractat de conuerſione coniugatorum ad re
ligionem: hic ſubijcitur de eorum conuerſione ad fidem. de ma
teria. xxviij. q. j. & ij. & xxxij. q. viij. c. vno

### De voto & voti redemptione.

Ponit de voto in genere, & ipſius voti redemptione, id eſt,
liberatione: de materia xxvij. q. j. per totum. xxxij. q. j. c. final. re
petitur in Sexto, & Clem. de fide. inſtru. c. quod ſuper.

Universidad de Deusto Biblioteca



### De ſtatu monachorum, & canonicorum regularium.

Conuerſi ad religionem, vel vouentes ingredi, efficiuntur vt plurimum monachi, vel canonici regulares. ideo hic ſubijcitur de eorum ſtatu, id eſt, vita & habitu.

### De religioſis domibus.

De ſtatu regularium, & quibus ſubijciantur, ſ. dixit: nunc de eorum domibus & eccleſijs, de quibus ſunt ſubiectæ: de materia habetur. xj. q. j. per totum. xvj. q. vij omnes baſilicæ. cum ſe. xviij. q. ij. quidam. cum ſeq. dixi aliquid C. de epiſ. & cle.

### De capellis monachorum, & aliorum religioſorum.

Hic tractatur in ſpecie de domibus religioſis, ſeu capellis monachorum, &c.

### De iure patronatus.

Patronus multis modis dicitur in iure: quandoq; Aduocatus, reſpectu cauſæ, l. rem non nouam. §. patroni. C. de iudi. xc. q. ij. Itē dicitur Patron⁹ reſpectu ſerui. vt in to. ti. ff. de iur. pa. &

Patron⁹ de iſtis patronis non tractatur hic. Itē dicitur patronus, qui cōſtruxit, vel dotauit, ſeu fundauit eccleſiā. Et dicitur Patronus,

Iuspatronat⁹. quia ſicut pater producit filiū de nō eſſe ad eſſe, ita patronus eccleſiam deducit ad eſſe: & ſic capitur hic. Et dicitur ius patronatus ſecundū Io. An. ius honorificū, onerosum, & vtile, alicui cōpetens in eccleſia pro eo, quod diœceſani conſenſu eccleſiā conſtruxit, fundauit, vel dotauit ipſe, vel is, à quo cauſam habuit. Quid debeatur patrono, dixi ff. de iur. pa, pag. 127

### De cenſibus, & exactionibus, & procurationibus.

Exactio De cenſibus dixi ff. eo. tit, pag. 222. Exactio autem eſt tributū quoddā, vel pēſio, quæ extra ordinē exigitur: de quibus in c. innouamus. J. e. & in c. ea quæ. Procuratio aūt eſt ſolutio expen

Procuratio. ſarū per viſitatores factarum: de quo in c. cum apoſtolus. J. e. & in c. ſopitæ. & c. quinto. & c. cum olim. & ſ. procurationes.

### De conſecratione eccleſiæ vel altaris.

Eccleſia antequam conſecretur nō appellatur proprie eccleſia, ſed baſilica: poſt conſecrationem aſſumit nomen eccleſiæ. Sicut electus in epiſcopum, qui poſt conſecrationem aſſumit nomen epiſcopi, do quo bona glo. cum tex. de relig. dom. c. j. & di

dicitur Eccleſia Latinè idē quod cœtus, cōciliū, cōtio, cōgregatio: quia in eam omnes publicé conuocantur. Tēplū verò Iudæorū olim appellabatur, hodie Synagoga, id eſt, coadunatio. Baſilica aūt dicitur quaſi regium habitaculū à baſileo, id eſt, rege. Eccleſia Tēplū. Baſilica.

### De celebratione miſſarum, & ſacramento euchariſtiæ, & diuinis officijs.

Quia in eccleſia conſecrata miſſæ celebrantur, & alia diuina officia dicuntur. Et dicitur Sacramētum euchariſtiæ, id eſt, bonæ gratiæ, venerabile corpus dominicum, quo nihil maius in ſacrificijs eſſe poteſt de conſ. diſt. ij. nihil. da cuius laudibus & præconis ampliſsimis, atq; prærogatiuis præcipuis, eſt optimus tex. in Clemen. vna. de reliq. & ven. ſanc. Sacramētū euchariſtiæ.

### De baptiſmo, & eius effectu.

Baptiſmus eſt ſacramentum valde neceſſariū, ſine quo nemō poteſt ſaluari. J. c. maiores. de conſec. diſt. iiij. firmiſsime. Et producit tres effectus: remittit culpam, vitat dānationis periculū, & aperit regnum cœleſte. j. co. maiores. vide gl. de conſ. diſt. iiij. c. ij. & bona gl. ea. diſt. c. j vbi dicitur, quid ſit Baptiſmus, vnde dicatur, & per quæ verba fuerit inſtitutus, & de eius effectu. Baptiſmus.

### De presbytero non baptizato.

Sæpe promouentur aliqui non baptizati, in quibus ex defectu ſacramenti baptiſmi impeditur impreſsio characteris aliorum ſacramentorum: quia vbi nō eſt baptiſmus, ibi non eſt validum aliquod aliud ſacramentū, in quo imprimitur character & hoc, quia baptiſmus eſt ianua aliorum ſacramentorū, j. c. ſi.

### De cuſtodia euchariſtiæ, chriſmatis, & aliorum ſacramentorum.

Qualiter euchariſtia cōſecrat̄ ſ. dixit: nūc de ipſius cuſtodia Et quia in baptiſmate vtimur chriſmate, vt i c. j. de ſacra vncti. ideo de hoc & generaliter de cuſtodia oīum aliorū ſacramētorū.

### De reliquijs, & veneratione ſanctorum.

Quomodo venerandi ſunt ſancti, & eorum reliquiæ, hic ponit. & quæ debeant præcedere canonizationē alicuius ſancti. & ponit glo. in c. j. eo. tit. lib. vj. & qua veneratione ſint ſancti honorandi, ponitur in c. ſi canonici. § fi. de off. ord. eod. lib.

### De obſeruatione ieiuniorum.

Propter venerationem & deuotionem indicta ſunt ieiunia Ieiun

Universidad de Deusto Biblioteca

ab eccleſia. Et ſecundum Inno. eſt triplex Ieiunium: primũ abſtinentiæ cuiuſlibet rei edibilis, ſecundum propriã voluntatẽ, & non ſecundum factum eccleſiæ: & ſic is, qui abſtinet ab aliquo cibo placito, poteſt dici Ieiunator: dictum Ieiuniũ à quodã inteſtino ſic vocato, quod vt plurimũ eſt vacuũ: vnde ad ſimilitudinẽ illius inteſtini dicitur illud ieiuniũ propter abſtinet à rebus humectantibus, comedẽdo ſicca dũtaxat, vt panẽ, & nuces, & ſimi. Tertiũ, eſt abſtinẽtia à cibis, ſecũdũ ordinationẽ, ſeu cõſuetudinẽ eccleſiæ: & ſic capitur hic. Et ſic in effectu dicitur ieiuniũ, afflictio carnis ex abſtinẽtia ciborum proueniens, &c.

### De purificatione poſt partum.

Ob reuerentiam eccleſiarum indictum erat ex lege Moſaica, ne mulier poſt partũ ſtatim ingrederetur eccleſiã, ſed expectaret purificationem ſuam, id eſt, purgationem, quæ qualis ſit, hic habetur: & aliquid v. diſt. c. ad eius.

Purificatio.

### De eccleſiis ædificandis, vel reparandis.

Eccleſiæ cõſecratę quãq; ruũt, & ſic reparatione indigẽt: quãq; verò ex neceſsitate de nouo edificari debẽt: imò ad decus eccleſiæ pertinet, reparare eam, vel nouiter edificare: ideo de hoc.

### De immunitate eccleſiæ.

Eccleſiæ cum ſuo ambitu, ſeu cœmiterio, & ſuis rebus premĩ nõ debet oneribus, quibus res laicorũ premũtur: ideo de immunitate, id eſt libertate earũ dicit. Et dicũtur Eccleſiæ immunes ſecũdũ Inn. id eſt, extra munera ſeu officia. Nã munerũ triplex eſt diuiſio, vt dixi ff. de mu. & ho. vnde eccleſiæ dicunt habere immunitatẽ, ſcilicet ab oneribus & officijs ſecularib'. Quid ſit eccleſia dixi ȏ. de cõſ. ecc. Quid cœmiteriũ. habet xij. q. ij. aurũ. & xvij. q. iiij ſicut antiquitus. & c quiſquis. & dicit Cœmiteriũ, quia cinis mortuorũ ibi tegit de hoc de ſepul. c. j. & pe.

Cœmiterium.

### Ne clerici vel monachi ſecularibus negotijs ſe immiſceant.

Seculare negotium tribus modis dici poteſt: primò, quilibet actus ſecularium rerum: pone exempla j c. j. à quibus turpibus abſtinendũ eſt. Secundo dicitur negotiũ ſeculare, iudicium de rebus ſecularibus, quod clericis nõ licet, niſi inter clericos tantum, xj. q j. ſ ex his. Tertio dicitur, quod fit inter ſeculares homines: quod etiam nõ licet clericis, niſi de his quæ pertinẽt ad

in



iudiciũ eccleſiæ, puta de decimis, de iure patronatus, & ſimi. de iudi. quãtò. pro hoc gl. ſummæ. xxj. q. iij. vbi de hac materia.

## LIBER IIII.

### De ſponſalibus, & matrimonijs.

QVid ſint ſponſalia, & vnde dicant, dixi ff. e. ti. pag. 78. Matrimoniũ aũt qd ſit vñ dicunt, vbi fuit iſtitutũ, p quẽ, quot ſint eius cauſę iſtituẽdę, & de ipedimẽtis ipſius, & multis alijs, eſt bona gl. xxvij. q. j. in ſum. dixi aliquid ff. de ritu nup. pag. 79.

Matrimoniũ.

### De deſponſatione impuberum.

Ad ſponſalia contrahenda certa ætas determinata eſt de iure: ſcilicet pubertatis, quæ in maſculo eſt in XIIII. an. in puella in XII. Inſti. de nup. ſ. j. & quib. mod. inſi. circa principiũ: & j. eo. c. puberes. vbi tractatur de ætate habili ad ſpõſalia. de materia, xxx q. ij & xx. q. j. c. j. repetitur in Sexto.

### De clandeſtina deſponſatione.

Quãdoq; puellæ ſeducũtur, & inducũtur ad contrahendum clam parẽtib': & quia de tali matrimonio poſſet dubitari: ideo de clandeſtina deſpõſatione dicit, id eſt, in occultũ locũ deſtinatũ. De materia xxx. q. v. & iij. q. iiij. c. conſanguineorum.

### De ſponſa duorum.

Quandoque quis contrahit ſucceſſiuè bina ſponſalia cum diuerſis mulieribus: vel econtrà, mulier cum diuerſis viris, & poſſet dubitari quæ preualeant: ideo de hoc.

### De cõditionibus appoſitis in deſponſatione, & matrimonio, vel alijs contractibus.

Qñq; ſpõſalia cõtrahuntur purè, vt. ȏ. qñq; ſub conditione: ideo de hoc. Et quia cõditio apponi poteſt nõ ſolũ in matrimonio, ſed etiam in alijs cõtractibus: ideo ſubnectit hic de conditionibus appoſitis etiam in alijs contractibus. Et eſt conditio quædam adiectio poſita vel ſubintellecta in diſpoſitione, ſuſpẽdẽs, vel reſoluẽs ipſam diſpoſitionẽ & differt à *Modo*: vt j. e. ſi. per glo. & ſatis dixi ff. de condi. & demon. pag. 115

Cõditio

### Qui clerici vel vouentes matrimonium contrahere poſſunt.

Iſta rubrica nihil ponit diſpoſitiuẽ: ſed procedit interroga-

tiue

Universidad de Deusto Biblioteca

tiuè,ſcilicet qui cler.vel vo.&c Et dic quòd clerici in minoribus licitè contrahunt matrimonium.Si verò ſunt in ſacris,non poſſunt contrahere:& ſi contraxerint,eſt nullum.c.vno.de voto.lib.vj.& 3.de cle.coniug.quaſi per totum.vbi dixi differentiam inter illum ti t.& hunc.

### De eo qui duxit in matrimonium quam polluit per adulterium.

Subijt de alio impedimẽto,quod cauſatur ex adulterio,vel ex machinatione in mortem coniugis:vt j.c.j.

### De coniugio leproſorum.

Morbus lepræ ſuperueniens diſſoluit ſponſalia de futuro,c.quemadmodum.de iniur.& c.literas.j.eod.ſed non matrimonium,nec matrimonij effectum,j.c,j.& ij.

### De coniugio ſeruorum.

Licet ſeruus cõtradicẽdo dño cõtrahere poteſt matrimoniũ & propter hoc non liberatur à ſeruitijs dño debitis.j.c.j.tñ qñ libera ignorãter cum ſeruo,vel econtra contraxit,ſeparatur matrimonium:niſi poſtea de hoc ſciẽs coitum admiſerit.j.c.ij.

### De natis ex libero ventre.

Liber venter.

Partus ſequitur ventrẽ.Inſti.de iure gen.§.j.& natus ex libero ventre,id eſt,matre libera,iudicãdus eſt liber,nõ ſeruus,vt hic.

### De cognatione ſpirituali.

Spiritualis cognatio catechiſmus.

Spiritualis cognatio proprie oritur quo ad impediẽdum & dirimendũ matrimoniũ poſt cõtractũ ex duobus ſacramentis tãtũ,ſcilicet baptiſmatis,& cõfirmationis:vt circa in tex.i c.ſi.j.eod.tit.lib.vj.Ex cathesimo autẽ,id eſt,inſtructione,quæ fit ante baptiſmũ,oritur impedimentũ,ſed nõ dirimit:vt in c.per catechiſmũ.eo.ti.lib.vj.Et eſt Cognatio ſpiritualis quoddam vinculũ,proueniẽs ex eo,quòd quis aliquẽ baptizauerit,vel cõfirmauerit:ſeu baptizatum leuauerit,ſeu tenuerit in baptiſmo,

Cõpaternitas.

vel cõfirmatione,ſeu chriſmatione.Et appellatur iſta cognatio ſpiritualis qñq; Cõpaternitas,reſpectu leuati ſeu baptizati,& leuantis ſeu baptizantis.Quãdoq; compaternitas,reſpectu parentum leuati ſeu baptizati,& leuãtis ſeu baptizantis:quia iſti ſunt ſimul parentes baptizati:vnus carnaliter,alius ſpiritualiter.

Fraterni

Quandoque dicitur Fraternitas,reſpectu leuati ſeu baptizati,& filiorum leuantis ſeu baptizantis:quia inter ſe ſunt fratres ſpiritualiter.- Nec extenditur iſta cognatio ad nepotes.Et xx.perſonas,quæ prohibentur per hanc cognationem



ſpiritualem,ponit Io. An.in ſummula ſua ſuper quarto Decre.& in glo.c.vni.eo.ti.lib.vj.in nouel.

### De cognatione legali.

Adoptio.

Adoptio eſt quędam propinquitas legalis,id eſt,à lege inducta,per quam quis efficitur filius,vel nepos,vel affinis,qui ex natura non eſt:de hoc dixi ff.de adop.

### De eo qui cognouit conſanguineam vxoris ſuæ.

Ex copula habita cum cõſanguinea vxoris oritur affinitatis cognatio,quæ non dirimit matrimonium prius cõtractum ſed ſoluit ſponſalia de futuro:Item priuat facultate cõtrahendi matrimonium & exactionem debiti in vxore habita.

### De ſanguinitate & affinitate,

Quid ſit affinitas,et cõſãguinitas,dixi ff.de gra affi.pag.113

### De frigidis & maleficiatis, & impotentia coëundi.

Maleficiatus.

Impotẽs

Hęc rubrica tres habet partes:tractat enim de Frigidis,id eſt de his qui ex defectu naturalis caloris coire non poſſunt.Et de Maleficiatis,id eſt,per maleficas & incantatrices à coitu retardatis,aut inhabilitatis.Et de Impotentia coëundi:quæ multiplex eſſe poteſt,vt ſi vir eſt ſectus,vel caret virilibus,vel habeat nodoſam virgam:de quo in c.ij.j.eo.

### De matrimonio contracto contra interdictũ eccleſiæ.

Interdictũ eccleſiæ,id eſt,prohibitio ſuper matrimonio contrahẽdo,qñq; impedit ipm matrimoniũ.qñq; impedit & dirimit:de materia vide quod no gl.in c.tua de ſpon.duo.

### Qui filij ſint legitimi.

Sæpe filij naſcuntur ex matrimonio contracto contra impedimẽta eccleſiæ:& dubitari poteſt,an & quando ſint legitimi:ideo de hoc vide c.tanta j.e.vbi eſt clauis totius ti.dixi aliquid in Auten quib.mod.na.eff.le.coll.vij.de materia xxvj.diſt.viduam.xv.q.vj.nonnuper.xxx.q.iij.dicat.& xxvij.q.vij.c.fi.

### Qui matrimonium accuſare poſſunt, & contra illud teſtificari.

Iſta rubrica duas partes habet tractat enim qui ſint accuſatores idonei.Iõ aliquo diſtingue,an agatur ad ſeparationẽ thori,vt tunc ſoli coniuges admittantur:an ad ſeparationem vinculi coniugalis:nam tunc omnes admittuntur.Secũdo tractat.

qui teſtes ſint idonei contra matrimonium: & dicit Inn. quòd quiſq; ad accuſationem matrimonij eſt idoneus teſtis.

De diuortijs.

Diuortium. Diuortiũ fit dupliciter: primo quo ad ſubſtantiã vinculis matrimonialis: vt qñq; ſeparatur matrimoniũ ꝓpter impedimẽtũ ꝑpetuũ: qñdo fit quo ad thorũ & mutuã ſeruitutẽ, vt ꝓpter adulterium coniugum. Quid ſit Diuortium dixi ff. e. ti. pag. 81

De donationibus inter virum & vxorem, Et dote poſt diuortium reſtituenda.

De prima parte dixi ff. eo. tit. pag. 80. De ſecunda dixi ff. ſol. mat. pag. 83. & ff. de iure dot. pag. 79

De ſecundis nuptijs.

Dixi C. eo. tit.

LIBER V.

De accuſationibus, & inquiſitionibus, & denuntiationibus.

TRactaturus autor de criminibus, & eorum pœnis: quia ſuper eis quandoque proceditur per accuſationem, quandoque per inquiſitionem quandoq; per denuntiationem ideo de his dicit: dixi ff. eo. tit. pag. 192

De calumniatoribus

De hoc dixi ff. e. ti. pag. 25. & ff. ad turpil. vide bonum tex. ij. q. j. notandum. & ff. de priua. del. pag. 181

De Simonia.

Simonia. Inter cætera crimina Simonia obtinet primũ locum: nã cætera reſpectu huius pro nihilo reputantur. q. j. vlt. c. fi. Et, eſt Simonia volũtas ſtudioſa, vel cupiditas emẽdi vel vendendi aliquid ſpiritualis, vel ſpirituali annexũ: de quo, & vnde dicatur quo modis contrahatur, & quis amittitur ad accuſandum, vel teſtificandum, vide glo. j. q. j. in ſum. & glo. ſeq.

Ne prælati vices ſuas vel eccleſias ſub annuo cenſu concedant.

Iſta eſt ſpecies Simoniæ: & eſt titulus ſatis clarus, quia negatiuus, & totam orationem continet.

De magiſtris, & ne quid exigatur pro licẽtia docendi.

Hic ſubmittit de quibuſdam habẽtibus inſtar ſpiritualium vt de magiſtris, & licentia docendi: & eſt ſatis clarus, præſertim ſe-



cunda pars, quæ negatiua eſt.

De iudæis, & Saracenis, & eorum ſeruis.

Iudæi à Iuda, quia illa tribus erat præſtantio cæteris dixi C. e. Saraceni dicũtur à Sara vxore abrahæ: qui poti⁹ Agareni dici deberẽt, ab Agar ancilla Abrahe: & matre Iſmaëlis, ex quo Saraceni deſcẽderũt. Et dicit hic de ſeruis ſiue ſtrictè. i. libertate carẽtib⁹, ſiue large etiã ſeruiẽtib⁹ pro mercede, vt famuli: qui etiã ſerui dicuntur à ſeruiendo. dixi C. ne iudæ. Chriſti. manc. Iudæi. Saraceni. Serui.

De hæreticis.

Dixi C. eo. tit.

De ſchimaticis.

Schiſmatici ſunt, qui diuidunt ſe ab vnitate Romanæ eccleſiæ, conſtituendo ſibi eccleſiam, & ordinando clericos, & ſacerdotes. xxiiij. q. j. loquitur. & q. iij. inter ſchiſma.

De apoſtatis, & reiterantibus baptiſmum.

De prima parte dixi C. eo. de apoſta. C. ne ſanc. bap. re.

De his qui filios occiderunt.

Inter homicidiorũ genera, homicidiũ filiorũ eſt graui⁹, quia parricidium: ideo præmittitur: dixi C. ad leg. pomp. de parric.

De infantibus, & languidis expoſitis.

Exponentes, id eſt, eijciẽtes infantes, & languidos, eos quaſi occidunt: ideo de hoc dixi aliquid C. de ſer. lang.

De homicidio voluntario, vel caſuali.

De homicidio voluntario dixi ff. ad le. cor. de ſica. pag. 197 ſi de caſuali dixi ff. ad le. aquil. pag. 58. & vide glo. bonam in c. ſicut dignum j. eo. & gl. xxxiij. q. iij. in ſum.

De torneamentis.

Tornamenta fierit non debent, & vulnerato in eis concedi tur pœnitentia. Sed ſi moriatur denegatur ei ſepultura eccleſiaſtica. j. c. j. & dicuntur Torneamenta, quia vadunt circumeundo ſeu percutiant ſe circumeuntes: à torqueo, vel à torno. Torneamenta.

De clericis pugnantibus in duello.

Duellum dicitur, vbi duntaxat duo pugnant: & hoc eſt prohibitum, quia tentatur Deus. j. c. ij. & de purg. vulg. per totum. de quo glo. Inſt. de hære ab inteſt. §. per contrarium.

De ſagittarijs.

Sagittarij & Baliſtarij ſunt, qui ſagittis, id eſt, arcu, & baliſtis vtuntur.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca



### De adulterijs & ſtupro.

Dixi ff.eo tit.pag.194

### De raptoribus, & incendiarijs, & violatoribus eccleſiarum.

Rapina partim ſe habet ad mœchiã,cũ ſcilicet rapiſ mulier: partim ad furtũ,cũ cómittitur in alijs rebus:in quo delicto fre quẽter incẽdia, & violatiões eccleſiarũ cótingunt ideo de hoc.

### De furtis.

Dixi ff.eo.tit.pag.181

### De vſuris.

Dixi ff.eo.tit.pag.84.

### De crimine falſi,

De materia habet xix.diſt.in memoria.& xi.q.iij.quiſquis. iiij.q.iiij.qui falſo.vide modos deprehendẽdi falſum j c.licet. & pœnam in c.ad audientiam.dixi ff pag.197

### De ſortilegijs.

Sortilegia dicuntur,quæ fiunt pro furtis inueniendis,vel di uinationibus intentandis per miſsionẽ ſortis:de hoc vide opti mam glo.xxvj.q.ij.in ſum.& q.v.c.contra idolorum.

### De colluſione detegenda.

Dixi ff.eo.ti.pag.143.vide glo.ij.q.iij.§.notandum.& §.fin. facit tex.in c.ij.de procu.lib vj.

### De delictis puerorum.

Omne delictum cadit in puerũ,excepto vitio carnis.de ma teria.xv.q.j.per totum.& iiij.q.iij.c.j & xxxij.q.vj.c.paruuli.

### De clerico venatore.

De multiplici venatione clericis prohibita hic tractatur:de Vena- hoc lxxxvj.di.q venatorib⁹.cũ v.c.ſeq.et xxxiiij.diſt.c.j.in pri. tio.

### De clerico percuſſore.

Clericus ſæpe aliquem percutiens deponendus eſt.de mate ria xlv.diſt.& j.q.vij.c.ſi quis omnem.

### De maledicis.

Pœna blaſphemẽtis poniſ j.c.ij.dixi aliq d C.ſi qs ĩpe.male.

### De clerico excommunicato, depoſito, vel interdicto miniſtrante.

Clerici his cenſuris innodati celebrantes,vel diuinis ſe in gerentes,ſunt irregulares.vt j.dicetur: de materia xj.q.iij.pla-



cuit.& c.pen l.diſt.accedens.

### De clerico non ordinato miniſtrante.

Talis deponendus eſt,& amplius non ordinandus.

### De clerico per ſaltum promoto.

Per ſaltum promoueri dicitur,qui non gradatim ad ordi nes accedit,ſed præpoſtere ali quibus intermedijs obmiſsi ordi nibus:de hoc l.j.diſt.ſolitudo.vbi gl. Per ſaltũ promoueri.

### De eo qui furtiuè ordines recepit.

Furtiuè ordines recipere dicitur,qui ſine ordinatione & li centia ſuperioris,& ſine examinatione,vt quia ingerit ſe cum multitudine ordinandorum,ignorante ordinatore,ordinatur & de hoc lxiij.diſt.ſalonitanæ.q.ix,q.ij.Lugdunenſis.

### De exceſsibus prælatorum.

De delictis prælatorum ponit,& eorum pœnis.

### De noui operis nuntiatione.

Dixi ff.eo.ti.pag 135.no.plenè per glo.c.ij.

### De priuilegijs, & exceſsibus priuilegiatorum.

Qñq; delinquunt priuilegiati,excedẽtes terminos priuile giorũ ſuorũ.De materia xxv.q.ij.p totũ.facit iij diſt.priuilegia & ix.q.iij.§.ſola.& xj.q.i j.priuilegiũ.repetitur in Sex.& Clemẽ Purgatio.

### De purgatione canonica.

Infamati ex delicto,qui conuinci non poſſunt.debẽt cõpelli ad purgationem,id eſt,oſtenſionem innocentiæ, quę dicitur ca nonica,quia canonibus inſtituta,vel inuenta.

### De purgatione vuulgari.

Hãc purgationẽ,id eſt,oſtẽſionẽ,innocẽtię vulgus ĩtroduxit & eſt ꝓhibita,q a tẽtaſ De⁹,& multoties p eũ códẽnaſ abſoluẽd⁹.

### De iniurijs, & damno dato.

De prima,ff.eo.pag.175.De ſecunda,ff.ad l.aquil.pag.38

### De pœnis.

Dixi ff.eo.tit.pag.164.

### De pœnitentijs, & remiſsionibus.

Pœna imponitur in foro iudiciali,ſed Pœnitentia in foro pœnitentiali:quæ quia quandoq; releuantur per indulgẽtias, ideo ponit de remiſsionibus,id eſt,indulgentijs. Pœna. Pœnitẽtia.

### De ſententia excommunicationis.

Excõmunicatio,eſt à qualibet licita communione,vel licito actu ſeparatio. Et quædã eſt maior,quæ priuat participatione

Universidad de Deusto Biblioteca



ſacramentorum, & cõmunione hominum: quędam minor quę ſolum priuat à participatione ſacramentorum: de hoc in c. à nobis. de excep. c. ſi. de cler. excom. min.

De verborum ſignificatione.

De hoc dixi ff. eo tit. pag. 223

De regulis iuris.

De hoc vide bonam glo. eo. tit. lib. vj. ſuper rubri. dixi etiam ff. eo. tit. pag. 225

¶ Has easdem rubricas & ſi nõ omnes, eas ſaltem quæ tibi, ó Lector, obuenerunt in Sexto & Clementinis repetere, ac reuiſcere, ex ſuprapoſitis potes.

Finis.

# DECRETVM.

Decretũ

DE materia Decreti paululum quippiã pro eius dũtaxat cognitione dicturi, præmittimus, Decretũ idẽ eſſe quod ſtatutũ, vel cõſtitutionẽ. Et quæ ſit differantia inter Decretũ, Iuſſum, Autoritatẽ & Cõſenſum, no. in c. j. de re. eccle. non alie. & Bar. in l. ſi quis mihi. §. iuſſum. ff. de acqui. hære. Et ſumitur Decretũ quãq; p ſnĩa diffinitiua. ff. de off. pcõ. l. nec quicquã. §. vbi decretũ. & l. prętor. §. j. ff. de iudic. & ff. de re iudi. ſi decreta. Quãq; ſumit pro ſimplici petitione data iudici. C. de pcib. imper. offer. l. j. Quãq; diſpoſitionẽ iudici, abſolutionẽ vel condẽnationẽ cõtinet pmiſsionẽ, vel dẽnationẽ nõ cõtinẽtẽ: vt i iuriſdictione præciſe volũtaria, vbi nemo citãdus eſt. ff. de bono. poſ. l. iij. §. pen. Quãq; dicitur Decretũ electio de aliquo facta ad aliqd officiũ. ff. quod cuiuſq; vniuer. l. iiẽ eorũ. §. ſi decuriones. de elect. innotuit. Quãq; dicitur in integrũ reſtitutio. ff. de poſt. l. j. §. de qua. Quãq; dicuntur Decreta patrũ ſtatuta, vt hic, & j. xx. diſt. ſi decreta. Et fuit cõpilatũ à magiſtro Gratiano, anno dñi M. C. V. ſecũdũ formã appellationis, quæ ponit ij. q. vi. §. forma. Sed vt gl. ibi dicit colligi ex chronicis, qd fuerit M. C. L. Et hoc decretũ non approbatũ quo ad dicta Gratiani, ſed benè quo ad cõpilationẽ, & alias: de quo p Ioan. And. de bi ga. debitum. de reſcript. ex parte. j. not. Hug. & Ar-

Cõpilatio decreti.



chid. xj. diſt. quis neſciat. & l. diſt. de his. Et diuiditur totum opus in tres partes: in Diſtinctiones, Cauſas, & Tractatum conſecrationum. Diſtinctiones præmittuntur, quantum ſunt centum & vna: in quibus tractatur de origine iuris diuini & humani, & de ordinatione, vita, & moribus clericorum, & eorum officijs. Cauſę ſunt triginta ſex, quæ per modum poſitionis formantur: & ſub eis variæ quæſtiones ex cauſis ipſis emergentes, & incidentes explanantur. Sed ſub triceſima tertia cauſa poſt tertiam eius quæſtionem, in qua mentionem fecerat de pœnitẽtia, inſeritur tractatus De penitentia, habens ſeptem diſtinctiones. Poſtremò autem ponitur Tractatus cõſecrationis, cũ quinque diſtinctionibus vſq; ad finem continuatis. De huius libri diuiſione ita ſolent tradi verſus.

Diſtinctiones.

Cauſæ.

C. diſtinguit & i, dant cauſas x. tria cum vi.  
Pœnitet v, verſum: ſed conſecrat v, vice uerſum.

Sed de his ad præſens ſatis, ne longiores reperiamur quàm ab initio polliciti ſumus. Habes, ó Lector, laborem quidem præcipitatum, & quoad potuimus abbreuiatum: in plurimis tamẽ non ingratum, aut iucundum tibi fore ſcio. Penſa animum noſtrum, quem non plebeium lucrum, non popularis aura, ſed cõmunis ſtudentium vtilitas, ad huius opuſculi conſummationẽ allexit. Tuóq; fauebis Sebaſtiano, Sibi, ſi quid de te bene meruit, longa ſtamina, fuſoſq; lauiſicum ſororum non faſtiditos, inmò verò continuatos precando.

*Iamq; uale ſtudioſe puer, perdiſce libellos,*  
*Hoſce: neque addubita, te quia digna leges.*  
*Contigimus portum, placidis comitantibus auris,*  
*Et premit optatum noſtra carina ſolum.*  
*Lintea feſſa quidem, remiq;, ratiſq;, manuſq;,*  
*Quod meruit naulum nauita ferre cupit.*  
*Diſce docendus adhuc, tenerum bene digere tempus.*  
*Eſt aliquid ſaltem, diſcere uelle: Vale.*

Universidad de Deusto Biblioteca



# MODVS STVDENDI IN VTROQVE IVRE,

## IOAN. BAPTISTAE DE Gazalupis.

CVm expurgaueritis vetus fermentum,& iam ſitis noua conſperſio,vt opinor,in azymis ſynceritatis & veritatis:in quo ſtatu non conſeruet clementiſſimus Deus:viſum eſt mihi ſitiēti vtilitatē veſtra, tēpus eſſe conueniens,quo ſtudioſis anxiè diligentibus religionem iuris ciuilis,rectum callem oſtēdam,quò greſſus eorū dirigam,& viam aperiam,per quam ambulent,non in tenebris,ſed in luce,ad illam legalem ſapientiam capeſſendam. Dicam igitur quæ ſentio,& pro vtilitate veſtra fideliter loquar quaſi mihi ipſi conſilium dans.

### DOCVMENTVM Primum.

Anima purganda & cōſciētia.

QVicunque cupit iuri operam dare,ſit circunſpectus infraſcriptis. In primis bene, & diligenter præparet animam ſuam,confitendo peccata ſua integrè,& ſatisfaciendo pro cōmiſsis:vt ſic Spiritus ſancti gratia,omnem habens virtutē,& omnē ſcientiam,inueniat reptaculū mundū, & tribuat plenā perfectamq́; ſciētiā. nā quicquid alibi quæritur,hic perfectius inuenitur. xxxviij.diſt.c.legimus.§.ſed econtra.in fin. Iſtud eſt potiſſimū & primū cōſiliū quod dedit veniētibus ad ſtudiū venerabilis doctor Guiliel de monte Laud. in clement.j.de magiſtris ſubdēs,quòd ſcholaſtici qui ad quāuis ſciētiā approbatā tranſſtūt,& die noctuq́; torquētur,in vanū laborāt,niſi Die gratiam habeant ſecū coadiutricē: quia vt dicitur Sap.j. In maleuolam animā nō introibit ſapiētia. Idē cōſiliū dedit recolēdæ memoriæ doctor dominus Simon de Burſiano,Cardinalis Mediolanēſis,in procemio Clemēt.dicēs,quòd ſcholaris nō confidat in ingenij perſpicacio , & capacite, ſtudij aſsiduitate , & memoriæ tenacitate:ſed in eo ſpē ponat,qui ſciētiarū dn̄us eſt:in quo ſtant omnes theſauri ſapientiæ abſcōditi. Nā ſcriptū eſt. Qui cōfidūt in domino,intelligēt veritatē:ſuperbis aūt Deus reſiſtit. Idē cōſiliū ſummopere laudauit in d.cle.j.de magi. Franciſcus de Zabarellis de padua, olim Cardinalis Florentinus ; & inſignis doctor do. Goffredus Caietanus in dicta cle.j. & Martinus de Fano in epiſtola,quā fecit de modo ſtudēdi,in quinto requiſito. Caueat etiā omni conatu à ſingulis peccatis : qa delinquēs in vno factus eſt oīm reus:vt in c.deſleat.ex.de reg.iuris.& per vnū pctū tota gratia euacuatur.xxx.q.j cū renūtiaſ.totū enim hoiem,nō dimidiū ſaluat deus. Verſus: Larga dei pietas totū nō dimidiabit Aūt nihil,aut totum,te lacrimante dabit.

Sap.iij.

A venere abſtinēdum ſcholaribus.

Dicit etiā Guilielmus,quod ſpecialiter caueat idē ſtudens à Venere,(quo vitio cōſuerūt facile ſtudioſi inquinari)cū per tale vitiū ratio & intellectus tāquā ſuperiores partes mētis confundātur,ſenſualitate(quæ eſt inferior pars)attrahēte & prædominā te.xxxvij.diſt.c.turbat.in c.j.de ſacra vnct.verſi.in pectore. Simile in caule,cuius ſpica per quā emittitur ſemē ſi permittatur luxuriari,cito creſcit: ſic eſt in ſcholari : ſi pinolū , id eſt,ingeniū permittatur deſluere,virtus ſupernæ rationis & intellectus impediūtur & corpis paratur infirmitas. Idē dicūt prefati doctores in d.cle.j.vbi ſubdit D.Card.Flo.quod ipſe habuit auditorē,qui notoriè obijt ex hoc:& ego cognoui plures,q hoc vitio dediti,male vitā finierūt,vno cōtextu pdiderūt omnē virtutē,omnē honorē,& omnē ſubſtātiā : & inter cęteros vidi q̄dā ſcholarē diuitē & ingenioſum,qui fuerat rector cuiuſdā ſtudij, captū mulieris amore( quæ eſt rete diaboli,vt inquit Hie.)tandē propter illius meretricis amplexus vagabūdū diſcurriſſe puincias:& tādē carceratū pro mole æris contracti pro nutriēda illa diabolica fœmina . Hic idē pre robore & verecūdia ne cognoſcerē eū,pno in terrā vultu petijt à me eleemoſynam.ad hoc vide xxxvij.di.c.legimus.verſ.hinc etiā.& Hieronimus in epi.ad Damaſū. Caueat ad alea,quæ fomes eſt,& incentiuū omnium malorū:vt planè dixi anno ſuperiori in opuſculo contra luſores quod velis omnino videre: quia ipſius lectura cum adiutorio Dei reformabit te,ſi reformatione indiges.

A ludo.

Crapula. Ebrietas.

Caueat à Crapula & Ebrietate:nam cum vicina ſint venter & genitalia:ex vicinitate membrorum reſultat quædam con

Universidad de Deusto
Biblioteca



fœderatio malorũ, id eſt, vitiorũ, ſecundũ Hie. & Greg. in mor.
dicit quod dominante gulæ vitio, omne quod homines forti-
ter egerint, perdunt: & cũ vẽter nõ reſtringitur, ſimul cũctæ vir
tutẽs obruũtur. Et hinc eſt, quod pinguis venter tenuẽ ſenſum
non gignit. Ideo ſuadeo, vt mutuas commeſſationes fugiatis:
nã eſcarũ vſus eſt inſatiabilis, & origo vitiorũ: & eſt quid perni
cioſum, & ſanitati inimicum: & quod peius eſt, inutilis cõſum
ptio temporis, quo nihil carius, ſecundum Theophraſtum.

Audi Auguſt. in lib. ij. de ordine contra Achademicos, c. viij.
Quali- Adoleſcentulis ſtudioſis ſapiẽtiæ ita viuẽdũ eſt, vt à venereis
ter iuue rebus, ac illecebris vẽtris & gutturis, ab immodeſto corporis
nibus vi cultu & ornatu, ab inanibus negotijs ludorũ, à torpore ſomni
vẽdum. atq; pigritię, ab æmulatione, obtrectatione, inuidentia, ab ho
norũ poteſtatũq; ambitionibus, ab ipſius etiã laudis immodi-
ca cupiditate ſe abſtineant. Amorẽ autẽ pecuniæ toti' ſuæ ſpei
certiſsimũ venenũ eſſe credãt. Nihil eneruiter faciãt, nihil au-
dacter. Inimicitias vitent cautiſsimẽ, ferãt equiſsimẽ, finiãt ci
tiſsime. In omni vero cõtractu cõuerſationeq; cũ hominib'
ſatis eſt ſeruare hoc vnum vulgare prouerbiũ. Nemini faciant
quod pati nolint. Rempublicam nolint adminiſtrare, niſi per-
fecti. Perfici autẽ vel intra ſenatoriam ætatẽ feſtinẽt: vel certẽ
intra iuuentutẽ. Sed quiſquis ſerò ad iſta ſe conuertit, non arbi
tretur nihil ſibi eſſe præceptũ. Nã iſta vtiq; facius adulta ætate
ſeruabit. In oĩ aũt vita, loco tpe, amicos aut habeãt, aut habere
inſtẽt. Obſequãtur dignis, etiã nõ hoc expectãtibus. Superbos
minꝰ curẽt: minime ſint. Aptẽ cõgruẽterq; viuãt. Deũ colãt, co
gitẽt, quærãt, ſpe, fide charitate ſubnixi. Optẽt trãquillitatẽ, at
q; certũ curſum ſtudijs ſuis omniumq; ſociorum; ſibi quiſque
poſcat mentem bonam, pacatamq; vitam. Hæc Aug.

Optimum autem & ſalutare eſt remedium ad prædicta con
Quid o ſequenda, frequẽs oratio ad Deum: de qua oratione pleniſsimẽ
rãdum. loquitur gl. in Clementin. ſi dominum de req. & vener. ſanct.
ſuper verbo, orationem, & ſpecialiter hortatur, quòd quilibet
ſtudioſus velit ſingulis diebus dicere officiũ beatæ Mariæ glo-
rioſæ virginis, quæ eſt inuentrix gratiæ, genitrix vitæ, & ma-
ter ſalutis: in qua qui ſpem poſui, nunquam vacuus abijt.

Cæterum licet omnis quicunq; adultæ ætatis teneatur cre
Quõcre dere articulos fidei; vt habetur in Symbolo, Credo in Deum,
dendũ. &



& Athanaſij, Quicunq; vult ſaluus eſſe. de quo xxxviij. diſt. c.
j. & ij. & licet laico ſimplici, & fortẽ omnibus etiã literatis ſuf-
ficiat articulos fidei credere implicitẽ. ſ. credere verũ eſſe quic-
quid credit Eccleſia catholica: vt dicit Inn. in c. j. de ſumma tri
nita. & ſequitur magiſter Ber. Cõpoſtellanus ibidẽ: illũ tñ qui
ingenioſus eſt, hortatur idẽ Cõpo. vt velit illos articulos fidei
ſcire magis diſtinctẽ. Et quãuis hoc ex dono ſciẽtiæ, & ingenij
ſibi à Deo dato, quaſi ex debito rationis, & ingratitudinis vitã
dæ cauſa ſcire debeãt: putat tamen ibidẽ quòd dicti laici etiã in
genioſi, & literati non peccã mortaliter. ſi dictos articulos fidei
neſciãt explicitẽ, vel non ſint ſoliciti de his ſciẽdis: quia eorum
profeſsio ad hoc non eſt: quæ verba nota diligenter.

## DOCVMENTVM. II.

CONuenit adoleſcẽti ſtudioſo, qui ſicut dictũ eſt, vi Doctor
uere inſtituerit, quęrere doctorẽ ſibi, & magiſtrũ eligẽdꝰ.
cuius autoritas aperiat ſibi ianuã ſciẽdi neceſſaria
magna & occulta: quã ianuã quiſq; ingreſſus ſine
vlla dubitatione vitæ optimæ præcepta ſectatur
per quæ cũ docilis factus fuerit, tũc demũ diſcet quãta ratione
prædicta ea ipſa quæ ſecutus eſt ante rationẽ: & quid ſit ipſa ra-
tio, quã poſt autoritatis cunabula firmus & idoneus iam ſequi-
tur atq; cõprehẽdit. Hæc Auguſti. vbi ſ. Plinius ſecundus. ij. li.
epiſtolarum epiſtola xviij. inter cætera cuidã Maurico, qui eum
conſuluerat de pręceptore eligendo pro fratris liberis, dicit hęc
verba: Cum omnes qui profitentur, audiero, quid de quoque
ſentiam ſcribam: Nec ignoro, ſuſcipiendas offenſas in eligen-
do præceptore: ſed oportet me non modo offenſas, verum etiã
ſimultates pro fratris tui liberis tam æquo animo ſubire, quã
parentes pro ſuis. Illuſtris doctor Martinus de Fano in epiſtola
quam fecit de modo ſtudendi, dicit, primo quærendum eſſe de
Doctore, ſi qualia doceri oportet doceat, ſi libenter ad inter- Qualis
ragata reſpondeat: & ſi reſpondendo dubitationes de pecto- debet eſ
res quærẽtis euellat: ſi patitur rationabiliter contradici: ſi cau- ſe do-
ſam rationabilem ſuis dictis adiungit; ſi videtur quod aſſe- ctor.
rit, de fonte vel ſcripturæ vel æquitatis, vbi iuſtitia deficit,
prouenire. Item quærendum, an ſit ſatis ſufficiens, an vim ha-
beat impreſsiuam, vt exemplis intelligibilibus inſtruat quod
oſtendit: nec ſit in ſua lectione pompoſus, ſed potius vtilis, &

Universidad de ... Biblioteca

fidelis:& plus veritati quàm truffis & ornamēto verborū inhęrēs. Dicebat recolendæ memoriæ doctor & præceptor meus dominus Ioānes Petrucij de Peruſio, quòd aliqua quæ adulta in ętate ab imperito & inepto præceptore erroneę ſibi tradita dedicerat, vix ſexagenarius factus dediſcere poterit. vnde ſuadebat, in electione præceptoris eſſe propriæ vtilitati, non alieno honori cōſulēdū. Hic Hie. in epiſt. ad Athletā, de inſtitutiōe Paulæ monet quòd non diſcamus in teneris annis quæ dediſcēda forēt: q̃a difficulter eradicatur, qđ rudes animi didicerūt. & ſubdit: Gręca narrat hiſtoria, Alexādrū potētiſsimū regē, orbiſq; dn̄atorē, & in moribus & inceſſu Leodinis pædagogi ſui nō potuiſſe carere vitijs, quib' adhuc paruulus fuerat infectus. Hinc ſumat exemplū quiſq; vt illū æmuletur, & cū illo conuerſetur, cui' mores ſunt probati: aliàs informatur cohærentia. Tu intelligis q̃d dicere velim: quorſum tēdāt hæc dicta mea. Qui habet aures audiēdi audiat. Adde q̃ ꝑ Macedonū ſapiētiſsim' rex Philipp' Alexandrum filium Ariſtoteli in diſciplinā tradidit: extatq; illius epiſtola ad Ariſtotelē: quam Aulus Gellius lib. ix. Noct. Att. his verbis ponit: Dijs poc habeo Gratiā: non tā proinde quòd natus eſt mihi filius: quàm pro eo quòd eum naſci cōtingit tēporibus vitæ tuæ. Spero enim fore, vt eruditus edoctuſq; abs te, dignus exiſtat & nobis, & rerū illarū ſucceſsione. Hæc refert Leonardus Aretinus in quadā epiſtola. Item Plutarchus de liberis educandis ſic ait: Maximū omniū, lōgeq; primariū dicturus accedo. Inquirēdi ſunt præceptores filijs, quorū vita nullis obnoxia criminibus, irreprehēſi mores, & optimū ſit experimētum. Honeſtatis enim fontē, ſimul ad radicē eſſe liquet, legitimā cōſequi diſciplinā. Pauloq; infra ſubdit: Illud certè ſtultitiæ extremæ: Sunt quidā qui licet præceptorū inſcitiā cognouerint, idq; preſenſerint, illis tamen ſuos cōmendat pueros nonnulli placidis ipſorū victi blanditijs. Sunt etiā qui rogantium amicorum gratiæ tribuant. qua in re ſimile quippiā factitant: vt ſi quis ægroto laborans corpore doctū ac ſalutiferū omittēs medicū, vt amici gratiam ineat, imperitum hominē deligat, à quo fortaſsis in perniciem detur. de hoc ſatis apud Plutarchum.

Præcepta erronea.

Mores magiſtri

## DOCVMENTVM III.

Honor præceptorib' impendēd'.

CONuenit adoleſcenti ſtudioſo poſteaquam idoneū præceptorem elegerit, illū honorare, obſeruare, colere, amare

vt



vt genitorem, & conari habere beneuolum. Ipſum interroget, vt ab eo inſtruantur, non autem vt calumnietur, & per aliquā cauillationem aut fallaciam intercipiat eum. Hæc Martinus de Fano in d. epiſtola. & Card. Mediolanenſis in d. l. procemio clement. Non ſuperbiat ille diſcipulus, cui aliquādo cōtigerit aliquid ſcire doctori ignotum. nam hoc latiſsimo prato iuris ciuilis bos herbā, canis leporē, ciconiaq; lacertam inuenire poteſt. vt in ſimili dicit Seneca in epiſt. 108. Præterea omnia intelligere, & omnium habere memoriam, diuinitatis eſt potius quàm humanitatis: vt l. j. §. ſi quid autem. C. de ver. iur. enu. Capiat vnuſquiſque exēplū ab Auguſti. dicēte: Ergo epiſcopus tot annorum ab anniculo paratus ſum doceri. xxiiij. q. iij. ſi habes. Conetur præceptoris opiniones defendere quātū poteſt: exemplo Caſsij Iuriſcōſulti: vt habetur in l. qualē. ver. Caſsius. ff. de arbi. cū ſimi. Quod ſi nō poteſt ex errore manifeſto, veritatem præponet, & honorabit eam: nā ambobus exiſtantibus amicis, ſanctius eſt honorare veritatē, vt inquit Philoſophus j. Ethi.

## DOCVMENTVM IIII.

CONuenit vt omnem curam, ſtudium & diligentiam adhibeat. Deū & facultatē cui indulget, corde gerens. vt inquit idē Mart. de Fano in d. epiſt. circa que quicūq; voluerit ad ſaturitatē videre, legat Pli. lib. j. epiſt. iij. v. vj. ix. xiij. xvj. xviij. xx. & xxj. Itē in lib. ij. epiſt. iij. v. xj. xiiij. xviij. & xix. Item ī lib. iij. epiſt. j. & iij. Sed ſuper oīa legat & memoriæ commēdet epiſtolā v. dicti lib. iij. ad Mariū: quæ incipit, Pergratum. in qua deſcribit vitā & mores Plinij maioris auunculi ſui: quæ literis aureis eſſet ſcribenda, nō omiſſo apice. Incitaret enim animū cuiuſcunq; ad diligentiam, & moueret pectora etiam duriſsima & ſaxea, quinimo ex ipſius Lectione pleriq; qui ſe credunt diligentiſsimos, cognoſcerent manifeſte ſe eſſe negligentes. Imitur exemplum Pomponij Iuriſconſulti dicentis hæc verba: Nam & ego diſcēdi cupiditate (quam ſolam viuendi rationem optimam in octauū & ſeptuageſimū annū ętatis duxi) memor ſum eius ſententiæ, quam dixiſſe ferunt Iulianum: Nam & ſi alterū pedem in ſepulchro tenerem, adhuc tamen diſcere quidem vellem. vt habetur in l. apud Iulianū. ff. de fideicommiſ. liber. Subdit Martinus de Fano in dicta epiſtola: Nec tantum ſtudeatis

Quid facere ſtudens debeat.

Semper ſtudēdū.

Universidad de Deusto Biblioteca

quòd triſtitia aut pectoris dolor vos affligat anxietatibus: recipite requiẽ, & animũ ad gaudiũ reuocate. Hoc fuerit ſuperfluũ monere temporibus noſtris. Nam libri ſcholarium regulariter ſunt pleni puluere, quotidie circumeunt plateas, vt cũ ſint bene imo luxurioſe induti, videant & videantur. Peſtis efficaciſsima ſtudioſi luxuriaſe induti, videant & videẽtur. Peſtis efficaciſsima ſtudioſis luxuria veſtiũ, ꝓpter quã tempus otioſe perditur, & rotæ conuerſæ ſunt in ſcabella. Scio intelligis quid velim monere ꝑ hęc verba Hinc Ioa. And. reprehendit ſcholares veſtibus doctoris vtẽtes: vt eſt glo. in c ad apoſtolicæ. de priuileg. lib. vj. Hæc nõ ſunt intelligẽda de nobilib⁹ & potẽtibus. Vnde Card. Mediolan. in dicto proœmio Clem. dicit, Paupertatẽ eſſe vnã ex clauibus, per quas intramus iannã ſapiẽtiæ: nã paupertas luxuriã cõpeſcit. & Sen. dicit: Si vis addiſcere, ſis pauper, aut ſimilis pauperi: Cratis Thebani recipiens exemplum xij. q. ij. c. gloria, verſi. ætatis. Hoc intellige cũ temperamento, dũmodo neceſſaria adſint: vt inquit Philoſophus, x. Ethicorum.

Paupertas humilitas.

## DOCVMENTVM V.

An expediat habere multos libros.

NOn curet ſcholaris in vſu multos libros habere. Nã lectio multorũ autorũ omnis generis voluminũ habet aliquid vagũ & inſtabile. Certis ingenijs immorari oportet, ſi velis aliquid trahere, qđ animo fideliter ſedeat. Nuſquã eſt quod vbique eſt. In peregrinatione exiſtẽtibus hoc euenit, vt multa habeat hoſpitia, multas amicitias. Idẽ accidit his, qui nullius ingenio ſe familiariter applicãt: ſed oĩa curſim, & ꝓperãter trãſmittũt. Nihil æquè ſanitatẽ impedit, quã remediorũ crebra mutatio. Nec prodeſt cibus ſumptus qui ſtatim eijcitur. Nõ cõualeſcit plãta quæ ſæpe trãsfertur. Diſtrahit librorũ multitudo. Itaq; cũ legere nõ poſsis quãtũ habueris, ſatis eſt habere quantũ legas. Sed modo hũc librũ euoluere, modo illũ, raro eſt fructuoſum. Faſtidiẽtis ſtomachi eſt, multa degustare: quæ vbi varia ſũt & diuerſa, inquinãt, nõ alũt. Nõ refert quã multos, ſed quã bonos libros habeas: Lectio certa prodeſt, varia delectat, &c. Hęc Sen. in epiſt. ij. ꝓ maiori parte. vnde dñs Cardinalis Flo. in d. cle. j. de magiſtris dicit, quòd expedit ſcholari paucis libris vacare, vt poſsit cõmẽdare memoriæ quæ fuerint opportuna, vt puta ſcholari in iure ſtudẽti cõuenit memoriæ cõmẽdare textus & gloſſas, ſine qbus fru-



ſtra laborat, ad ſubtilitates quas non poſſet iure ꝓbare. Doctor aũt indiget multis libris, & ſi fieri poſſet, oĩm q ſcripſerũt: vt ex multis poſsit elicere veriora: Tu ſi volueris plenius videre, an expediat habere multos libros, vide eũdẽ Sen. in lib. de Beneficijs. c. ij. & in lib. de Vita & moribus philoſophorũ. in iij. parte. & Hiero. in epiſt. xl. & Oldradũ cõſilio lxxxv. Quod ſi õino voluerit illos habere, & cũ pfectus fuerit, illis vti: notũ ſibi facio, quòd primus q cœpit gloſſare text⁹ & leges, fuit Guarneri⁹, ſeu Irnerius, dũ ſtuduiſſet legibus ex ſeipſo: & legit Bonon. vnde tũc fuit maximi noĩs: & merito appellat⁹ Lucerna iuris: tanquã primus illuminator noſtræ ſcientiæ, Ita dicit Odof. in l. ius ciuile. ff. de inſti. & iure. Poſt eũ ſecuti ſunt Bulgarus, Martinus, Placentinus, Ioãnes, Azo, Accurſius: quorũ gloſſæ qua autoritate factæ fuerint, nõ me memini legiſſe. ſed circũſcripta licẽtia principis, an impune licuerit gloſſare, vide gl. i l. ij. §. hoc autẽ C. de vete. iur. enu. Notabis tñ circa prędicta aliqua demulcẽtia aures auditorum. Primò notabis, quod prima ſumma quæ ſuis in iure noſtro fuit compoſita à Ruggerio: vt dicit Odof. in in rubr. C. ad legẽ Iul. repe. Huius diſcipulus fuit Rofredus Beneuentanus: vt colligitur ex dictis Io. And. in addi. Specu. in tit. de fructibus & intereſſe, & in titu. de confeſ. Sciendũ eſt etiam, quòd dñs Placẽtinus præclarus & famoſus iuriſperitus apud Montempeſſulanũ ſuper Codice & Inſtitutiõibus ſummas laudabiles cõpoſuit: vt dicit Azo in proœmio ſuæ ſummę ſup Codice, & incipit dicta ſumma Placẽtini: Cũ eſſem Mantuę. & iſta ſumma Placẽtini erat tũc melior aliqua alia quæ publicata eſſet vſque ad illa tempora: vt dicit Odof. in l. j. ff. de pactis.

Guarnerius.

Martin
Placent
nus.Ioã

Ruggerij ſumma.
Rofred

Placẽtini ſummæ.
Ioan.b
ſianus.

Poſt hæc Ioãnes Baſianus cremonen. fecit vnam ſummam breuiſsimã ſuper Pandectas, de quo Odof. in l. j. in princi. ff. de edẽdo dicit, quòd erat ventoſa, & quòd illã ſolũ fecit vt Placentinũ reprehẽderet, & quod aliquid boni nõ eſt in illa ſumma. Idẽ Ioãnes fecit quandam lecturã ſuper C. Iſte Ioãnes fuit præceptor Azonis: vt ſumma Azo. ſuper c. in tit. pro ſo. de quo in gl. fit ſæpe mẽtio. Floruit anno domini Mcc. Iſte fuit iuris lucerna, & ſpeculũ mundi, vt inquit Ange. De Peruſio in repeti. l. falſis. C. de furtis.

Eodẽ tempore fuit Bulgarus, vt habetur in l. bene à Zenone C. de quadri. præſcrip. Superuenit Azo, qui primo fecit mino-

Bulgarus.
Azo.

 rem

Universidad de Deusto Biblioteca

rem apparatum ſuper C.& ff.deinde fecit ſummã quam habe-
mus,& dicitur Azonis,& eſt:licet quidam dixerint olim,illam
ſummã quæ attribuitur Azoni fuiſſe Ioannis Baſiani Cremo-
nẽſis:ſed male dixerũt,nã Ioãnes tantũ fecit ſummã ſuper Pan
dectis,vt dixi.hoc dicit Odof.in l.legẽ.C.de pac.& illi ſummæ
Azonis Odofr.fecit additiones , quas in aliquibus ſummis in
corporatas vidi.Poſt hãc ſumma idẽ Azo fecit magnor appara
tus ſup Digeſtũ vetus:optimus fuit,vt dixit Odofr.in l.Iulian⁹
ff.de cõd.inde.Hũc Azonẽ Bal.in l.cõtractus.C de fide inſtr.&
Lotari⁹. l.cũ aliter.C.de fideiuſ.dixit fuiſſe fontẽ legũ,& vas electionis.
Roſred⁹ Lotarius fuit contemporaneus Azonis,vt ꝑ Bar.in l.ſancimus,
C.de iudi. Roſredus Beneuẽtanus,q fecit vtiliſsimũ opus libel
lorũ in iure ciuili & canonico,fuit diſcipulus Rogerij in initio
vt prædixi.poſtea diſcipulus dñi Azõis,vt ipſemet ſæpius atte
ſtaſ in dicto opuſculo libellorũ. Succurrit deinde tenebris iu
ris ciuilis Accurſius Florẽtinus,q gloſſauit Digeſtũ,Codicẽ,Inſti
Accur- tutiones,librũ Autẽticorũ,& Tres libros C.tẽpore Gregorij ix.
ſius. pontificis clxxxv.& Friderici ii.in ordine Imperatorũ xxiiii.
Tẽpore quo gloſſauit librũ Autẽticorũ currebãt anni dñi, Mcc
xxvj.vt ipſe notauit in Autẽ.vt præpo.nomẽ impera.§.ſi qua
vero.ſup verbo indiſtinctionis,& cõſequẽter à gloſſatione Ac-
curſij vſq; ad pręſentẽ annũ cucurrerũt anni ccxxxvj.vel circa.
Iacobus Iſte Accuræus fuit diſcipul⁹ Azonis,vt ipſemet notauit ĩ l.fi.ſup
Baldui- verbo poſſum.ff.de cõdi.ob cauſ.Iacob⁹ Balduini fuit ꝓceptor
ni. Odof.floruit anno dñi Mcclxx.de iſto ſępe Odof.ĩ lecturis ſuis
Innocẽ- facit mẽtionẽ.Innocẽtius iiii.q fuit Ianuẽſis de domo de Fli-
tiusquar ſco,& de comitib⁹ Louanię.fecit apparatũ ſolẽnẽ ſup decretali
tus. bus:fuit magn⁹ legiſta:floruit anno dñi Mccxliij.vt ꝑ Io. And.
in addi.Spe.in tit.ne ſede vacãte.Dñs Ber.Cõpoſtellanus ſcri-
pſit ſup primo decretaliũ vſq; ad titulũ de tráſla.pręla fuit ca-
Compo pellanus Inn prædicti,& edidit illud de mãdato Innocẽtij.
ſtellan⁹. Odofred⁹ fecit lecturas ſup C.& ff.floruit anno dñi Mcclx.co ll
Odofre ligiſ ex dictis eius ĩ l.imperiũ.ff.de iuriſ.om.iud.Viuebat etiã
dus. tpe Ioannis Andreę,vt colligiſ in addi.Spe.in tit.de locato.Ho
Hoſtien ſtiẽſis,id eſt dñs Hẽric⁹ cardinalis Hoſtiẽſis,q fuit de Seguſia ſe
ſis. cũdũ Ioã Andr.in addi Spe.in tit.de reſcrip.ꝓſentatiõe.fuit ꝓce
ptor Speculatoris,vt dicit Io.And.in addi.Spẽ.in tit.de offi.iu-
dicis,fecit ſummam mirabilem,& edidit lecturas ſuper Decre-
ta-



talibus. Speculator,Guiliermus Durãdi fuit , ꝓuincialis:vt Specula.
colligitur in Spec in ti.de feudo.Tẽpore quo condidit librũ Spe
culi,currebãt anni dñi Mcclxxj.patet in Spec.de inſtru.editi.§.
verſi.itẽ hodie. Iacobus de Beluiſo legit ſæpius librũ Autẽ.
& fecit optimã lecturã ſuper illo libro,& multas diſputationes. ca.de Bel
Bartholomæus Briſienſis:qui fecit additiones ad gloſſas Decre uiſo.
ti,fecit etiã quęſtiões Dominicales & Veneriales,floruit tpe Gre Bartol .
gorij noni. Garſias Hiſpanus floruit anno dñi Mcclxxxiij. Brix.
Guido de Buiſio Archidiacon⁹ Bononiẽſis floruit eodem tpe:
cõmẽtauit ſolẽniter Decretũ & Sextũ Decretaliũ. Dyn⁹ Mu- Garſias.
gelanus claruit anno dñi Mccxcvij.tpe Bonifacij viij.põtificis Archi-
ccj.Adolfi imperatoris:ſcripſit ſubtiliſsimẽ ſuper ff.& ſuper ti. diacon⁹
Inſt.de Ac.fecit etiã mirabile cõmẽtũ ſuper ti.de reg.iur.in vj. Dynus .
Huic diſputãdo determinãti aliquã quæſtionẽ adeſſe videba-
tur tota tota ſynodus legalis philoſophiæ:vt dicit Cy.in l.vni
ca.G.de ſententijs quæ pro eo quod intereſt.Reperiũtur etiã cõ ca.de Ha
ſilia eius elegãtiſsima. Iacobus de Rauẽna ꝓuinciæ Lotorin- nenna .
giæ legũ profeſſor,in Theologia magiſter,ac Verdunẽſis ciui-
tatis in dicta prouincia epiſcopus ſcripſit ſuper ff.& C.& mul
ta ſimpliciter tradita à maioribus,reducit ad Dialecticũ arguẽ
di modũ:vt per Cy.in l.quicunq;.C.de ſeruis fug q.vj. Petr⁹
de Bella pertica,Burgũd⁹,doctor illuſtris,ſcripſit ſup ff.& C.ſu Petr. de
per inſtitutionibus.Edidit etiã infinitas diſputationes:vt audi bell.
uit,numero cũ.Floruit anno dñi Mccc.vi.colligitur ex dictis Cy
ni & Bar.in l.j.C.de ſentẽtijs quæ pro eo qđ inter.& fuit cõtẽ-
poraneus Cy. Ia.de Arena Parmẽſis cuius opiniones vt plu-
rimũ ſunt de mẽte iuris,vt dicit Bar.in ſua diſputatiõe quæ in
cipit,Statuto Lucanæ ciuitatis.ſcripſit breuiter,ſed vtiliter ſup Mar. de
C.& ff.& fecit multas diſputationes. Martinus de Sylemanis Silema-
fuit contemporaneus Dyni.iſte fuit preceptor Ioan.And.in le- nis.
gibus:vt refert Ioan.And.in additio.Specul.in tit.de arbitris. Bartho.
Bartholomæus de Neapoli fuit cõptemporaneus Dyni,ſecũ de Nepo
dum Ioã.And.in addit.Spec.in tit.de iuramen.calum.& in ti. li.Frãc.
de donatio. Franciſcus Accurſius fuit etiam cõtemporaneus Accur.
Dyni,ſecundum Doct.in l.vnica.C.de ſententijs , quæ pro eo Alb.
quod inter.& Cyn.in l.fi.C.de ſuſpectis tu.& Bart.in l.j.§.ſu-
ſpecti.ff ad turpi. Albertus Odofreudi fuit contemporaneus
Dyni.vidi cõſilium ſubſcriptum ab vtroq;:de quo patebat pu-
bli

Universidad de Deusto Biblioteca



Richar d' Petronibus.

blico inſtrum. in archiuo Senenſi. Richardus de Patronibus de Senis Cardinalis, vnus ex cõpilatoribus Sexti decretaliũ, fuit de ſequacibus Franciſci Accurſij vt refert Cy. in l. tutori C. de neg. geſt. obijt Ianuæ anno domini Mcccxiiij. vt vidi patere publico inſtrumento.

Guilhel. de Tyno.

Guilhelmus de Tyno doct. vltramontanus, qui legit longo tempore in ſtudio Aurelienſi, fecit breuẽ apparatum ſuper C. & ff veteri. fuit doctor illuſtris.

Richar. d' Malũbre.

Richardus Malũbre Cremonenſis, qui legebat Paduæ tẽpore regis Roberti ſecundũ Cy. in l. ſi viua matre. C. de bo. mater. fuit valẽtior doctor Italiæ ſuo tẽpore, vt dicit Bal. in l. quicunq;. C. de epiſ. & cler. Iſte Richar. fuit cõdẽnatus de hæreſi, vt in d. l. quicũq;. per Ia. Butri, & Bal. multa ſcripſit, quorũ copia rara. Floruit anno dñi Mccc.

Lãbertinus de Rãpon.

Dñs Lãbertinus de Rãponibus doc. ꝓfundiſsimæ & fundatiſsimæ ſciẽtiæ ſcripſit ſuper ff. & C. ſuorũ ſcriptorũ rara eſt copia. Hũc doctorẽ extollit vſq; ad ſydera Io. An. in c. ſi pater de teſt. in vj. in Nouella, & in additioni. Spe. in ti. de teſta.

Bart. de Butrigarijs.

Dñs Bartholomeus de Butrigarijs extollitur à Io. An. in addit. Spec. in ti. de accuſ. in iij. parte.

Io. An.

Io. An. fons & tuba iuris canonici, fecit nouellas ſuper Decretalibus: gloſauit & Sextũ & Clemẽtinas: fecit Nouellã ſuper Sexto: & Mercuriales, opus digniſsimũ. & vltimo loco fecit mirabile opus additionũ Speculi anno domini Mcccxlvij. vt colligitur ex his quæ ipſe dicit in additioni. ꝓdictis, in ti. ne ſede vocante. & in tit. de filijs presbiterorũ. Mortuᵒ eſt anno domini Mcccxlviij. tpe magnæ peſtis, vt ſcribit Io. Calderini eius filius adoptiuus in c. veſtra. de cohab. cler. & mulie. De qualitate patris Io. And. & alijs ad notitiã ſui pertinẽtibus, vide in dictis addi. & in tit. de filijs presby. & in ti. de ætate & qualitate & in tit. de ſucc. ab inteſt. Hũc virũ tibi propone, patre ludi magiſtro, tenuiſq; fortunę homine natũ: qui iſta moleſtiſsima vtriuſq; iuris ſtudia & poſtea vlit didicit, pelle vrſina tectus, citra lecti delicias, neq; poſtea vxoriᵒ factus ſolitam diligentiam intermiſit. huic ad vrbẽ veniẽti (vt refert Nicolaus Euerardi in locis ſuis legalibus, loco ab autoritate) dixit Põtifex: Bene venerit, qui lux mũdi cognominatus eſt. Plura alia his ſimilia de iuris doctoribus referũtur in dicto loco ab autoritate.

Cynus.

Cynᵒ de Sigisbuldis de Piſtorio florebat anno domini Mcccxiiij. quo anno in die ſancti Barnabæ apoſtoli finiuit lecturam ſuper C. quã inchoauerat anno præ-



cedenti. Iſta lectura perfecit ingenium Bar. vt inquid Bal. in c. ſi vaſallus. in ti. ſi de feud. fue. cõtra. inter do. & vaſ. Scripſit plane ſuper prima parte ff. vet. vſq; ad ti. ſi ex noxali cauſa agatur. incluſiuẽ: & ſuper ti. de rebus creditis. in ij. parte. ſup̄ reliquis paruã additionẽ ſcripſit. fuit iſte Cynus amicus Io. An. vt atteſtatur Io. An. in addi. in tit. de locato. Fuit diſcipulᵒ Dyni: quẽ præceptorẽ ſuũ reuerentiſsimũ fuiſſe profitetur in mille locis.

Oldradus.

Oldradus de Laude fuit contẽporaneus *Io.* And. & Cy. & fuit diſcipulus Dyn. fuit aduocatus cõſiſtorialis. Edidit ſuper iure ciuili plures lecturas, quarũ rara copia reperitur: ſolẽne opus cõſiliorũ fecit. Floruit anno. Mcccxx. Vixit imperante Ludouico iiij. vidi eius cõpendiolam & vtilẽ lecturã ſuper Feudis. circunfertur hodie eius tractatus de Legitimatione, cũ alijs: qui ſunt multũ vtiles.

Nicolaᵒ de Materellis.

Nicolaus de Materellis, doc. Mutinẽſis, fuit cõtẽporaneus Io. An. vt colligitur in addi. ad Spec. in ti. de cõfeſſis. ſ. ſequit. Edidit pulchras lec ſuper ff. & C. illarũ copia rara.

*Io.* Cal. Gaſpar de Calderinis.

Ioãnes Calderini Bononiẽſis adoptiuus Io. An. doc. magnæ ſcientiæ & vitæ ſanctæ, floruit tẽpore Io. An. & poſt comẽtauit Decretales, & fecit pulchrũ opus conſiliorũ. Gaſpar de Calderinis floruit paulo poſt.

Io. Fab. Ia. Butr.

Ioãnes Fabri, doctor vltramõtanus, qui fuit Aquitanicus, ſcripſit ſuper C. & Inſt. Ferè per eadẽ tempora Iaco. de Butrigarijs ſcripſit ſuper ff. vete. & ſuper. C. fecit duas lec. veterẽ & nouã. *Itẽ* cõuentauit ti. Inſtitutionũ de Actio. Edidit etiã infinitas diſputatiões. Fuit vnus ex præceptoribus Bar. floruit anno Domini Mcccxx.

Reinerius de Forliuio.

Reinerius de Forliuio alius præceptor Bar. qui cõmentauit etiã ius noſtrũ obijt anno Domini Mccclviij. vt refert. Nullus de ſancto Gemi. in parte vlt. bãnitorũ. q. xij.

Fredericus Petrucius.

Fredericus Petrucius de Senis fuit cõtẽporaneus Io. An. *Cy.* Oldradi, Nicolai de Materellis, aliorũ, de quibus paulò ſuprà. Floruit anno domini Mcccxv. Edidit notabile opus conſiliorum.

Recuperius.

Recuperius de ſancto Miniate, & *Ioan.* Paglarenſis de Senis fuere contemporanei Frederici, & viri ſingulares.

Lapus de Caſtelliõe.

Lapus de Caſtellione contemporaneus prædictorũ fecit inter cætera opus notabile Allegationum ſuarum.

Bart. de Saxo ferrato.

Bartolus de Saxo ferrato Picenus ſpeculium, pater, & lucerna iuris ciuilis, natᵒ anno domini Mcccix. incœpit ſtudere in iure ciuili anno domini Mcccxxiij. idem publicẽ de iure reſpondit anno domini Mcccxxx. obijt anno dñi Mccclx. ætatis ſuæ anno xlvi.

fuit

Universidad de Deusto Biblioteca



fuit diſcipulus Cyni, Ia. But. & Reinerij: vt colligitur ex dictis
eius in l. ſi is qui pro emptore. ff. de vſuc. & in l. quidā cū filiū
ff. de ver. obl. ibi conijcere pōt quibus parētibus natus ſit Bar. &
in l. j. C. de ſum. trini. & ex repetitione dñi Nicolai Alexandri
eius gñi in l. & ſi filiū. ff. de mutueri. & ho. Edidit mirabilia cō-
mēta in iure noſtro, quæ propter eorū celebritatē notoria ſunt.
Frāciſcus Tigrini de Piſis floruit tpe Bar. fuit doctiſsimus. & ſā
ctæ vitæ. Frāciſcus de Albergotis de Aretio ſolidus doc. vt
plurimū imitatur Bart. floruit per eadē tpa. Albericus de Ro
ſate Pergamēſis eximius cōmētator floruit anno dñi Mcccl. fui
cōtēporaneus Bartoli. Bar. nō vidit ipſius cōmētarios, qui cōti
nēt ſup ff. & C. multa Volumina, quorū copia frequēs eſt in Lō
bardia. Albericus tñ vidit Bartolū, nā allegauit eū in ſuo tracta
tu ſtatutorū parte. ij. q. ccxix. & pluribus ſeq. Signorellus de Ho
modeis de Mediolano, fuit cōtēporaneus Alberici, vt colligi-
tur ex dictis Alberici. Martagnanus de Azognidis de Bono-
nia floruit tpe iuuentutis Bartoli: obijt ætatis ſuæ ann. xxv. fe-
cit multas diſputatiōes, quas vidi. & illarū copia rara. de illo mē
tionē facit Bal. in l. aſsiduis. C. qui po. pi. ha. Bald', Petrus, &
Angelus magiſtri Frāciſci de Vbaldis de Peruſio Germani fra
tres vtriuſque iuris excellentiſsimis doctores, diſcipuli Bartoli
Franciſci Tigrini, & do. Ioan. Pupillarē. in iure ciuili florue-
runt longo tempore. obiit baldus anno domini Mccccxxiij. in
aprili, Papiæ, iacet ſepultus in eccleſia fratrum minorum. hinc
aiunt ſcioli quidam, & iuris eiuſq; ſcientiæ ſtudioſos odis Va-
tiniano proſequentes, inalſeatum fuiſſe, quod neſcioquid in Ar
cheypo Piſano immutaſſet. Alciatus tamen in Paradoxis ne-
gat eos libros Archetypos, inſipienterq; agere, qui ob eorum in
ſpectationem ſeria omittunt. Inter alia eodēq; innumera inge
nij ſui monumenta ſcripſit baldus diuinum conſilium de ſchi
ſmate: in fauorem pontificis Vrbani v i. & & preiudicium cle
mentis v i i. pſeudopontifis à Callis creati, ea ſpe vt Romana
curia in Gallia perſideret: & Vrbani cauſam defendit etiā Ioā.
Lignanus. Cōtra ædis vedaſti abbas, idem à conſilio regis Frā
ciæ monumentis literarū Vrbanum damnat. Angelus deceſsit
Florētiæ eodē anno. Ambo iſti videlicet baldus & Angelus illu
ſtrauerūt ius ciuilee, Petrus illuminauit ius canonicū. De baldo
& ei' doctoratu mētionē facit bar. in quidā ſuo ff. de con. inſti.

Frā. Tigrini.
Frāciſc' der Albegotis.
Albericus de Roſare.
Signorell' de Homo.
baldus.
Petrus.
Angel' de Vbaldi.

in



in fi. Richardus de Saliceto floruit tempore Baldi. Bartholo-
meus de Salyceto floruit eodē tpe, & ambo cōmētauerūt ius ciui
le Petrus de Ancharano Bononiē. fuit diſcipulus Baldi floruit
tēpore Saliceti, ſcripſit plene ſuper Decretalib', Sexto, & Clemē
tinis. Edidit pulcherrima cōmēta ſup reg. iuris in Sexto & Cle
mētinis, & pulchrū opus cōſiliorū. Scripſit etiā ſup ff. veteri. &
ff. nouo hūc Pōtanus in ſuis cōſilijs extolit vſq; ad ſydera. An
tonius de Butrio de Bononia vir excellens & ſanctæ vitæ cōmē
tauit Decretales & Clemētinas: & fuit cōtēporane' Petri de An
char. doctor omni veneratione dignus. Edidit etiā opus cōſilio
rū, & duo pulchra repertoria, vnū in iure Canonico, & aliud in
iure Ciuili, Frāciſcus de Zabarellis de Padua, Cardinalis Florē-
tinus, floruit anno dñi Mcccc. cōmētauit Decre. & Clemēt. ſolē
ter Chriſtophorus de Caſtelliono de Mediolano floruit eodē
tempore: multa tentauit cōtra cōmunē doctrinā, quæ licet inge
nia excitauerint, confuſione tñ fecerūt ſcholaribus habetis inge
nij. Raphael Fulgoſius de Placētia, & Raphael Cumanus (vel
metius diceretur Comenſis) cōtēporanei & ſubtiles doct. in iu-
re Ciuili claruerūt Paduæ Mccccxx imitati ſūt mores dñi Chri
ſtophori eorū præceptoris. Petrus Maurocenus Cardinalis Ve-
netijs floruit anno dñi Mccccxxiiij. ſcripſit ſuper Sexto Decre-
taliū ſolēniter. Ioānes de Imola clatuit eodē tēpore: cōmētauit
primū, ſecūdū & tertiū Decretaliū, itē Sextū & clemētinas: præ-
terea Infortiatū: & obijt anno dñi Mccccxxxvj. xviij Februarij.
Paulus de Caſtro clarus & vtilis doctor ſcripſit ſup ff. & C. Ed.
dit e iam pulchrum opus cōſiliorum. obijt paulò poſt Ioan. de
Imola, cuius fuerat contemporaneus: legit Florentiæ, Senis, &
Paduæ. Dominicus de ſancto Geminiano floruit per eadem
tempora. comentauit egregie Sextum Decretalium. Ludouicus
Pontanus origine, ſed incolatu Romanus: doctor memorię ſin
gularis, & quaſi ſtupendus. ſcripſit ſuper aliquibus partibus Di
geſtorum, & codicis copioſiſsimè. Edidit Conſilia ſolennia, &
Repetitiones aliquas fecit: inter quas obtinet principatū repe-
titio Auten. ſimiliter. C. ad le. Fal. & ibi omnia ſpecialia pię cau
ſæ collegit. floruit anno domini Mccccxxx. fuit diſcipulus do
Ioannis Petrucij, de quo infrà. Tanta fuit huius Pontani auto-
ritas ob eximiam doctrinam in concilio Baſilienſi, vt Eugeniū
modò damnauerit, dānatum rurſus patribus reconciliauerit.

Richardus & bartholomæus de Saliceto.
Petrus Ancharano.
Anto. de Butrio.
Frāc. de zabarellis.
Chriſtopho. de Caſtelliono.
raphael Fulgoſi' & cumanus.
Ioan. de Imola.
Paulus de Caſtro.
Dominicus de ſancto Gemi.
Ludoui. Pontanus.

Nico

Universidad de Deusto Biblioteca

Nicolaus quondam Monacenſis abbas, poſtea archiepiſcopus Panormitanus, origine de Catania oppido Siciliæ iuxta monte Aetnam, floruit eodem tpe cũ Ludouico Pontano ambo clariſsimi facti ſunt in almo ſtudio Senenſi, & in cõcilio Baſilieñ. cõmentauit iſte dñs Abbas modernus Decretales ſolẽnibus, claris, & ordinaris cõmẽtis, incœpit cõmẽtare Decretũ. Edidit multas Diſputationes. Repetitiones, & Cõſilia. Eius fama (vt opinor) quotidie creſcit. Petrus de Matheillanis de Bononia floruit eodẽ tẽpore. Iacobus Aluarotus de Padua floruit per eadem tempora: cõmẽtauit egregiũ librũ Feudorũ. Ioannes de Anania tandẽ archidiaconus Bonienſis, floruit Bononię lõgo tẽpore. cõmẽtauit Decretales. Obijt anno dñi Mccccly. vel circa Thomas Doctus Senenſis doct. verus, & clarus iuris interpres, obijt anno dñi Mcccclx. Ioã. Perucij de Peruſio, & Angelus de Periglis de Peruſio præceptores mei, primus de mane. alius de ſero, florebãt anno dñi. Mcccclxj. quo anno incœpi ſtudere in iure ciuili. Obijt. Dominus Angelus anno Mcccclxv. dominus vero Ioannes obijt anno Mcccclxij. quorum animæ requieſcãt in pace: fuerunt illuſtres doct. vt notũ eſt. Multi alij fuerunt viri ſolennes in iure ciuili, vt Andreas de Iſernia commentator Feudorũ & Cõſtitutionũ regni. Albertus Galeotij Parmẽſis, q fecit opuſculũ quod dicitur Margarita. Andreas de Piſis, qui ſuper ff. Argentinus domini Reinerti de Forli. Benedictus de Plombino, qui cõmentauit aliquos titulos ĩ prima parte ff. noui, incipiẽdo à titulo, de manumiſ. ff. fecit etiã ſolennes repetitiones & diſputationes. Bartolucius de presbyteris de Bononia. Bartholomæus de Capua. Comites de Peruſio. Diony. de Peruſio. Franc. de Rãponibus de Bononia. Frede. de ſcalis de Bononia. Floria de ſancto Petr. de Bonon. Gandinus, id eſt, Albertus de Candino de Cremona. Guido de Suzaria, Vgolinus de Fõtana Parmenſis. Homo bonus Cremonẽſis. Onofrius Bartolini de Peruſio. Iacobus de Archizono de Verona cõmẽtator Feudorũ. Iacobus de Iſolanis olim cardinalis. Lãfrãcus de Luca. Marinus de Caramanico de regno gloſator conſtitutionũ regni. Marſilius de Mantigellis de Bononia illuſtris doct. cuius multæ diſputationes inueniũtur. Mattheus de Mateſilanis de Bononia, cuius reperiunt notabilia dicta quædã, & clara opuſcula. Nicolaus Cremonenſis. Nicolaus furioſi, qui gloſauit librum feudorum.

Nicol. abbas Panormitan⁹.
Iac. Aluarot⁹.
Ioan. de Anan.
Io. petrucij.
Angelus de Peruſio.
And. Iſer.
Albert⁹ Gal.
And. de Piſis.
Benedictus de Plomb.
Frãc. de Rãpon.
Florianus.
Petr.
Homo bonus.
Lanfrãcus
Matthę⁹ de Mateſ.



dorum. Nicolaus de Neapoli maximus textualis. Nellus de ſancto Geminiano, qui edidit illuſtre opus bãnitorũ. Hoſpertus de Cremona, qui fuit primus doctor qui incœpit legere Peruſij. Petrus Decer, qui ſcripſit ſuper libris Feudorum. Petrus de Boactarijs de Bononia. Petrus Boẽmus. Taucred⁹ de Corneto, cuius reperitur opuſculum quod dicitur Cõpendioſa. Vbertus de Bonacurte. Vbertus de Bobio, & alij plures. Itẽ in iure canonico prænotatus Abbas Antiquus, Bernardus gloſator Parmenſis. Bonaguida Aretinus. Bertrandus Hiſpanus, qui ſcripſis ſuper Clemẽtinas, Baſianus Berẽgarius olim cardinalis, qui inter cætera fecit pulchrũ repertoriũ ſup Speculo. Egidius Bononiẽſis. Franciſcus Vercellenſis. Goffredus Beneuentanus, cuius reperitur vtilis ſumma. Gratianus Aretinus. Guillemus de mõte Laud. vltramõtanus, Guillelmus naſo. Gandulfus. Guilielmus de bonis cõſilijs de bononia. Henricus bohic. Ioãnes gloſſator decreti. Ioannes de Deo Hiſpanus. Laurẽtius antiquus doct. Laurẽtius de pinu, qui ſcripſit ſup Clemẽtinis. Laurẽtius de Rudolfis de Florẽtia, cuius reperitur egregiũ cõmentũ ſuper vſuris inter cætera. Mattheus Romanus qui ſcripſit ſuper cle. Nepos de Mõte albano. Paulus de Leazaris Petrus de Saxonia. Petrus Manducator. Proſdoctinus de Padua. Simõ de Burſiano. Cardinalis Mediolanẽſis qui ſcripſit ſuper clementinis. Stephanus Prouincialis, q ſimiliter ſcripſit ſuper clementinis. Stephanus Troches, & Petrus de Stagno, q ſimiliter ſcripſerũt ſup Clem. legẽtes apud Mõtempeſſulanũ. Tancredus gloſſator. Lucas de penna doctor Gallicus. Thomus de Piperata. Raymũd⁹ de Pẽnatorti. Vicẽtius antiquus doc. Vguſio Vercellenſis, Zenzelinus Vltramontanus, Ioãnes de Blanaſco Burgũdus, Ioannes Fauentinus, Ioannes de ſancto Georgio de Bononia, Ioannes de Morio de Florẽtia. Ioãnes de Fanruſijs de Bononia, Iaſon de Mayno doctor celeberrimus: & pfecto admirabilis eſt ſuus in primis docẽdi modus: eruditio noua omnino, atque incredibilis pollitio, inaudita & lacteo fonte exuberans facundia. ſcripſit ſuper ff. & C. Edidit inſuper conſilia ſolennia. Item facit additiones ad Chriſtoforum Porcũ in Inſtitu. Philippus Decius doct. memoriæ ſingularis ſcripſit egregie in iure canon. Iodocus Lauerinis vtriuſq; cenſuræ doctor valde ſubtilis almæ vniuerſitatis Tholo. edidit multas diſputationes, & nõnullas fecit repetitiones,

Nic. de Neap.
Nellus ſancto Gemi.
Tãcred⁹
Vbertus de Rob.
Abbas antiq.
Goffredus Beneuẽta.
Gratianus.
Guil. de monte laud.
Henric⁹ Bohic.
Ioan. de Deo.
Nepos.
Pau. de Leazaris
Card Mediolanen.
Lucas de penna.
Zenzelinus.
Ioan. de Blanaſco.
Iaſon de Ma

Universidad de Deusto Biblioteca



ſuper l.ſtipulationes non diuiduntur.ff.de verb.obli. & ſuper l.rem maioris pretij.de reſcin.ven.C.& alij infiniti,quorũ tempora,patrias,celebritatem,& opera tu ipſe proſequaris.

yuo. Philippus Decius. Iodocus Flamingus.

Duorum ſolidiſsima ingenia in quorum dictis rarius inuenitur error, tibi propono,vt illos eligas,tanquam principatum tenentes inter commentatores iuris:ſcilicet Ioan. Andr.in iure canonico,& Bartolum in iure ciuili.Illi ſunt tibi collendi vltra cæteros.Ioannem Andr.in iure canonico cæteris preferendum eſſe ordine & emolumento,exclamat Cardinalis Florẽtinus in proœmio Clementinarum:dicit enim,quòd ſapientiam canonicam adeo locupletauit ſuis commentis,vt à centũ annis ſimul omnes cõmentatores reliqui nõ æque cõmẽtauerint.& merito datur ei principatus,vt eius commenta textui ſint appoſita Sexti,& Clementinarum,Recolo etiam quòd ipſe idem Ioan. Andr.in additio.Spec.in titu.de filijs presbyte.dicit ſibi puero fuiſſe reuelatũ à quodã religioſo viro,ipſum illuminaturũ ius canonicũ,Bartolũ etiã in iure ciuili fuiſſe principem quis negabit?Huius dictis ſemper fere ineſſe clauſulã veritatis,re ipſa patet:vt Pontanus exclamat conſilio ccccxvij.Propterea in Hiſpania,& Luſitania decreto regio & cõis illarũ partiũ eſt ſancitũ cõſtitutione publica (vt aliàs audiui à quibuſdã auditoribus meis illarũ partiũ) qđ in caſibus in quibus requiritur contradictio doctorũ,opinio Bartoli ꝓualeat,tãquã principallior,& ſecundum illam iudicetur. Si Hiſpani tantum deferunt Bartolo: nos Italici quid faciemus? Intrepidi ſua ſcripta curemus habere,ſcire,imitari:quia Bartoliſta optimus iuriſta cenſendus eſt.

Ioan. Andreæ Bartol⁹.

DOCVMENTVM VI.

Audire doct.

CОngruit vtilitati ſcholaris,vt doctorem & præceptorem ſine intermiſſione audiat. Vnde Laurentius antiquus doctor in clement.j.de magiſt.& Guill.de monte Laudu.& do.Cardinalis Florentinus,& dñs Gof. Porretanus exclamãt cõtra ſcholares capitoſos,non intrantes ſcholas,qui quadã capitoſitate credunt plus addiſcere,quàm ſi à doctoribus doceantur.quod dicit in vanũ:cũm ſenſus Auditus aptior ſit ad percipiẽdũ,& memoriæ tradẽdũ quod verbali voce traditur in ſcriptis,vel ſine,quã viſus,vel alius ſenſus.xliij.diſt.ſit rector. Zenzelin⁹ etiã di





cit ibidem,quod requiritur inſtructio à voce magiſtra.Primo eſt tempus tacendi,poſtea loquendi. Eccle.iij.& veritas prius addiſcitur à magiſtris,poſtea docetur.xxxvj.diſt.§.ecce.verb. hinc etiam Salomon.vnde Hierony.ad Ruſticum monachum dicit, Non ingrediaris abſque doctore viam quam nunquam ingreſſus es xvj.q.j.c.ſi clericatus.

Nec ſufficit ſcholarẽ morã trahere in ſtudio,niſi ſtudeat xvj q.j.c.gñaliter.& in c.cũ ex literis.de in integ.reſt.notatur. Hinc dicit Hoſt.in c.fi.de magiſt.& Io.de Lignano in proœmio clẽ. quòd ſcholares habitu,& non actu,non ſunt appellãdi ſcholares Quinimmo fortius dicit Dominicus de ſancto Gemi.in p.œmio Sexti.do.Abbas in c.j.in fi.de iud.quòd tales ſcholares ſolo habitu poſſunt puniri tanquã mẽdaces.benefacit gl.xxxvij. q.v.cauere.& quod Doc.notãt in l.q ſub prætex.C.de ſac.ſanc. ecc.vide circa hęc quæ dixi,& quæ no.l.j.ſcriniarios.C.de teſt. mil.Dñs Pau de Caſtro etiã exclamat contra ſcholares non intrantes continue in l.frater à fratre.ff.de condi.inde. Viua enim vox multũ imprimit:quia habet neſcio quid latẽtis energiæ,vt inquit Hieron.in proœ Bibliæ. Plinius etiam in quadam epiſtola Plinium nepotem exhortatur,vt audiat vocem magiſtri. Ab iſtis excipiendis ſunt ſcholares prouecti,& proximi cingi:quia aliquando ruminan in ſtudio camerario quæ dedicerunt: aut per ſe ſtudent,quæ non leguntur in ſcholis. Quiſque ſibi proſpiciat prout ſibi nouerit eſſe conſultius. Caueat tamen ne decipiatur à pigritia,vel alia cauſa.

Moram trahere in ſtudio. Scholares habitu.

DOCVMENTVM. VII.

SCholaris diligens & intrans inſtitutus vt ſuprà, ſeruet hũc modũ,vt cũ audit Doctorẽ,nõ nũeret regulas,non faciat caſtra in mari,vt dicit gl.in l.j.C.de ſtu.libe.vrbis Romæ.Deinde ſecũdũ Martinum de Fa.in dicta Epiſtola,hoc ſeruet,vt caſum ad totã & quamlibet partẽ literæ concordet:& non credat ſe intelligere.ſi aliquã particulã non intelligat ad plenũ:& videat ſi lex pertinet ad rubricã: deinde ipſius caſus: & quare ſic ſtatutũ fuerit,conſideret rationẽ:& ſoluat contraria:cauſas ſolutionis diligẽter attendẽs,de quo forte procedãt.Curet ſibi ex ſe inuenire ſimilia:ex generalibus non inhęreat multitudini:vnã vel duas leges de generalibus,quæ melius id exprimãt,memo-

Diligenter audire.

Cũcta conſideret. Similia quęrere.

Universidad de Deusto Biblioteca



riæ commendãdo:& illas quaſi vnicas gẽmas teneat & ample
ctatur. Tẽpus non perdat in literã cõmẽdãdo memoriæ,ſed in
tellectaui:& vbi & quare ſub tali rubrica ſint poſitæ cõtẽplãdo
ſtudeat. Demũ in corde ſuo cõcipiat, ſi aliquẽ caſum audiuiſ-
ſet, vel cẽſiſſet cui deciſio illi⁹ l. poſsit applicari:& illũ caſũ audi
tũ quaſi pfigurationẽ illi⁹ legis habeat. Cęterũ dũ vigilat in le-
cto, iunet in corde dices. Tot leges,& ſic incipiẽtes habuimus:
ex quibus in effectu iſtud reportauimus. Aduertat etiã dũ legit
legẽ, an ſuper illa poſsit formare aliquã quæſtionẽ, per quã poſ
ſit legẽ ad incõueniens reuocare. Tãdẽ quærat veritatẽ,& ęqui
tatis,& iuſtitiæ ſit ſemper amator. Hæc Mar. in epiſtola pręal
le. Sed in præmiſsis aliquã clarius loquar. Cũ inoleuerit iſte mos
dandi in ſcriptis,& multiplicati ſint infiniti cõmẽtatores va-
riẽ loquẽtes, quid faciendũ? Dicet intra ſe diligẽs auditor:ſi re-
collectis inſtitero, ego confundor:ſi nõ inſtãdũ in illis, vt quid
perdimus illud tẽpus? malo domi ſtudere cũ vno commentato
re præcipio, puta Bar. vel cũ intrauero, nolo ſcribere. Reſpon-
deo. Super omnia conſultius eſt intrare, propter impreſsionẽ
vocis magiſtri:vt ſupra dixi in ſexto conſilio. Itẽ ſi ſtas in ſcho
lis, conſultius eſt ſcribere recollectos ss. nullus enim liber eſt tã
malus quin aliqui boni habeat:vt dicit plinius lib. iij. Epiſt. e-
piſt. v. Ipſa etiã ſcriptura facit te olfacere omne minimũ verbũ
Præterea multo magis (vt vulgo dicitur) viua vox afficit. Nam
licet acriora ſint quæ legis, altius tamen in animo ſedent, quæ
pronuntiatio, vultus habitus, geſtus etiam dicentis afficit vt di
cit plin. 13. in epi. 3. li. 2. Cum aũt domũ redieris,& volueris ſtu
derę lectionẽ, in primis textus legas,& lectites, vt imprimas. Ma
bis enim firmũ,& ſtabile eſt quod repetita probauit lectio, vt
dicit textus in conſt. cordi. C. de emen. Iuſti. co. Caſum figura-
bis literæ,& intellectui doctorũ congruentẽ: deinde iterũ reſu-
matur textus,& notando ſingula verba,& partes text⁹, poſtquã
adaptaueris ad rubricam:& quęſieris rationẽ dubitandi,& de
cidendi, colliges textualia & notabilia quæ doctores inde eli-
ciũt. Et coneris etiam tu ſcire euellere aliquid ex illa litera. Et
hoc potiſsimũ,& primarium in nouitio. Et cũ hoc feceris, ſur
gas cum intellectu,& calcules tecum, dicens, Eſt iſta lege in ef-
fectu habeo hoc notatu dignum:& illud commenda memorię
non de verbo ad verbum, ſed ſufficit in effectu. & hoc ſuffice-
ret

Nõ oĩa memoriæ ipo nenda.

Quæſtiones formãdæ.

Qũo ſtudẽdũ ſit domi.



ret nouitio, nec vltra:ne ſi pergat, ſentiat ſtomachũ oneratum:
quia fragilis hominũ memoria ſæpe dũ aliud nouũ quærit, a-
liud iã quæſitũ amittit:vt dicere ſolebat Seneca. Quod ſi intel
lectus,& memoria ſit capax vlterioris inquiſitionis, capias gl.
illas,& explica opponendo vel quærendo ſecundũ modũ quem
dat Bar. in l. petens. C. de pactis. & ibi dixi. & tandem calcula
gloſſam, ſi aliquid habeat notatu dignũ:& illud aſsigna memo
riæ:& ſemper habeas ante oculos monitiones Senecæ quas vi-
diſti ſ. in v. conſilio tibi dato. Circa recollectarũ tuarũ vſum
do tibi hoc conſiliũ, vt recollectis, quæ non verſantur circa le-
gẽ tuã, intellectũ,& notabilia,& neceſſariam declariationẽ le-
gis,& gloſſæ, ſed extrauagantur cum floribus varijs ſingu-
larium dictorum aliquando recollectorum,& principaliter ex
tra rem, non inhæreas dum es ſcholaris, quouis modo iſta ſint
varia: quæ licet delectent, tamen inquinant. Et doctores qui
iſta tradunt, conſultius facerent, ſi omiterent: vnde belliſsi-
mẽ exclamat Salicetus in repetit. l. quod te. ff. ſi cer. pe. & l. quod
Nerua. ff. depoſi. contra illos, qui negligunt regulas ſcire:&
implent caput ſuum caſibus ſingularibus,& peregrinis: quæ
doctrina eſt fallax,& periculoſa. Quando vero Doctor tuus
ordinaret tibi recollectas claras pro intellectu legis, in primis
illud videat omnino nouitius,& ſuper textuali intellectu vi-
giliam premit, omnia pertenter: reliquum quod doctor ſub-
dit additiuẽ, vel cumulando quæſtiones,& dicta, reſeruet in
aliud tempus, poſtquam erit ſolidatus in regulis,& terminis
iuris. & hoc modo Recollectæ proſunt,& non obſunt, ſi clare
traduntur,& non impertinenter: quando vero impertinenter,
abſint omnino à te, tanquam venenum.

Quòd ſi diceris, non ne melius eſſet ſtudere cum Barto. tan
tum? Confiteor quod Barto. omni tempore omni perſonæ vti
lis & neceſſarius eſt:ſed aliquando breuis,& aliquando obſcu-
rus, aliquando non legit legem, aliquando non habetur. Ita-
que impleas ſtomachum tuum bonis cibis,& nutritiis, id eſt,
bonis legibus,& regulis,& bonis doctrinis communibus ſe-
cundum capacitatem ingenij tui. Laudo quod tu, qui es iam
ſolidatus in regulis iuris,& reali cognitione terminorum,&
audiuiſti partes quæ ordinariẽ leguntur, videas totum corpus
iuris cum Bartol. & toties facias, vt Bartoli doctrinas pro viri-
bus

Gloſæ qũo ſtudendæ.

Recollectarum vſus.

Regulas ſcire expedit.

Universidad de Deusto Biblioteca

bus aſſequi coneris, & tenere illum in ſtudijs æmulaberis: licet illius ingenij adipiſci arduitatem etiã ſperare nimiũ eſt: quod dari niſi à Deo nõ poteſt ſicut in ſimili de Cice. dicit Plinius lib. 4. Epiſt. epiſtola 8. eius tamen Barto. veſtigia ſemper adorabis: vt de Vergilio dicit Statius in fine libri Thebaidos, ibi: Nec tu diuinam Aeneida tenta: Sed longè ſequere, & veſtigia ſemper adora. Dixi quòd æmuleris Bar. nam ſtultiſſimũ eſt ad imitandum non optima quæq; præponere, vt inquit Plinius lib. j. Epiſt. epiſtola v. & lib. vij. epiſt. ix. Cum Bartolũ bene videris, legas alios dignos autores ex his, quos ſupra memoraui: & ſemper notes & excerpas quæ digna inueneris, vt facere cõſueuerunt omnes illuſtres viri. Et tuæ memoriæ debilitaté artificio ſtyli & pugillariũ iuuabis. Ad id te inuitat epiſtola Plinij v. in l. iij. quæ incipit, Pergratum. Ideo dico, quòd videas alios: quia quãto plures reſpicies, tanto magis proficies: quia non eſt vn⁹, quãuis præſtẽt, imitãd⁹ ꝑcipu⁹ & ſolus: qa nũquã par fit imitator autori. Hęc rei natura eſt. Sẽper enim veritate ſimilitudo minor eſt: vt dicit Seneca in prologo Declamationũ ſuarũ. Præterea ſicut terræ varijs mutatiſq; ſeminibus: ita ingenia noſtra nunc hanc, nũc illa meditatione recoluntur vt inquit Plinius lib. vij. Epiſt. epiſtola ix. quæ incipit, Quęris.

*Excerpere.*

Laudarẽ, qđ nouiti⁹ memoriæ cõmẽdaret titulũ de ver. ſig. & titulũ de reg. iur. ff. & regulas iuris, de qbus in Sexto, ſingulis diebus aliquas. nã & aĩm recreãt ipſarũ veritate, & plurimũ cõferũt. Sunt enim principales claues iuris: qbus eſt inhęrẽdũ tãquã Bono. carocio: vt dicit gl. in l. oĩs diffinitio. ff. de reg. iur. quinimo illas ignorare, lata culpa eſt. Deinde ꝓfectus cũ ruſticatur aut peregrinať, põt ſecũ cõferre Dynũ de reg. iur. quo nõ puto eſſe vtilius opuſculum, & magis varium. Conſulat vnuſq; ſq; ſibijpſi illum videat autorem, ad cuius cognitionem ingeniũ ardentius excitatur, & per cuius æmulationem credat melius legitimos aſſequi theſauros. Tempore vacationum repetat quæ audierit, viderit, legerit: & commendet memoriæ ea quæ fuerint notatu digna. Felix ille, cuius memoria fuerit bonæ fidei, quæ in promptu reddit ſibi credita: vt inquit Seneca in prologo Declam. ſuarum. Quòd ſi memoria tua fuerit infidelis cuſtos cõmittas excepta ſtylo & pugillaribus, vt prædixi: & quicquid dixeris, audieris, egeris, in die, veſperi commemorabis, vt

*Regulæ iuris.*

*Dynus de regulis iuris.*

*Vacationum tẽpore.*

in-



inquit Cicero in lib. d. Seneꝿ. & ad hoc ſtudium in ſeceſſu habendum, videat epiſtolam Plinij 9. lib. vij. quæ incipit, Quęris. quæ eſt elegans ad hoc.

## DOCVMENTVM VIII.

CONſulo nouitio, donec Nouus Iuſtinianus appellatur, id eſt, durante primo anno, vt nunquam curet ad oſtentationem arguere: curet ſcire potius, quàm apparere: diſcat, non videri doctus, ſed eſſe quærat iuxta conſiliũ moralis viri Alberti cauſidici Brixienſis. Pars enim ſcientiæ eſt, ſcire quòd neſcias De omnibus ſibi ignotis diligenter interroget, quorum poſsit eſſe capax. Nam ſi non purgauerit aliquid erroneum, quod ipſum faciebat muſſare: illud inde continuo trãſiret in habitum, & faceret apoſtema, id eſt, eſſet cauſa multorum errorum. Vnde Martialis: Diſcendi modus eſt dum te neſcire videbis: Diſce ſed aſsidue, diſce ſed vt ſapias. Sumpta parũ prodeſt quæ mox emittitur eſca: Bos quibus eſt paſtus, ruminat hæc eadem. Quinimo fortaſſe melius faceret, ſi ſecundo anno quo Edictalis vocatur, ab argumentatione oſtentandi cauſa abſtineat. Illæ ſolẽt eſſe fructuoſæ contentiones, quæ ſecreto fiunt inter collegiatos in collegijs ordinis literarij: vt in domo ſapientiæ Senenſis, & ſimilibus: quo ſecreto genere diſputãdi nihil ſyncerius, aut ſimplicius, aut melius. Refert Aulus Gellius j. capitu. ix. quòd cùm quis exploratus à Pythagora, idoneus inuentus fuerat recipi in diſciplinam, ſtatim iubebat certum tempus tacere: non omnes idem, ſed alium aliud tempus pro æſtimato captu ſolertiæ: ſed non minus quiſquam taceat quàm biennium. Reperi etiã quòd Hippocrates cum diſcipulos ſuſcipiebat, antequam doceret, iuramentum ab eis extorquebat inter cætera, vt ſilentium, ſermonem, inceſſum, manſuetudinem habituum, morumq́ue ſeruarent. Tertio anno quo Papinianiſta vocabitur, audacter incipia, & diſputationis genus ad vtilitatem frequenter, non ad pompam. Diſputationis enim multiplex & mira eſt vtilitas: vt luculentiſsimè oſtendit eloquentiſsimus vir Leonardus Aretinus in opuſculo quod edidit de vtilitate diſputationis. Quarto anno quo Græco vocabulo ab antiquitate vocabatur Hircos, in procemio. Digeſtorum. §. ſed quia ſolitum. quod gloſſa ibi exponit, quaſi ſubtiliter videns: quod opinor dictum, quia hircus eſt oculorum angulus, ſecundum Seruium grammaticũ.

*Nouus Iuſtinianus.*

*Edictalis.*

*Papinianiſta.*

*Quãdo diſputãdum.*

*Hircos.*

Hinc apud Vergilium: Tranſuerſa tuentibus hirquis, id eſt, oculis in hircos, hoc eſt, in angulos retortis. Vnde ſcholaris qui ſtuduit tribus annis, & inchoauit ſtudere quarto, fortaſſe ideo Hircus dicitur, quia ſit conueniens vt oculos habeat fixos, & ſpeculationi diu intentos, & eundẽ in locũ directos, hoc enim facere ſolent cogitabundi, vt ſupra in domo recolẽdæ memoriæ do. Angeli de Periglis, de Peruſio, de quo ſupra. Vel ideo Hircus: q̃a ſicut ſanguis hirci frãgit adamãtẽ lapidem duriſſimũ ſic ſcholaris qui iam tres annos ſtuduit, omnem duram & per difficilẽ materia iam tractare poteſt. Eſt enim tẽpus ſpeculãdi, & penſitãdi. Sit igitur in continuatione & colluctatione legali, vt cum opus fuerit, in corona deniq; hoĩm acri magnoq; iudicio ab origine cauſiſq; primis reperat, diſcernat, expẽdat, ponderet, colligat, cõcludat: & omnẽ hæſitationẽ dubitationemq; redũdãtẽ ſoluat: & in audientiũ animis aculeũ relinquat: quo fiet, vt ĩ diſputãdo, p vſum q̃ eſt magiſter egregius, fiat incõprehẽſibilis & lubricus: & ianuã famæ patefaciat per illas actiones. Radices diſciplinæ ſunt amaræ, fructus dulces, ſecundũ philoſophum. Patiẽter igitur ferat omnẽ laborẽ: quia labor improbus omnia

Coloritæ

vincit. Quinto anno Coloritæ vocãtur: vt in dicto proœmio Digeſtorũ, de his nominibus habetur. Iam enim ſciũt colorare verba caſibus legitimis, arcanis eis reſeratis: ſciunt vti legũ inductionibus cõgruenter, quod eſt potiſſimũ: vt l. nõ ſolũ. §. qui pilũ. ff. de excu. tut. ibi, rectè adaptans omnibus ſimilibus. & iſte inducendi modus imitatione maiorũ potiſſimè habetur, & diſputationis vſu coaleſcit. Audi Leonardum in præallegato opuſculo de vtilitate diſputationis, dũ dicit: Nã quid eſt, per deos

Diſputationis vtilitas

immortales, quo ad res ſubtiles cognoſcẽdas atque diſcutiẽdas valere poſſit, quàm diſputatio: vbi rem in medio poſitã velut oculi plures vndique ſpeculentur: vt in ea nihil ſit, quod ſubterfugere, nihil quod latere, nihil quod valeat omnium fruſtrari intuitum. Quid eſt quod animum feſſum atque labefactatum & ſtudia longitudine otij & aſſiduitate lectionis plerumque faſtidientem magis reparet atque redintegret, quàm ſermones in corona cœtuq; agitati? Vel gloria ſi alios ſuperaueris vel pudore ſi ſuperatus fueris, ad legendum atque perdiſcendũ vehementer incẽderis. Quid eſt quod ingenium magis acuat, quod illud callidius verſutiusq; reddat, quàm diſputa-

tio



tio: cùm ibi neceſſe ſit vt momento temporis ad rem ſe applicet, vtiq; verborum ſe reflectat, colliget, concludat: vt faciliter intelligi poſſit hac exercitatione exercitatum, ad cætera diſcernenda fieri velociorem. Paulò infra ſubdit: Itaq; ego, qui veſtræ vtilitatis ſum auidus, quiq; vos quã maxime florẽtes in ſtudijs veſtris videre cupiam, non iniuria vobis iraſcor. ſi quidẽ hunc diſputandi vſum, ex quo tot emanant vtilitates negligitis. Et enim abſurdum eſt intra parietes, atque in ſolitudine ſecũ loq multaq; agitare, ſi in oculis hominũ, atq; in cœtu, veluti nihil ſapias, obmuteſcis. Et quæ vnam aliquã vtilitatem in ſe habeãt ea magno labore proſequi: diſputationẽ vero ex qua permultæ vtilitates proficiſcuntur ſumma cum iocunditate, nolle attingere. Nam velut is agricola improbãdus eſt, q cũ liceret ei fundũ vniuerſum excollere, ſaltus quoſdam ſteriles arat: partem verò quãpiã eius fundi pinguiſſimã, atq; vberrimã relinquit incultã: ſic reprehendẽſus eſt is, q cũ oĩa ſtudiorũ munera adimplere poſſit: cætera quãuis leuiora accuratiſſimè obit: diſputandi verò exercitationẽ aſpernatur, & negligit, ex qua tot fructus colliguntur vberrimi: vt per eum ibi latius. Et hoc eſt quod dicere voluit iuriſconſul. i l. munerum. §. miſta. ff. de mune. & hono. ibi, Herennius Modeſtinus & notãdo & diſputando benè & optima ratione decreuit.

DOCVMENTVM IX.

Diſputare q̃dlibet.

Tibi conſulo, vt ſi diſputaturus in corona fueris, nũquam temerariè illud onus ſuſcipias, reſpondendi de ſingulis, de quibus fueris interrogatus. Licet enim Valerius lib. viij. cap. antepe. commẽdet Gorgiam Leotinũ, ætatis ſuæ cunctos præſtaniẽ:

Gorgias Leontinus.

eo quod primus in conuentu auſus ſit poſcere, qua de re quiſque audire vellet: & ideo ei (vt idẽ dicit) vniuerſa Græcia in tẽplo Delphici Appollinis ſolido ex auro ſtatuã poſuit: cum cæterorum ad id tempus auratas collocaſſet: beatus tamen Hieronymus in opuſculo contra Ioannes. epiſcopum Hieroſol. Origenis ſcilicet aſſertorem, ſic inquis: Gorgiam Lẽotinum cuncti philoſophi & oratores lacerant. quòd auſus ſit publicè ſella poſita polliceri, reſponſurum ſe de qua quiſque re interroga re voluiſſet. Sed de nouiſſimis agamus. Tempore quo illuſtris do. Bald. de Peruſio legebat Papiæ, quidam do. Philippus de

Baldus repre

 Rhe

Univerſidad de Deusto Biblioteca



hendit quendā legulıū.

Rhegio, qui fuerat doctior omnium ferè illorū doctorum Pa-
pienſium, & apud eos erat maximę autoritatis, cū multis annis
poſtea legiſſet Paduæ, rediēs Papiam, in principio ſui aduētus
publicè pollicitus eſt, ſe velle reſpondere de quolibet in mate-
ria vltimarū voluntatū. Do. Bald. ibi preſens interrogauit eum
dicens: Vbi habemus nos, quòd ſubſtitutio vulgaris facta i lega
to, non cōprehendat niſi caſum, Si voluerit: & facta in hæredi-
tate, cōprehendit caſum. Si voluerit, vel nō potuerit: vt l. cum
proponas. C. de hæredi. inſt. Breuiter ille do. Philippus obmu-
tuit: & Baldus tūc aperuit librū, & legit tex. legis, pater Seueri-
nā ff. de cōd. & demōſt. vbi erat caſus ſecūdū vnā lectioné, vnde
illi cathedrāti reſultauit magna confuſio. Hoc refert do. Paulus
de Caſtro in dicta l. pater Seuerinā. dicens: Caueas à talibus acti
bus præſumptuoſis, quia ſolus Deus nouit omnia.

## DOCVMENTVM X.

Tex. allegādi.

CONſulto ſcholari, q. in diſputādo ſolis textū allegatiōi-
inhæreat: non vt quidā inepti, aut inexperti faciunt q ar
guendo gloſ. allegant, & Doctores, abſque iurium allegatione:
illo enim nihil apud Doctores ineptius. Contra iſtos excla-
mat gloſſ. in l. ſed licet ff. de offic. præſidis. ſi volueris aptè ar-
guere in forma legiſtis congruente: vtaris argumentandi mo-
dis, quos edidit ſubtilis doctor Iacobus de Butr. vel illi, quos edi
dit Albericus de Roſate: vel illis, quos Bald. inſeruit in l. cōuen
ticulā. C. de epiſco. & cleri. Si vero fueris reſponſalis, tūc vt faci-
le declines oīa argumēta tibi facta, videas Odofredū i procemio
fforū, i princ. & ibi Bal. q mira quadā dexteritate inſtruit omnē
argumentandi vim altero de tribus modis poſſe repelli & decli
nari: ſcilicet per Aliter & aliter, per Aliud & aliud, & per Secūdū
quid, nō ſimpliciter. Quod qualiter intelligatur, & practicè ada
ptādū ſit, belliſsimè explicat ibi Bal. quem oīno videas. Hæc ſi
ſeruaueris, optimus quoque iudiciorū tam athleta quàm guber-
nator euades in omni æuo locoque felix: vt dicit text. in dicto
procemio. fforum. §. diſcipuli. facilius que continget, ſi patriam
propriam fueris egreſſus gratia ſtudiorum: nam in propria pa
tria multa diuertunt, vt dicit dominus Simon de Burſiano car
dinalis Mediolanen. in procemio clemen. & ſi egredi decreue-
ris

Argumētādi modus.

Solutionis argumētorū cautela.

Studere extra patriam.



ris, eligas locum vbi ſint celebres Doctores, & vbi ſit numeroſa
multitudo ſcholariū: prout erat Bononiæ tpe do. Azonis, quo
tpe ibi erāt decē millia ſcholariū: vt refert Odof. in Auten. ha-
bita. C. ne filius pro patre. vbi refert quod ſemel propter multi
tudiné magnā orta contentione inter ſcholares Lombardos &
Thuſcos, ciuitas illa fuit in magno piculo: nemo enim poterat
coērcere illos: & vt facili' coērcere poſſet, in futurū de cōcordia
tūc renūtiarūt priuilegio iudicū: de quibus in dicta Auten. &
in criminalibus ſe ſubmiſerunt iuriſdictioni Poteſtatis.

Bononiætpe. Azonis erāt decē millia ſcholarium.

¶ Facio igitur finem. Quo ad præmiſſa. licet prædicta parua
ſint & talia quæ auribus & ingenijs veſtri cultiſsimis tanquā
puerilia (non dubito) & diminuta videbuntur, aut fortaſſe non
carentia rubore, cum & ego ipſe alterius conſilio in prædictis
& alijs indubitáter indigeam: ſed tamen ſyncere locutus ſum,
quaſi mecū loqués. Vos diligentia veſtra omné ſiniſteritaté &
ineptitudiné emendabitis, & in melius reformabitis: potiſſi-
mè cū oīa prædicta abſq; diligenti præmeditatione ediderim.

## COMPILATIO IVRIS Ciuilis.

VERVM quia ſupra in tertio conſilio dato di
ctum fuit, quòd diſcipuli debent amare præce-
ptores: vt habetur etiam apud Quintili. lib. 1 1.
Inſtitutionis oratoriæ, vbi dicit: Diſcipulos mo
neo, vt præceptores ſuos minus, quàm ipſa ſtu
dia ament: eoſq; parentes exiſtiment, non quidem corporum,
ſed mentium. Plurimum hæc pietas diſcipulis proderis: nā ita
& libenter audiét, & dictis credent, ſimiles fieri concupiſcent.
Sint læti & alacres in conuentu aliorum: emedati non iraſcan
tur: laudati gaudeant. Nam vt illorum officium eſt docere: ſic
horū præbere ſe dociles. Doctrina enim coaleſcere nequit, niſi
ſociata tradentis atq; accipientis concordia. ¶ Cum ſim vtili-
tatis veſtre auidus, & optem quod per vos iacta ſint bona fun-
damēta, & ab origine cauſiſq; primis intelligatis, vt dicitur in
l. 1. ff. de iuſt. & iur. viſum eſt in ſignū mei in vos animi aliqua
præmittere acuentia ingenium, quæ non reperieris alibi tradi
ta, & paucis ſunt nota: & quæ ignorare, eſt lata culpa, ſcire au-
tem, plurimum affert decoris: nę illatis manibus templū ſacra
tiſsi-

Diſcipuli amé præceptores

Universidad de Deusto Biblioteca

tiſsimum iuſtitiæ opus C. & ff. ingrediamini: vt in lege. j. ff. ori-
iur. iuncta. l. ij. §. has itaq; C. de ve. iu. enu. Videamus ergo quæ
*Cā effi- ciēs iuris*
ſit cauſa efficiens, materialis, & finalis libri C. & ff. in hac ſcien
tia legali. Quidā (vt Azo) dixere, quod cauſa efficientis libri C.
eſt Iuſtinianus imperator: alij dixerūt, quòd fuit ipſe Deus, cui⁹
miniſter fuit Iuſtinianus: & hoc not. in auten. de hær. & fal. in
rub. hoc probari videtur ex eo, quia lex eſt inuētio & donū Dei.
l. ij. ff. de legibus. Item leges fuere per ora principū diuinitus ꝓ-
mulgatæ: vt in l. ij. C. de ve. iu. enu. & l. fi. C. de præſcrip. longi tē
po. & hoc tenebat antiquus doc. Ia. de Ranignei Lotharingus.
Gloſſator veſter Accurſius breuiter ſe expediuit, dicēs vna cum
*Triplex cā effici ens.*
Azone, quòd cauſa efficiens fuit imperator Iuſtinianus: vt no.
rub. ff. de iureiur. Tertij quidā nitūtur conciliare, dicentes qđ
cauſa efficiens pōt conſiderari tripliciter: ſcilicet ꝓxima, remo
*Decē cō pilatores Co.*
ta, & magis remota. Cā efficiens proxima primi voluminis C.
Iuſtiniani fuerūt illi decē illuſtres cōpilatores, qui numerantur
in prima & ſecūda cōſtitutiōe Codicis, ſcilicet Io. Leonti⁹, Pho
cas, Baſilides, Thomas, Tribunianus, Conſtātinus, Theophilus
Dioſcorus, & Pſēinus. Iſti cōmiſsione dñi Iuſtiniani cōpilaue-
rūt primū C. Iuſtinianū cōmiſsio eis data patet in prima con
ſtitutione C. Confirmatio vero dicti C. ab illis compilari patet
in ſecunda conſtitutione illius voluminis. Cauſa efficiens ꝓxi-
*Iuſtinia nus.*
ma C. emendati, id eſt, codicis repetitæ prolectionis, quē hodie
habemus, fuerūt quinq; illuſtres viri ab eodē Iuſtiniano electi:
ſcililicet Tribunianus, Dorotheus, Mēna, Conſtantinus, & Ioā
nes: vt patet in conſtitutione quæ incipit cord. C. de emē. Iuſti.
co. Cauſa efficiens remota fuit Iuſtinianus imperator, cuius au-
toritate compilatio facta fuit: & qui poſt compilationē confir
mauit: vt patet in d. prima conſtitutione & ſecunda & tertia. &
in l. ij. conſt. oia enim. C. de ve. iur. enu. Iſte Iuſtinian⁹ impera
tor fuit xiiij in Oriēte. Cucurrerunt ab vrbe condita vſq; ad tē
pora ſui imperij, ſcd'm computationē quā puto veriorē, mille
& quadringenti penè anni: vt exprimitur in l. j. §. cūq; hæc ma
teria. & l. ij. in prin. ver. erat enim mirabile. C. de ve. iu. enu. Ad
vrbe verò condita vſq; ad aduentū chriſti cucurrerūt anni ſepti
gēti quinquaginta: vt patet in chronicis quas veriores puto. Ab
aduentu vero Chriſti vſq; ad tēpora imperij Iuſtiniani ꝑdicti
cucurrerūt anni ſexcenti quadraginta ſeptē vel circa. Aſſūpſit
imp



*Iuſtinianus imperiū aſſūpſit.*
imperiū præfatus Iuſtini. die j. Aprilis, anno domini noſtri Ie-
ſus Chriſti DC. xlvij. indictione v. vt probatur in auten. vt præ
po. nomē imp. §. ſi qua vero. & ibi notatur, iuncta data, de qua
in ij. & iij. conſt. C. & l. ij. ve. iu. enu. ſi rectè inſpiciātur. Impera-
uit autem annis xxxix. fuit iſte Iuſtinianus poſitus in catalogo
*Iuſtinian⁹ ſctūs.*
ſanctorū, vt refert. Bar. in j. rub. C. & in prooemio. ff. vet. ſuper
prima rub. Cęterū inſignis doct. do. Io. Fa. Aquitanicus ſuper
rub. prooemij inſtitutio. dicit ſe vidiſſe nomē Iuſtiniani ſcri-
ptū in catalogo ſanctorū calēdis Aug. Gennadius etiā, qui pro
ſecutus fuit libellū Hie. de viris illuſtribus eccleſiaſticis, ponit
Iuſt. inter illos. Quod ad ſacras leges attinet, notādū quod Iu.
imperator in primordio ſui imperij cōmiſit præfatis decē illu
*Decē cōpilatores Cod.*
ſtribus viris, vt viſis antiquis codicibus, Gregoriano. Hermo-
geniano & Theodoſiano, & multis cōſtitutionib⁹ extrauagāti
bus à Theodoſio imperatore & ſucceſſoribus factis, nouū codi
cē Iuſtinianū ederēt. & hoc patet in j. conſt. C. ſub rub. de nouo
cod. facien. & collligitur ex conſtitutiōe iij. quæ incipit. cord.
ibi, primordio noſtro. Supradicti decē illuſtres cōpilatores Co.
*Quo tēpore C. cōpilat⁹ eſt.*
Iuſti. ediderūt illū anno iij. imperij dñi Iuſt. tpe conſulatus De
cij: anno domini noſtri Ieſu Chriſti Dc. xlix. indictione vii. Et
eo anno v. Idus Aprilis, id eſt, nona die Aprilis dominus Iuſti.
illū codicē cōfirmauit: vt probatur in ti. C. de Iuſt. co. confirm.
*Liber ff. cōpilat⁹.*
in fi. conſtitutionis ibi poſito. iunctis his quæ præmiſſa ſunt.
*Noia cōpilatorum ff.*
Poſt hæc Iuſtinianus imperator vertēs animū ad enucleāda in
finita & immenſa prudētiæ veteris volumina, cōmiſit ſex illu
ſtribus viris, videlicet Tribuniano, Conſtantino, Theophilo,
Dorotheo Anatopolio & Cratino, vt vna cum alijs decē doctiſ
ſimis viris excellētiſsimis cauſarū patronis apud partes Oriēta
les, videlicet Stephano, Mēna, Prodocio, Eutolino, Timotheo,
Leonide, Leonatio, Platone, Iacobo, Conſtantino, & Ioāne, lege
rent immēſa prudētię veteris volumina, & ſub cōpēdio redi-
gerēt in vnū Codicē, diſtinguēdū in quinquaginta libros, om-
nē Romanā ſanctionē continentes, quæ ab vrbe cōdita & à Ro
muleis deſcendit temporibus, iam confuſam per tanti tpis la
pſum: & tot veterū diſperſa volumina vno codice indita oſten
derent: fuitq; his data à Iuſtiniano ampliſsima autoritas corri-
gendi ac diminuendi: vt ꝓbatur in l. j. C. de vet. iur. enu. Tan-
dem iſte Tribunianus magiſter huius operis legitimi vna cum

